BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 C
2

13.24.C.2

Digitized by Google

13
24 C
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13. 5. K. 69

35
d
37
~~13.20.A.21~~

# CONSILIA

## D. MARTINI GARRATI LAVDENSIS IVRECONSVLTI CLARISSIMI,

## NOVARIÆ NVPER REPERTA, ET HACTENVS NON IMPRESSA.

Quibus acceſſere Io. Franciſci Catij Ireconſ. Nouarienſis in octo & viginti priora Cõſilia, & in reliqua Franciſci Mariæ Ploti Equitis & Comitis Nouarienſis, & Clariſſ. Iureconſulti D. Io. Baptiſtæ Ploti filij, additiones.

*Cum Pontificis Max. ac Excellentiſſ. Senatus Mediolani, & aliorum Principum Priuilegijs, per decennium.*

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS



NOVARIÆ

APVD FRANCISCVM SESALLVM.

M. D. LXVIII.

# PRIVILEGIVM.

PHILIPPVS Dei gratia Hiſpaniarum, vtriuſquè Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux. &c. Supplicauit nobis Franciſcus Seſallus Nouarienſis impreſſor in hunc modum, videlicet. Sereniſſime Rex, Cum imprimi fecerit Franciſcus Seſallus Nouarienſis Typographus antiqua conſilia Martini Garrati Laudẽſis, denuò reperta, antehacque nõ impreſſa: ſitque alia opera in omnibus facultatibus, tam noua nũquàm impreſſa, quàm aliàs impreſſa, cum nouis additionibus impreſſurus; & dubitans ne alter laborum ſuorum premium accipiat, dicta opera ab ipſo impreſſa ſiue imprimenda, cum ſuis copijs ſubitò reimprimendo, humiliter ſupplicat M. V. vt dignetur ex ſuo decreto ordinare quòd nemo ſiue typographus, ſiue bibliopola ſit, poſſit in Dominio veſtro Mediolani tam dicta conſilia Martini Garrati Laudenſis, quàm alia opera ſiue noua, ſiue vetera cum nouis additionibus, à dicto Seſallo impreſſa, ſeu imprimenda, per decennium reimprimere ſine dicti Seſalli licẽtia, aut alibi impreſſa in ipſo Dominio vendere, ſub pœna Scutorum centum pro quolibet volumine dictorum librorum, applicãda pro tertia parte Cameræ M. V. pro tertia accuſatori, & pro tertia dicto Seſallo ſupplicanti, digneturque ordinare, ad euitandum expenſas Supplicantis, vt ſignatura dictæ gratiæ, in fronte cuiuſcunque libri ponenda, ſuppleat pro intimatione, cum non po-

*terit aliquis de prædictis prætendere ignorantiam, quia non prodietur in publicum copia librorum prædictorum, ſine nota dictæ ordinationis, ſeu priuilegij, quod cum iuridicum, ſtudioſisque & publico vtile ſit, à M. V. ſperatur.*

*NOS ideò prædictis conſideratis, conueniens cenſuimus, quòd Supplicās fruatur fructu ex laboribus et ſumptibus ſuis prouenientibus; Propterea ijs noſtris concedimus, & decernimus vt Supplicans memoratos in præcibus libros, poſteaque ab ijs, ad quos ſpectat viſi, & approbati fuerint, imprimere impunè poſſit per Decennium, & impreſſos venales exponere. Prohibentes, & mandantes cæteris huius Dominij noſtri impreſſoribus, & librarijs, alijsque, ne audeant aliqualiter per dictum decennium recitatos libros imprimere in præfato hoc Dominio noſtro, aut alibi impreſſos in eo vendere, ſine expreſſa ſupplicantis licentia; ſub pœna aureorum centum pro quolibet volumine, pro tertia parte Cameræ noſtræ applicanda, & pro alia tertia accuſatori, reliqua verò ſupplicanti, & librorum amiſſionis toties, quoties contrafecerint. Dat. Mediolani ſub noſtri fide ſigilli, Die XXIX. Nouembris M. D. LXVII.*

*Marc. Ant.*

# EXCELLENTISS.
# *LAVDENSIS COLLEGII*
## IVRECONSVTIS FRANCISCVS
### SESALLVS S. P. D.

*CVM ſuperioribus annis Nouariæ in diui Nicolai Cœnobio libros Melchionis Boniperti olim Nouarienſis iurecõſulti voluerem; incidi fortè in legalium Conſiliorũ volumina duo ſanè vetuſtiſſima manu conſcripta, Quæ cum abiecta viderem, nec qualia eſſent, ſcire poſſem, illud tamen exiſtimans, quod poſtea didici, illico iuris vtriuſque interpretem eximium D. Jo. Baptiſtam Plotum conueni rogamq́ue vt, cuius acerrimum eſſe ſcirem de rebus omnibus iudicium, ea nec ne imprimenda eſſent, cognoſcere vellet. Is autem, cum multa interlegendum Martini Garrati conſilia deprehendiſſet, qui ex iſto Collegio ab Hominum ſalute 1443. plus minus floruit in Ticinenſi Gymnaſio interpres legum & ſine controuerſia eius ætatis facile Princeps, ea omnimodo excudẽda & cenſuit & ſuaſit. Nam quæ illius adhuc extant opera, plurimi a Iureconſultis fieri, eodemq́ue hæc itidem numero habitum iri dubio procul aſſerebat; & eò magis, quòd licet hactenus impreſſoribus incognita, de autore tamen iure nemo poſſet ambigere, cum ex ſubſcriptionibus & multorum veterum iureconſultorum teſtimonijs Garrati eſſe planè agnoſceretur mihi verò, & ſi prudẽtiſſimi Ploti*

*Sen-*

*Sententiæ aquieſcerem, aliorum tamen præterea multorum viſum lectioni eadem ac iudicio ſubijcere, & imprimis Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Hieronimi Gallarati, Alexandriæ Epiſcopi omni virtutum genere ornatiſſimi & optimi, idem, qui ſenſit eſſe curandum. aliquot autem poſt menſibus ex relatu Reueren. Cæſaris Andenæ S. Geminiani Præpoſiti, ac Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Cardinalis Serbelloni Curiæ Epiſcopalis Nouariæ tunc Vicarij, me vobis Ciuitatique veſtræ pergratum eſſe facturũ intellexi, ſi tanti viri Collegæ & Ciuis veſtri ſanè celeberrimi & de legibus optimè meriti, ab indigniſſ. tenebris lucubrationes haſce vindicaſſem. Id quod poſtea re tancum Nobiliſſ. Baldaſſare Modegnano Iureconſulto præſtantiſſ. communicata, haud obſcurè cognoui. veſtrum enim in me ſtudium & officium, vt id primo quoque tempore cu rarem, adeo exploratum fuit, vt me vobis plurimum debere exiſtimem uelimque. quare cùm ſatis, vt mihi quidem videbar, cõſuluiſſem, maturèque opus eſſe facto iudicarem, rem ipſam aggreſſus ſum, vehemẽterque elaboraui ut quàm emendatiſſ. liber is in publicũ prodiret, licet exemplũ eſſet ue tuſliſſimũ litteriſquè ijs exaratum, quæ vix legi poſſent, indice, numeris, ac alijs permultis carens, quibus ſedula impri menidorum ars librorum potiſſimum nititur. Sed opera hic plurimum Jo. Franciſci Catij Iureconſulti egregij & Io. Franciſci Mariæ Ploti Equitis & Comitis, & Clariſſ. Iure conſulti D. Jo. Baptiſtæ Ploti Filij, vehementer adiutus illud ſum conſecutus, vt multis annotationibus additamentiſquè ſingulis conſilijs adiectis tanti ſcilicet viri & aucto ritate cum recentiorum induſtria oportunè coniuncta multo*

*vti*

*utiliora & iocundiora ijs ipſa futura eſſe ſperem monimenta, qui legũ ſtudijs inuigilant, nunc autem cum tantorũ virorũ ſententijs & opera, quos ſibi debita laude fraudari nuſquam velim, extremam operi manum impoſuerim, viſum eſt hoc quale quale eſt Vobis Collegioq́ue veſtro non immerito dicatum munuſculum mittere, tum quòd in eo imprimendo munificentia veſtra non parum adiutus, non alia ratione ingratitudinis notam effugere poſſe videbar, tum etiam quòd quæ ſuum vnicuique tribui mandat iuſtitia id vt quàm ociſſimè curarem iam diu efflagitabat. Vobis enim propria, quæ penè temporum iniuria perierant, nunc verò ſuam iure poſtliminij Ciuitatem repetentia, & ſuo nunc primum reddita candori reſtituuntur; cum Ciuitatem iſtam uirtutum omniũ nõ vulgare domicilium Martini Garrati tunc legum Monarchæ natalibus illuſtrem eſſe nemini ſit dubiũ. Quare vos etiam atquè etiam rogatos velim Patres ampliſſimi, vt dantis animo dumtaxat perpenſo quicquid eſt muneris, hilari fronte accipiatis. Interea verò dum me ad alia nuper nata & inuenta diuerſarum facultatum volumina excudenda paro, Valete.*

*LEGES defendite, & defunctorum curam habete, ne eorum nomen & familia pereat.*

*Ex Demoſt. orat. cõtra Nic.*

# CONSILIA CLARISSIMI IVRECONS. D. MARTINI GARRATI LAVDENSIS.

## *His acceſſere Io. Franciſci Catij Iureconſulti Nouarienſis Annotationes.*

## SVMMARIVM.

1 VT *ſequatur condemnatoria in rei uendicatione, duo debent probari dominium ſcilicet & poſſeſsio.*
2 *Hedificatum ſuper ſolo alieno cedit ſolo.*
3 *Licet titul. pro hærede nõ habeat locũ in ſuo, habet tamẽ locũ tit. unde agnati.*
4 *Error iuſtiſsimus habetur pro titulo qui cauſatur ex publica uoce & fama, & opinione uiciniæ.*
5 *Quãdo uagus eſt & incertus locus conceſsionis in inſtrumento, tale inſtrumentũ non probat, niſi fundans intẽtionẽ ex inſtrumento probet certitudinem loci.*
6 *Conceſsio talis, concedo quicquid habeo in tali caſtro eſt inutilis, niſi probetur id quod ille habuit in tali caſtro.*
7 *Referentis, & ad quem fit relatio pares ſunt termini.*
8 *Ius ſeruitutis aquæ ducendæ præſcribitur ſpatio decem annorum, & ſine titulo in ſeruitute continua.*
9 *Etiam in ſeruitute diſcontinua ſufficit allegare titulum cum de modico præiuditio agitur.*
10 *A Gloſa non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.*
11 *De iure tertij excluſiuo intentionem agentis poteſt opponi.*
12 *Flumina nauigabilia, portus, & ſimilia ſunt Principis, et non poſſunt haberi niſi ex priuilegio Principis, uel tanto tempore cuius initij memoria non exiſtit in contrarium.*
13 *Quando regalia ſunt fundata in perſona tertij præſcribũtur ex aduerſo uſufructus decennio inter præſentes.*
14 *Mandatum recipienti ratione publici offitij non competit actio mandati.*
15 *Dolus debet probari ex perſpicuis indicijs.*
16 *Vbi dolus obijcitur nũquàm defertur iuramentum in ſupplementũ probationis.*
17 *Quid requiratur ad hoc ut regiſtrum communitatis probet.*
18 *Super legitimatione perſonæ nõ defertur iuramentũ in ſuplementũ probationis.*
19 *Quelibet etiam iniuſta cauſa excuſat a dolo.*
20 *Tollitur præſumptio doli, quando aliquid fit gratia ſui iuris conſeruandi.*
21 *In curia Principis non præſumitur dolus nec metus.*
22 *Quando opponitur aliquid eſſe factum tempore legationis debet probari punctualiter aliàs ſuccumbit.*
23 *An emens ex pecunia aliena, nomine proprio dominium acquirat.*

## CONSILIVM I.

VISIS ATTESTATIONIBVS & libello cauſæ uertentis in-
ter Cõmunitatẽ Montis calerij ex una parte,& nobi-
les fratres de Ducibus ex alia,plurima dubia oriũtur.
Primũ dubiũ ſuppoſito ſine veri p̄iuditio libellũ & ꝓ-
ceſſum ualere,& quòd dicta Cõmunitas intentauerit
rei uẽdicat.an ꝓbauerit extrema habilia cõcludentia
rei uen. Secũdo p̄ſuppoſito ſine ueri præiuditio,quòd non ſit intẽtata
rei uendicatio,ſed actio mandati,an dicta Cõmunitas ꝓbauerit inten-
tionẽ ſuã.Capio primũ dubiũ quod diuido in plures articulos: quorũ,
Primus eſt an dicta Communitas probauerit intentionem reſpectu
edificiorum molandinorum. Secundus articulus eſt an probauerit
intentionem reſpectu bialleriæ. Tertius articulus eſt an probauerit
1 intentionem reſpectu aquæ.Circa primum dubium † ad hoc ut ſequa-
tur condemnatoria in rei uendicatione duo extrema debent proba-
a ri,ſcilicet,dominium [a] in agente & poſſeſsio,ſiue detentatio in reo,ut
l.in rem,& l.officium,& glo. in rubr. ff. de rei uen. & in l.unica.C. de
ali.iudi. mu. ca. fac. ſed ita eſt quòd dicta Communitas non probauit
dominium dictorum molãdinorum, quia ſuppoſito ſine ueri preiudi-
tio quòd dicta Communitas probaſſet conſtructionem dictorum mo-
2 landinorum tamen ut proponitur in facto † ſolum ſuper quo ſunt edi-
b ficata molandina eſt aliennm , & cedunt ſolo [b] molandina , l. adeo, §.
ex diuerſo,ff.de aqui.re.do.& §.ex diuerſo inſti.de re.diuiſ. & not. per
Cy.& Bal.in l.ij. C. de rei uen. Secundo reſpondetur quòd ob excε-
ptio præſcriptionis xl. annorum l.ſicut & l.omnes,C.de præſcrip.xxx.
uel xl. an. cum proponatur in facto dictos fratres unà cum genitore
ſuo poſſediſſe dicta molandina p xl.annos. Præterea dicti fratres præ-
ſcripſerunt ſpacio decem annorum inter præſentes dummodo allegẽt
3 titulum unde agnati nam † licet Titulus pro hærede , nõ hæbeat locũ
c in ſuo [c] l.ij.§.filiũ, ff.pro hærede,habet tamen locũ titulus unde agna
ti,ut not.dic.D.Bal.in rubr.de præſcript. extra in decretalibus facit,l.
1.§.ſed uiden.ff.de ſucceſ.edicto,& quod in ſimili not. d.Bal.in l.licet,
C.de iure deli.& conſequẽter cũ tit.unde agnati cũ poſſeſsione decen
4 nali dicti fratres præſcripſerunt. Amplius † error iuſtiſsimus habetur
pro tit.puta ſi dicti fratres putarunt maiores ſuos patrem & auum, cui
ſucceſſerunt emiſſe,uel ex publica uoce & fama,ſeu opi.uicinie, ut ple
nè tradidit,Bar.in l.celſus,in fi.primę colum.ff.de uſucap.& d.Bal.in l.
d Inditia.C.de rei uend. Nec ob. l. fi. [d] C.de ſacroſanc. ecc. ſuppoſito
ſine ueri præiuditio quòd etiã habeat locũ in municipio , quia illa lex
habet dumtaxat locum in tribus ſiue quatuor caſibus , in donatione ,
uendi-

uenditioné, & ultima uoluntate. Nec obſt. franchiſiæ dictæ Cómu-
nitatis,& primo primum inſtrumentum franchiſiæ ibi per medietatē
molandinorum & furnorum eiuſdem loci, quia reſpondeo tale inſtru-
mentum non probare dominium, neq; præſtare titulũ in molandinis
5 carpite de quibus agitur,quia † quando uagus eſt locus conceſsionis
in inſtrumento,tale inſtrumentũ non probat niſi fundans intentioné
ex illo inſtrumento probaret certitudinem loci [e] ſecundũ Specu.ti.de
loc.§.nunc aliqua, uerſ.lviij.& Bal.in c.1.de feudo guardie in uſu feu-
dorũ,& D.Bal.quòd etiã ſi eccleſia habeat inſtrumentum centum an-
6 norũ qualiter † Comes conceſsit omnia eccleſiæ,quæ ipſe Comes ha-
bet in tali caſtro tale inſtrumentum eſt inutile,niſi probetur quòd ille
Comes habuit in illo caſtro iõ talis titulus non patrocinaretur. Idem
eſt dicẽdum in præſcriptione ſecũdũ Bar.& Bal.in l.ſi ſic,ff.de leg. p°.
eodem modo reſpondeo ad ſecundum inſtrumentũ franchiſie, ibi me-
dietatem reddit1uum prædictorum prouentuum & exituum,præſentiũ
& futurorum ſecundũ quod in iuſtrumento per ipſos dicto D. Comiti
7 facto plenius continetur † nam pares ſunt termini refferentis, & ad
quem fit rellatio,l.ubi autem non apparet,§.illud,ff.de uerb. ob.c.1.in
glo. de fide inſtru. & l.iij. C. de fal.ca.adi. leg.& per D.Bal.in d.c.1. de
feu. guar. Sed non conſtat quæ ſint illa molandina in ſpecie in primo
inſtrumento igitur etc. Et ex prædictis apparet domininm molandi-
norum non eſſe Communitatis. Circa ſecundum dubium, an ſit pro-
batũ Bialeriam eſſe Cõmunitatis ſuppoſito ſine ueri præiudicio quòd
probatum ſit Bialeriam eſſe Cõmunitatis quæ probatio atteſtationũ
relinquitur arbitrio Iudicis,l.3.§.1.ff. de teſtibus, tamen dicti fratres
8 † ius ſeruitutis aquæ ducendæ præſcripſerunt ſpatio decem annorum
inter præſentes & uiginti inter abſentes etiam ſine titulo in ſeruitute
continua,l.ſi quis diuturno,ff.ſi ſerui.uen. & plenè not. in l. ſi aquam
C.de ſeruit.& aqua facit quòd not.D.Bar.in l.quominus, ff. de flumi.
in uer.xij.quæro. Amplius ſecundum ueram ſententiam, glo.& dictũ
9 Bar.etiam † in ſeruitute diſcõtinua ſufficit allegare [f] titulum cũ aga-
f tur de modico præiudicio,glo.& ibi D.Ia.Bu. in l. cũ de in rem uerſo.
ff.de uſur.& in l.ſeruitutes,ff.de ſetuitut. & per D.Bar. in l. ſi certis an-
10 nis C.de pact. & † a glo. non eſt receden. in iudicando & conſulendo
g [g] ſecundum Ia.But.in terminis iſtis in dicta l.cum de in rem uerſo. &
generaliter in l.prima.C.qui pro ſua iuriſdictio. Ex prædictis apparet
dictis fratribus competere ius ſeruitutis aquæ ducendæ per bialeriam
dictæ Communitatis, dominium quoq; aquæ non eſt probatũ, & etiã
11 dicta Communitas poteſt excludi † opponendo de iure tertij excluſiuo
ipſo iure intẽtioné agentis, ut plenè per D.Bar.in l.2.ff. de exequt. rei
iudi.& in l.cum ſeruum quiſpiam per D.Ange.C.de ſerui.fugi.nam de

12 iure communi † regalia flumina nauigabilia,portus,ripatica,& ponta-
tica,& ſimilia Imperiali maieſtati de iure cōmuni competunt, c.1. ti.
quæ ſint regalia,& non poſſunt haberi niſi ex priuilegio Principis , uel
h tanto tempore cuius initij memoria non exiſtit in contrarium [h] c.ſu-
per quibuſdam, §.præterea,de uer.ſi.& Spe.tit.de cauſa poſ. & ꝓprie,
§.quia uero,uerſ.quid de colligētibus, & D.Bal. in rubr.extra de præ-
ſcrip.& plenè per Bar.in l.quo minus ff.de flumi. Eſt tamen aduerten
13 dum quòd † ſi in perſona tertij eſſet fundatū ius in iſtis regalibus quę
non competunt niſi ſoli principi, tunc præſcribitur ex aduerſo uſusfru
ctus decennio inter præſentes & uicennio inter abſentes, l.fi.in fi.C.
de præſcrip.lo.temp.D.Bar.in d.l.ſi publicanus,§.in uectigalibus,ff.de
publica.& uectig.& D.Bal.in d.c.1.titulo quæ ſunt regalia,uel per præ
ſcrip.triginta uel xl.ann.l.ſicut & l.omnes,C.de præſcrip.triginta uel
quadraginta ann. qua præſcriptione ſi uult uti Communitas eo caſu
quo ius eſſet formatum utſupra,poterunt etiam uti dicti Nobiles fra-
tres de Ducibus,qui probauerunt aquam duxiſſe ſpacio longi & lon-
giſsimi temporis ad ſua molendina. Suppoſito quòd rei vendicatio nō
ſit intentata,ſed actio mandati,quę tamen actio mandati non compe-
tit quando quis recipit mandatum ratione officij, uel propter lucrum
quod inde ſperat habere,l.prætor,§.1.ff.de eden.iuncta l.1.ff. mandati,
14 † nec actio mandati competit ſi quis recipit mandatum non priuatus,
ſed ex offitio publico,l.ſi quis procurator,C.de decur.lib.x.l.1.§.1.ff.ſi
menſ.fal.mod.dixerit.Ita ad litterā decidit D.Alberi. in l.1.C.de eden.
in 2.col. Reſpondetur tamen primo ſuppoſito,ſine ueritatis præiudi
cio,quòd ſit probatum mandatū,non tamen eſt probatum quòd No-
bilis genitor dictorum fratrum de Ducibus impetrauerit pro ſe , &
15 cōſequenter nō eſt ꝓbatus dolus † qui debet ex ꝑſpicuis indicijs pro-
bari,l.dolum,C.de dolo.l.quoties §.qui dolū ff.de proba.Nec obſtat ſi
quiſpiam dixerit quòd ſaltem eſt taliter inditiatus dolus ut poſsit de-
ferre iuramentum in ſupplementum probationis , quia reſpondetur
16 quòd † ubi dolus obijcitur nunquàm defertur iuramētum in ſuplemē-
i tum probationis. [i] Ita ellegāter ſcribit Bal.in l.1.C.qui & aduer.quoſ.
Pręterea nemo teſtiū, niſi unus qui repellitur propter inimicitiā,de-
ponit ſuper mādato eſſentiali,l.3.in uerbo inimicus,ff.de teſt.quia alii
17 dicūt de auditu. Pręterea † regiſtrum Cōmunitatis [k] ad hoc,ut ꝓbet
k requiruntur ea quæ tradidit D.Inno.in c.1.de procur. Nec obſt. quòd
18 poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probationis,quia † ſuper
legitimatione perſonæ nō defertur iuramentū in ſupplementū pro-
bationis,D.Ange.plenè in l.nō ſolùm,§.qui alieno,ff.de procurator.
Suppoſito ſine ueritatis præiuditio,mandatum fuiſſe probatum,non
tamen ſequitur dolum fuiſſe commiſſum,niſi aliter probetur, ut dixi
ſupra

ſupra, nō enim ex friuolis, uel ex iniūſtis præſumptionibus, inducitur
19 doli præſumptio. Cum † quælibet etiam iniuſta cauſa excuſet a dolo,
20 l.1.§.fi.ff.de abig.& l. igitur ff.de li. cauſa. Itē † tollitur præſumptio
l doli quando feciſſet gratia ſui iuris conſeruandi, puta quia eſſet creditor principis, l.at qui natura, ff.de nego.geſt.in §.cum me abſente, & l. delator ff.de iure fiſ.& l.qui ex libertate, ff.de lib.cauſa, de quibus omnibus per D.Alberi.in l.dolum, C.de dolo. Itē excluditur dolus, quia alij erant collegæ in legatione, ex quo ueriſimiliter non præſumitur
21 dolus, l.hac cōſultiſsima ad fi.C. qui te fa.poſ. Itē quia † in curia principis non præſumitur dolus nec metus, l.prima, C.de his qui per metum iudi.non app.& ibi D.Bar. Præterea eſſet neceſſe probare quòd durante offitio legationis eſſet commiſſus dolus, quia poſtquā reuerſus fuit dictus Nobilis genitor dictorū fratrum de Ducibus eſt finitū offitium legationis, l.qui mittitur §.fi.ff. qui ex ca.maio.& l.legato, ff. de legatio nib.cum ſy.nam finito offitio legationis eſt ut priuatus, ut
22 dictis iuribus, & ideo † cum punctualiter non probauerint tēpore legationis ipſum impetraſſe debent ſuccumbere, l.matrem, & ibi per D. Bal.C.de probat.& per D.Bar.in l. non ſolum, §. ſed ut probari ff. de operis no. nunc. Aduertendum quoq; eſt quòd etiam ſi conſtaret
23 de mādato tamen † ſi emiſſet nomine proprio eſſet dominium ipſius,
m [m] cum pecunia non ſit Communitatis, & emerit nomine proprio, glo.in ij.ſolut.in l.qui proprio §.item quæritur, ff. de procur. & caſus in l.ſi ut proponis ar.a ſpetiali C. de rei uen. nam etiam ſi procurator militis emeret nomine proprio, dominium eſſet ementis non militis niſi peccunia eſſet ipſius militis, dicta l.ſi ut proponis, Præterea actio mandati, uel negotiorum geſtorum non datur ad dominiū, ut dicta l. ſi ut proponis, & no. per Bal.in l.i.C. ſi quis alteri uel ſibi. Ex prædictis apparet quid iuris in omnibus prædictis. Et ita conſulunt D.Mart. Turubertus de Tortis, Cato de Sachis, Luchinus de Curte, Iacobus de Puteo, & Stefanus de Fazardis.

## ADNOTATIO.

a *Dominium. uide Iaſ.in §.1.num.66.& 76.Inſt.de act. ubi latè hoc examinat.*

b *Solo. Hanc reg.lim.ut non procedat in eccleſia quæ non cedit ſolo, ſed ſolum cedit eccleſiæ, Iaſ.l.1.§.nūciatio ſub nu.2.uerſ.cōfirmatur, quia ſpeciale de op.no.nūc.*

c *In ſuo. quæ nam ſit ratio omnino uide Didac. Couarr. in §. 5.num.3.4.5. ſecundæ partis relect.c.poſſeſſor malæ fidei, de reg.iur. in ſexto.*

d *l.ſin.pro Intell.huius l.omnino uide Couarr. in d. c. poſſeſſor malæ fidei, §. 2. ſecundæ partis relect.num.9.de reg.iur.in 6°.Crau.de antiq.temp. parte 4.num. 141.uſq; ad num. 146. ſecundum antiquiorem impreſſionem.*

e *Loci. plenè Iaſ. in d. l.ſi ſic legatum, §. ſi mihi num. 18. 19. de leg. 1. Crau.*

conſ.

*conſ.104.num.11.& lim. ut per eundem, Crau. conſ.162.num.3.4. plura tradit Roland. à Valle conſ.82.num.11. cum ſeq. lib.2.*

f *Allegare titulum, Cepol. de ſeruit. urb. præd. cap. 19. ſub num. 6. ubi iſtam opin. dicit teneri communiter per Doctores tam legiſtas quam canoniſtas, ſequutus Paul. de Caſtro in d.l. ſeruitutes, & ibi ſubdit ſub num. 8. quòd iſtam opinionem ſemper uidit in practica ſeruari eam, etiam communem dicit Balb. de præſcript. parte 2. 4ᵉ partis princip. num. 3. de quo etiam uide omnino Crau. conſ.225. per totum.*

g *Conſulendo, Adde Bar. in l. ut uim ſub num. 8. & ibi per Apoſtill. latiſs. ubi Iaſ. & Dec. uterque, nũ. 34. de iuſt. et iur. Alex. cõſ. 92. nũ. 4. lib. 2. ubi apoſtill. Afflic. deciſ. 384. nũ. 3. Dec. cõſ. 23. num. 6. ad Nauſeã uſq; per Neuizanũ, Syl. nup. lib. 5. ſub num. 25. uerſ. etiam ſi eſſet opinio gl. Dec. in c. 1. num. 43. de conſtit. nouiſſime, Clariſſimus præceptor meus D. Io. Cephalus con. 16. num. 30. ubi dicit quòd opinio glo. recipitur à bonis Doctoribus, & num. 31. quòd opinio Glo. cunctis alijs eſt præferenda, & conſ. 32. num. 8.*

h *Cõtrariũ, de hoc, D. Craueta trac. de ant. tẽp. par. 4. nũ. 129. cõſ. 54. nũ. 8. & uide optimè diſtinguẽte Didac. Couarr. in c. poſſeſſor, §. 2. nũ. 7. uſq; ad fi. de reg. iur. in 6.*

i *Probationis, Bald. refert & commendat Iaſ. in repet. l. ad monẽdi col. 94. ſub num. 245. uerſ. Tertia fallentia pulchre ſequitur de iureiur.*

k *Communitatis, uide Crau. conſ. 158. eundem tract. de antiq. temp. parte prima, num. 248. uſq; ad 264.*

l *Excuſet a dolo, adde concord. per Cagnol. l. 1. §. fin. num. 23. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Dec. conſ. 418. num. 23. conſ. 452. num. 4. conſ. 565. num. 7. Brun. conſ. 23. num. 3. conſ. 27. num. 19. conſ. 87. num. 40. Iacob. à Leonard. inter feudal. Brun. conſ. 114. num. 323. per Dominũ Plotum patritiũ noſtrum, ac ſummæ eruditionis et memoriæ Virum in pulchra q. in repet. l ſi quando, ſub num. 349. circa med. num. C. unde ui. per clariſs. D. Meum Ceph. conſ. 110. num. 11. Ampl. modo iſtam reg. ut quælibet cauſa etiam iniuſta modò colorata excuſet a mulcta, Iaſ. d. l. 1. §. hoc iudicium, num 24. cum ſeq. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. & ampl. ut per Iaſ. l. ſi quis maior. num. 3. C. de tranſact. Ampl. ut etiã inducat bonam fidem, Rip. c. cũ eccleſia ſutrina nũ. 100. de cauſ. poſſeſs. & propr. Ceph. conſ. 4. num. 40. lim. ut nõ excuſet a lata culpa Iaſ. l. iuſtè poſidet in fin. num. 31. de acq. poſſeſs. Item ut non excuſet a pœna legali uel ſtatutaria, ut per Iaſ. ibi num. 32. Item quando quis faceret actum qui eſſet de genere prohibitorũ iniuſta cauſa, non excuſaret. a dolo, D. Cephal. conſ. 35. num. 15. 16. Item a dolo non excuſaret cum peccatum eſſet in his quæ iuri naturæ aduerſantur, Ita D. Iacob. Menochius indefeſſæ lectionis uir & olim Papiæ in inſtitutionibus præceptor meus poſt Alex. & Gomeſ. quos allegat in tract. recuperand. poſſeſ. remed. 9. num. 21. quem tamen uide hanc materiam declarantem illo eodemq; tractat. de recuperand. poſſeſs. remed. v. q. 14. per totam num. 48. cum mult. ſeq. ubi de hoc multa habes.*

m *Ipſius, Vide Iaſ. in l. ſi ex pecunia num. 2. & 8. C. de furt. eundem in l. ſi ita quis promiſerit, §. ſcia cauit. de uerb. ob. num. 4.*

## SVMMARIVM.

1 *In dubio nemo præſumitur rebellis.*

## CONSILIVM II.

BERTOLOTVS & conſortes de Coſsis nonnulla bona partimq; allodialia, partimq; feudalia poſſederũt, & tãdem dicta bona peruenerunt in Bertolelũ & Chriſtophorum de Coſsis tamquàm proximiores agnatos & heredes ab inteſtato. Deinde dicta bona fuerunt appræhenſa per Cameram Illuſt. Principis noſtri, fuerũtq; donata a præfato Illuſt. Principe noſtro D. Ioanni de Aretio Secretario prælibati Principis tanquàm bona rebellum, proponiturq; in facto quòd dictus D. Iaonnes a milleſimo quadringẽteſimo decimoſexto citra poſſedit dicta bona, fuitq; dictus D. Ioãnes in mala fide interruptaq; præſcriptio proponiturq; in facto ſi Princeps tolleret litteras dictæ donationis factę D. Ioanni, an dicti de Coſsis eſſent rebelles. *Ex prædictis quæritur quid Iuris.*

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Paucis ſubſtãtialibus tantũ vtendo reſpondi quòd dicta bona ꝑtinẽt dictis de Coſsis iure dominij, uel quaſi quia cum titulis iuſtis poſſederint longo & longiſsimo tempore, l. fi. C. de præſcrip. long. temp. l. ſicut & l. omnes, & l. ſi quis emptionis titulo C. de præſcrip. xxx. uel xl. an. l. celſus, & ibi per D. Bar. ff. de uſucap. c. Abbate ſanè de re iudi. in ſexto, l. 1. & 2. cũ ſy. ff. de publi. & cõſequẽter eſt fundata intentio dictorum de Coſsis. Nec obſtat quòd ſint rebel-
1 les, quia in facto proponitur ipſos non fuiſſe rebelles, nam † in dubio
a nemo præſumitur eſſe rebellis [a] no. in clem. paſtoral. de re iudi. & D.
Bar. in extrauagan. ad reprimendum in uerbo rebelles, ubi elegantiſsimè ſcribitur. Nec obſtat quòd in litteris donationis D. Ioannis Prin
b ceps dicat eos eſſe rebelles, [b] cle. prima de probat. iuncto decreto Illuſtriſs. Principis noſtri, quia reſpondeo quòd in facto proponitur Príncipem Illuſt. abſtuliſſe, ſeu uelle auferre dictas litteras, quia fuit male informatus, nam mens ſua, ut declarabitur ex literis non eſt dictos de Coſsis facere rebelles, ni uerè ſint rebelles. Nec obſtat quòd dictus D. Ioannes poſſederit, & conſequenter præſcripſerit, quia titulus aufe retur per litteras Principis. Secundo quia fuit interrupta præſcriptio, l. naturaliter in prin. & ibi plenè ff. de uſucap. & cauſata mala fides, l. ſi fundum ff. de rei uen. & l. fi. C. de præſcrip. lon. temporis. Et ex prædictis apparet dictos de Coſsis habere iuſticiam, dummodo tollantur literæ donationis factæ Domino Ioanni,

## ADNOT.

a *Rebellis. & hoc crimen præſumptionibus probari non poteſt, ut per* Hieronym. *Gigant. tract. de crimin. læſæ Ma. lib. 2. q. 29. num. 3. Imo iſtud crimen cum ſit ualde pœnale & odioſum ſtrictiſsimè eſt intelligendum, ut per* Dec. *conſ. 64. nũ. 2. 3. conſ. 410. num. 14. 15.* Gramat. *conſ. 31. num. 41.* D. Ceph. *conſ. 75. num. 51.*

b *Rebelles. Imo aſſertioni Principis dicentis aliquem, eſſe eius rebellem non eſt ſtandum, nec ille probatur rebellis, ut latè per* Dec. *conſ. 544. & plene per* Gigantem *d. tract. de crimin. læſ. maieſt. lib. 2. q. 19. & libr. 3. q. 14.* Crau. *conſ. 48. quod tamen limit. non procedere in antiquis, quia tunc etiam in præiuditium tertij ſtatur aſſertioni Principis, ut in terminis noſtris tradit* Crau. *tract. de Antiq. temp. parte prima num. 33.* Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Quando reus conuentus, rei uendicatione interrogatur, an poſsidat rem petitam & neget ſe poſsidere, quæ & quot remedia competant actum.*
2 *Paria ſunt negare, uel dubiè & non clarè reſpondere.*
3 *Reſponſio facta ante litem conteſt. poteſt reuocare ſecus poſt lit. conteſt.*
4 *Quando poſsit confeſsio reuocari.*
5 *In Deciſorijs quaſi contrahitur.*

## CONSILIVM III.

CASVS notabilis, Stefanus coram Iudice petijt Bertolinum & Ambroxium interrogari, an ſedimen petitũ in libello tenerent & poſsiderent, procurator dicti Bertolini, ad cauſas generaliter conſtitutus, dicto interrogẽtur, reſpondit dictum Bertolinum, dictum ſedimen in totum poſsidere; Qui poſtea Bertolinum per eius alium ſpetialem procuratorem, ad hoc habẽtem ſpeciale mandatum, priorem reſponſionem factam per dictum procuratorem generalẽ ad dictum interrogẽtur, velut erroneam reuoauit, dicens ſe tenere unũ ſedimen cum muris & pertinencijs iacens Vercellis in vicinia Sancti Stephani minoris, cui cohæret D. Ludouicus de Tizonibus ſiue hæredes eius, Ricardinus de Centorijs, & uia publica. Vltimo dictus Stephanus petijt ſe in dicti ſediminis poſſeſsionẽ mitti in præiudiciũ dicti Bertolini, qui negauit dictum ſedimen petitum poſsidere, & eſſe in rerum naturá. *Quæritur ex prædictis quid Iuris.*

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Vt paucis rem abſoluam, eſt dicendum dictum Stefanum eſſe mittendum in poſſeſsionẽ petiti ſediminis per
a theoricam [a] quam pulchrè tradit D. Ange. in l. fi. ff. de rei uen. in glo. ij. uer. quia tamen, nam dicit Ang. ibi cum hæc quæſtio pluries ſibi
1 occuriſſet de facto, eam ſe praticaſſe hoc modo, videlicet, quòd † negatione

gatione facta a reo actor petat ſibi dari per Iudicem licentiam intrādi poſſeſsionem rei petitæ tanquàm uacātem a reo,reſeruato iure cuiuſlibet tertij,& huic licentiæ non poteſt reus cōtradicere,quoniam ſua non intereſt eo ipſo quòd negauit ſe poſsidere, hanc quoq; praticam tenet D.Bal.in l.qui ſeruū §.in Iure,ff.de interro.act.dum allegat Spe.ti.de interrogat.quæ fiunt ante litē conte.§. 1. uer. ſciendum, & idem tenet Spec.in d.uerſ.ſciendum,& ſic duplex eſt uia praticæ, una eſt ſi uolo reum negantē ſe poſsidere cōuincere de mēdatio hoc ipſo poſſeſsio ad me transfertur licet non probem de proprietate, l.fi.ff.de rei uen.Alia & ſecūda uia eſt & magis plana ut implorato iuditio offitio mittatur actor in poſſeſsionem, ut eſt caſus in l. qui ſeruum §. in iure, ff. de interroga.act. Et iſte ſecūdus modus praticandi eſt magis ſecurus, quia non oportet ꝓbare mendatiū ſicut in alio primo modo praticādi,ut ponit Spec.in d.§.1.uer.ſciendū,& D. Ange.in d.l.fi.uerſ. quia tamen, utrunq; remedium. Ex prædictis apparent duo remedia prodita contra reum negantem poſsidere, primū remediū eſt tranſlatio poſſeſsionis in actorem probato mendatio, ſecundum remedium eſt miſsio in poſſeſsionem ſine aliqua extrinſeca ꝓbatione, & hoc remediū eſt magis ſalubre. Ad propoſitum itaq; cum dictus Bertolinus ſe negauerit poſsidere dictū ſedimen petitū,ut infra demonſtrabo in eius præiuditiū dictus Stefanus eſt mittendus in poſſeſs. dicti ſediminis petiti ſine p̄iuditio alterius, dicta l.qui ſeruū §.in iure,& illa ratione,quia dicti Bertolini non intereſt poſtquam negauit ſe poſsidere, & auctoritate tantorum Doctorum, Specu. Bal. & Ang. qui non habent cōtradicētem,& ita de facto ſeruatur. Quòd autem dictus Bertolinus negauerit poſsidere ſedimen petitū liquido probatur,primo quia mediante procuratore ſpetiali reuocauit confeſsionem procuratoris generalis,& ſic negauit ſe poſsidere ſedimen petitum, l.certè §. ſi ꝓcur. ff.de præcario,l.ita tamen,§.geſiſſe ff. de admi. tu. c.fi. de iura. calum, lib. 6. cum concordantijs mult. Præterea reſponſio facta a procuratore ſpetiali eſt dubia dum dicit poſsidere unum ſedimen &c. prout in
1 themate,ergo negatiua quia † paria ſunt negare,uel dubiè & non clarè reſpondere,l. de ætate, §.nihil ubi tex.ff.de interro. act. Nec obſt.ſi fortaſsis allegaretur per dictum Bertolinum ſe nō poſſe reuocare cōfeſsionem factā a procuratore generali,niſi probato errore quem ipſe non probauit,ut per D.Bar.in l.non fatetur ff.de confeſs.quia reſpon
2 deo & dico quòd imo † reſponſio facta ante litē conteſtatā, quòd quis poſsideat poteſt reuocari ſecus poſt litem conte.ut per Spec.ti.de interro.quæ fiūt ante litem conte.§.fi.uerſ.pen. Ibi dic quòd ſi ante li-
3 tem conte. Nam eſt aduertendum † quando confeſsio ualeat reuocari,quia aut loquitur in extraiuditialibus,& iſte non eſt caſus noſter, de

quo per Bar.in d.l.nō fatetur,& per D.Bal.in l.error, C.de iure & fac. igno.aut loquitur in iuditio & poſt litem conteſtatam, & tunc etiam iſte non eſt caſus noſter & eſt dicendū, ut pulchrè per Spec. titulo de confeſ. §. fi. per totum illum §. Si autē loquitur in præparatorijs ante litem conteſtatam & iſte eſt caſus noſter,quo caſu regula eſt quòd cōfeſsio quæ fit ad præparationem inditij etiam ex certa ſcientia poteſt reuocari ante litem conteſtatam, ſecus autem ſi fieret confeſsio ad litis deciſionē,quia nō poteſt reuocari niſi ex cauſa erroris. Hanc theoricam tradit D. Bal. in l.is qui ſe obtulit ff. de rei uen. & ita intelligitur text.in l.de ætate §.celſus,ff.de interro.act. Idem ſentit & tenet D.
4 Ang.in dicta l.is qui ſe obtulit, & ratio diuerſitatis eſt quia † in deciſorijs quaſi contrahitur l.depoſiti,§.ſi filius ff.de peculio,& hæc fuit ratio ſubtilis D.Bal. & ideo in caſu ſuppoſito quo ad reuocādam cōfeſſionem non eſt opus probare errorem ſatis eſt enim reuocare ſimpliciter ipſam confeſsionem ante litem conteſtatam. Idem tenet Spec. in dicto titulo de interroga.§. fi. uerſ. hoc quoq; nota dignum. Ibi ſi uerò ante litem conte.&c. & ſic limitatur dictum Bar.in d. l. non fatetur ꝑ dicta Spe.Bal.& Ang.ubi ſupra,nam ipſe met Bar. tranſit cū glo. in d.l.is qui ſe obtulit. Et ſic ex prædictis patet reuocationē cōfeſsionis factæ a procuratore generali ante litē conteſtatam fore & eſſe ualidam poſtquam dictus Bertolinus dicit ſuum procuratorem generalem erraſſe quia non poſsidet ſedimen petitum. Nec obſt. confeſsio facta ultimo loco per procuratorem ſpetialem,qui poſtea eſt confeſſus prout confeſſus fuerat primus procurator generalis, quia reſpondeo quòd eſt nulla tanquàm facta contra formam mādati ſui uulgata, l.diligenter ff.man.cum ſy.Nam d. mandauit reuocatio confeſsionis factæ a procuratore generali,ergo non approbationem neque confeſſionem,quia unius improbatio non eſt eiuſdem approbatio, l.ubi repugnantia ff.de re iure. quia circa idem non cadit approbatio & improbatio,ut per D.Ang.in l.ſi ab arbitro,ff. qui ſatiſda.cogan. Ex prædictis apparet clarè dictum Stephanum eſſe mittendum in poſſeſsione dicti ſediminis poſtquàm dictus Bertolinus ſiue eius procurator ſpetialis dixit dictum ſedimen non poſsidere.

*Ita conſulit* D. *Martinus de Garratis in Ciuitate Vercellarum.*

ADNOT.

a *Theoricam.* *Hanc Ang.Theoricā ſequuntur Ang.Aret. in §.omnium, col.9.num.8. uerſ.quæro quid econtra ibi Iaſ.latiſs. nū.85.cum pluribus ſeq.inſt.de actio.glo. in c.cum cauſam in uerbo interrogationibus extra de iuram. calum.& pro exornatione & confirmatione huius theoricæ uide omnino Petr. à Duen. reg.325.& 329. lib.primo.* Io. Franc. Catius.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Quando Princeps ſe fundat per uiam cauſæ in facto proprio eſt ſtandum, etiam uerbis narratiuis eiuſdem.*
2 *Verba principis, plenaria informatione præhabita, quid importent.*
3 *Coram Principe omnia præſumuntur ſolemniter acta.*
4 *Præſumitur pro declaratione Principis quando eſt de antiquo facta.*
5 *Dubia diſpoſitio debet declarari per præcedentia.*
6 *In dubio, debemus interprætari pro reo.*
7 *Cauſa præſumitur deſcendere unde deſcendere debuit.*
8 *Pluralitas non præſumitur.*

## CONSILIVM IIII.

FACTVM ſic ſe habet celebratum eſt, inſtrumentum huiuſmodi. Ambroſius quondam Gullielmi & Nicolinus quondã Comelli, & uterq; eorum inſolidum ſeſe & omnia eorum, & utriuſq; ipſorum inſolidum bona præſentia & futura pignori obligauerunt. Ita quòd uterq; eorum inſolidum teneatur & cum effectu poſsit conueniri de toto. Et primo loco ſemper omni tempore, & ubiq; renunciando &c. Gratio filio Ioannis ibi præſenti ſtipulanti & recipienti. Ita quòd ſupraſcripti Ambroſius & Nicolinus dabunt eidem gratio florenos 650. & hoc ex cauſa depoſiti, Idem Ambroſius in hac forma ſupplicauit, quòd tempore quo Antoniolus gener dicti ſupplicãtis erat detentus in manibus D. Rugerij Vicatij generalis ad inſtantiam D. Manfredi pro quadam iniquiſsima condẽnatione facta contra dictum Antoniolum. Ipſe ſupplicans ad ſuaſionẽ dicti Gratij promittentis de faciendo liberari de carceribus, dictum Antoniolum opere Georgij ſoceri dicti D. Manfredi: dum foret ſecurus de certa denariorũ quantitate eidem danda ſe obligauit uerſus dictũ Gratium modo quo ſupra, in ſeruitio Antonioli prædicti, licet dicti denarij non fuerint exburſati, Qui Antoniolus diè quo fuit celebratum inſtrumentum obligationis de qua ſupra deceſsit, & dictus Supplicans etiam produxit certa capitula probationis & certos teſtes per quos ad plenũ iuſtificauit contenta in ſupplicatione, qua ſupplicatione porrecta.

HVMANISSIMVS PRINCEPS. in huiuſmodi formã dictæ ſupplicationi reſpondit plenaria informatione præhabita. Cõperientes & clarè & apertè compræhendentes inſtrumentum obligationis florèn. 650. in quibus Ambroſius Gratio legitur obligatus, fuiſſe fictum & ſimulatum, & fictè & ſimulatè confectum & ipſius inſtrumenti occaſione nullam pecuniæ quantitatem fuiſſe numeratam, ſed ſolum fuiſſe factum ob ſecuritatem debendi liberare prædictum Antoniolum a carceribus in quibus tũc

detinebatur, & deceſsit, ut patet ex atteſtationibus teſtium produ-ctorum per dictum Ambroſium, decernimus & declaramus dictum inſtrumentum obligationis fuiſſe & eſſe fictum & ſimulatum, & abſq; aliqua pecuniæ numeratione confectum, & ipſum inſtrumentum non ualere, nec tenere, nec poſſe, aut debere dicto Ambroſio præiudicare in aliquo. &c. Ex prædictis quæ ſupra in facto fuerunt præmiſſa quæritur de duobus dubijs. Primum itaq; eſt an illa declaratio Principis ualeat. Secundum an dicta declaratio intelligatur de inſtrumento depoſiti de quo ſupra.

In Christi nomine amen. Capio primũ dubiũ & nõ eundo per argumenta, ſed ueniendo ad rem cum ſecuri decidente, eſt dicendum
1 declarat. Principis ualere quoniam † quando Princeps ſe fundat [a] per
a uiam cauſæ in facto proprio eſt ſtandum etiã uerbis narratiuis eiuſdem
b Principis, c. ſi papa de priuil. lib. 6. facit cle. prima. [b] de prob. Bal. in l. ex his uerbis, C. de te. milit. ſed ſic eſt quòd Princeps in dictis litteris firmat intentionem ſuam, ut patet ibi, & plenaria informatione præhabita & ibi clarè & apertè compræhendentes inſtrumẽtum obligationis &c. Ecce qualiter dicit Princeps fundando intentionem ſuam ſe comperiſſe inſtr. ficititium & ſimulatum, ergo eius uerbis eſt ſtandum, facit quia quòd Principi placuit legis habet uigorem, l. 1. in prin. cum ſy. ff. de conſti. prin. Nec obſt. ſi allegaretur non conſtare de citatione ergo ſentẽtia nulla, ut per Bal. in l. fi. C. de legi. quia reſpondetur quòd
2 imo conſtat eo ipſo quòd Princeps dicit † plenaria informatione præhabita. Nam illa uerba ſignificant citationem & plenam cauſæ cognitionem, l. Iudices, C. de iudi. & facit quòd no. D. Bal. in l. non dubium,
3 C. de legi. quia † omnia præſumuntur ſolemniter acta coram Principe,
c [c] l. omnium, C. de teſtamentis, & Io. An. in c. in cauſis de re iudi. in nouella, nam non pſumitur aliqua macula in Principe, ut ibi dicit Io. An.
4 Præterea † præſumitur pro hac declaratione Principis quando eſt lata de antiquo ut inquit Cy. & Bal. C. de fide inſtr. l. emancipatiõe, & quòd not. in c. quoniam contra falſam cum ſy. de probat. Ex prædictis igitur apparet dictam declarationem ualere & tenere, quia potiſsimè eſt facta a principe. Circa ſecundum articulum quo quæritur an dicta declaratio intelligatur de inſtrumento depoſiti de quo ſupra dicendum eſt
5 quòd debet intelligi de dicto inſtrumento depoſiti † Nam quando eſt dubia aliqua diſpoſitio, tunc poteſt multipliciter declarari potiſsime
d per relationem ad contractum præcedentem. [d] Nam ponamus ego ſum ſtipulatus triticum ſtipulatio eſt obſcura certè ſi præceſsiſſe contractus mutui de decem ſachis tritici, dicta ſtipulatio ſummeret declarationem ut intelligeretur de dictis decem ſachis tritici mutuo dati, tex. eſt in l. triticum ff. de uerbo. obli. coniuncta glo. pulcra ibi in uer-

bo

bo cogitauerit,& illam glo.ſequũtur ibi Doct.maximè D.Bar.& Ang.
6 maximè quoniam † ubi eſt dubietas interpetrabilis & declarabilis debemus interpetrari pro reo, [c] Ang. in l.quicquid aſtringẽdæ,ff. de uer. ob.circa principium facit l.ſtipulatio iſta §.in ſtipulationibus ff.eo.tit. Igitur cum hęc interpretatio & declaratio faciat pro reo erit ſumẽda. Præterea dicit D.Bal.in l.generaliter C. de nõ nu. pecunia in 7. quæ-
7 ſtione quòd † cauſa p̃ſumitur deſcẽdere unde deſcẽdere debuit & ad id eſt aptanda præſumptio quòd eſt iuſtum & uериſimile,ar.l.ij.ff. de aqu. poſ. & directo loquirur in terminis noſtris in p̃ſumenda cauſa. Igitur in caſu noſtro erit præſumendum quòd inſtrumẽtum de quo loquitur declaratio Principis ſit illud inſtrumentum depoſiti, maximè propter indenitatem quantitatis & perſonarum, [f] ut per Bal. in dicta l. generaliter, & Bart.& Ang.in d.l.triticum, ff.de uer. ob. nam niſi ita diceremus & uelemus dicere declarationem Principis loqui de alio inſtrumento in quo erat cauſa, ſcilicet propter relaxationẽ dicti Antonioli generi male diceremus, quoniam Princeps in litteris ſuis dicit dictum inſtrumentum ſimulatum & fictitium, ſed ſi eſſet cauſa inſtrumenti ipſa relaxatio dicti Antonioli, tunc non eſſet inſtrumentum ſimulatum,imo diceretur cauſam promiſsionis nõ ſecutam, & ſic promiſsio eſſet uera & ualida,ſed obſtaret exceptio,l.ij.§.circa,& ibi glo. ff.de excep.doli.& no.Bar.Bal.& Ang.in l.iuris gen.§.ſed cum nulla ff. de pactis & ideo Princeps dixit dictum inſtrumentum depoſiti ſimulatum & fictitium,quia re uera nullæ pecuniæ fuerunt depoſitæ, ſed fuit celebratum dictum inſtrumẽtum in figura depoſiti & reuera agebatur
8 propter relaxationem dicti Antonioli. Item † pluralitas non præſumitur [g] l.cum qui,§.in popularibus,ff.de iureiuran.& not. D. Bal. in l. qui iuraſſe,§.ſi pater, ff.eod.tit. Ex his omnibus concludo dictam declarationem Principis debere intelligi de inſtrumento ſupraſcripto depoſiti.

*Et ita dicit & conſulit D. Martinus Laudenſis.*

## ADNOT.

a *Fundat. Hoc Declara, ut per Crau. de antiq. temp. parte prima num. 46. ſecundum antiquiorem & primam Venetam impreſsionem.*

b *Clem. prima ad cuius intell. uide Crau. de antiq. temp. parte prima num. 41.42.*

c *Principe. imo geſta coram principe, & eius auctoritate interueniente, adeo ritè & rectè geſta eſſe cenſentur, ut læſio non poſsit allegari nec in integrum reſtitutio peti Crau. conſ. 5. num. 2. D. Ceph. conſ. 3. num. 25. conſ. 77. num. 10.*

d *Præcedentẽ. facit l.quadã mulier ubi glo.& Bart.nũ.3.ff.de rei uend.in pulcra q. Crau.conſ.10. num.9.cõſ.91.nũ.9.conſ.106.num.10.conſ.226.nũ.5.Grammat.*

*deciſ.*

*deciſ. 103. num. 77. notab. caſu Pariſ. conſ. primo num. 162. lib. 2. Soci. Iun. conſ. 68. num. 12. libro p°. Alciat. tract. præſumpt. reg. 2ª. præſumpt. 23. 24. D. Ceph. conſ. 4. num. 39. conſ. 33. num. 20. conſ. 77. num. 43. conſ. 98. num. 29.*

e *Reo. Secus in cauſa matrimoniali gl. c. cum ſunt partium iura de reg. iur. in 6°. Mart. Laud. infra conſ. 30. contracta ſunt ſponſalia in fine & de hac reg. habetur per Dec. & Cagnol. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. Alciat. tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 44.*

f *Perſonarum. Quinimo dicitur probata rei identitas probata aliqua qualitate quæ concordet, Crau. conſ. 198. num. 2. et quæ identitas coniecturis probatur D. Ceph. poſt Bald. & Socin. quos allegat conſ. 98. num. 20.*

g *Præſumitur. Dec. l. hac conſultiſsima num. 18. C. qui teſtam. fac. poſs. Mars. ſing. 439. Alex. conſ. 88. num. 27. & ibi latam habes apoſtillam lib. 5. Crau. conſ. 198. num. 1.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ceſsionis minoris de re immobili non ualet niſi oſtendatur inſtrumentum crediti.*

2 *Verbis enuntiatiuis non ualentis diſponere non creditur.*

3 *Ad habendos fructus non ſufficit oblatio ſola.*

4 *Procurator cui debet ſolui admittitur cum cautione rati ſi dubitatur de eius mandato.*

5 *Procurator minoris non admittitur niſi ſatiſdet de non petenda reſtitutione in integrum.*

6 *Ob Decretum iudicis interpoſitum præſumitur quo ad ipſos contrahentes non quo ad tertium.*

## CONSILIVM V.

CASVS in quo petitur conſuli eſt talis, Ambroſius minor habebat ius luendi infra annum certa prædia a Bartolomeo. Iſte minor qui habebat matrem curatricem datam in teſtamento ſed non confirmatam, ſine auctoritate matris cum decreto Iudicis ceſsit illud ius luendi Chriſtophoro, qui ſe aſſerebat creditorem dicti Ambroſij minoris, uigore inſtrumenti dotis & teſtamēti paterni dicti Ambroſij. Dictus Chriſtophorus ceſsionarius obtulit coram Iudice pecunias dicto Bartolomeo ut retro uenderet dicta prædia, & produxit inſtrumentum ceſsionis ſupraſcriptæ qualiter habebat ius luendi dicta prædia, uigore ceſsionis ſibi factæ a minore, tamen nō produxit inſtrumēta dotis & teſtamēti ex quibus apparebat eũ creditorē dicti minoris. Quęſitum fuit an productio inſtrumenti ceſsionis ſufficeret.

Con-

Conſului ego cum alijs Doct.quòd non,quia dictus Bartolomeus de-
bebat certificari,ut per Bar.in l.non ſolũ §. morte in tertia principali
a quæſtione,[a] ff.de op.no.nunct.& l.ſi quis inficiatus ff. depoſiti, l.no-
men,C.quæ res pig.ob.poſ.cle.cauſam de elect.ſed iſte Bartolomeus
1 non eſt certus quia † inſtrumentum ceſsionis minoris de re immobili
b non ualet niſi oſtendatur inſtrumentum crediti, Ang. [b] in l.1. §. fuit
quæſitum ff. ad treb. & in l. pupillus, Bart. ff. de auct. tut. Item quia
2 † uerbis enunciatiuis in non ualentis diſponere non creditur, Bal.
in aut. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. uerſ. ſed iuxta hoc
3 quæritur. Item † ad habendos fructus non ſufficit ſola oblatio niſi
fiat depoſitio,glo.in l.2. in fi. C. de pact. inter emp. & uen. Item quia
4 † ubi dubitatur de mandato procuratoris cui debet ſolui admittitur
cum cautione rati, glo. & bal. in l. non ſolum, §. qui alieno, ff. de
5 procur. nam iſtud mandatum eſt dubium, quia † procurator mino-
ris non admittitur niſi ſatisdet de non petenda in integrũ reſtitut.l.3.
§.1.glo.& bar.ff.rem ra.haberi,l.neq; tutores ubi plenè, C. de procur.
Secundo dubitatur,quia iſte minor eſt ſub cura, ergo non admittitur
ſecũdum bal.in l.ſi cur.habens,C.de in inte.reſti.minorum, ergo non
poteſt contrahere uel diſtrahere ſine curatrice matre, maximèquia D.
Alberi.in d.l.ſi curatorem habens dicit ſeruari in iudicijs circa fi. &c.
idem in principio dicit idem,quando nundum fecit inuentarium,uel
ſatiſdedit &c. facit etiam quia denunciatio perſinctoria non ualet, l.
aut qui aliter,§.1.ff.quòd ui aut clam. facit quòd not.bar.in l.quòd te.
ff.ſi cer.pet.ubi ad conſtituen.in mora requiritur quòd inſtrumentum
c legatur. [c] Nec obſt. quòd iſta curatrix debeat confirmari, inſti. de cu-
ra.§.1. quia reſpondetur eſſe obreptum Iudici interponere decretum
qui neſciuit de curatrice, ut per Alberi.in d.l.ſi curator habens, & per
bal.in rubrica C.qui admit.ad bo.poſ.po.unde non ualet, bar.in l. qui
autem, §.conſtituere, ff. de conſti. pecunia. Item quia ex neceſsitate
iudex tenetur curatricem cõſtituere,l.ſi filio,ff.de confir. tut. Sed ta-
6 men ego dubitaui de uno, quia † propter decretum iudicis interpoſi
d tum in ceſsione præſumitur, [d] ut Specu.de emp.& uen. §.nunc dicẽdũ
uerſ.& breuiter. Sed reſpondetur quòd contrarium tenuit Inno.in c.
dudum de re.ecc.non alie.uel aliter Spec.loquitur quo ad ipſos con-
trahentes non quo ad tertium,quia res inter alios acta &c.ut per Bar.
in d. l. non ſolum,§.morte in tertia principali q.de op. no. nunc.

*Ita conſuluit D. Martinus de Laude,unà cum Doct. huius Collegij Papienſis.*

AD.

*deciſ. 103.num.77.notab. caſu Pariſ.conſ.primo num.162.lib.2. Soci.Iun.conſ. 68.num.12.libro p°.Alciat.tract.præſumpt.reg.2ª.præſumpt.23.24. D.Ceph. conſ.4.num. 39. conſ. 33. num. 20. conſ.77.num. 43. conſ. 98. num. 29.*

e *Reo. Secus in cauſa matrimoniali gl. c. cum ſunt partium iura de reg. iur. in 6°. Mart. Laud.infra conſ.30.contracta ſunt ſponſalia in fine & de hac reg. habetur per Dec. & Cagnol. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. Alciat. tract. præſumpt. reg.3. præſumpt. 44.*

f *Perſonarum. Quinimo dicitur probata rei identitas probata aliqua qualitate quæ concordet, Crau. conſ. 198. num.2. et quæ identitas coniecturis probatur D. Ceph. poſt Bald. & Socin. quos allegat conſ. 98. num. 20.*

g *Præſumitur. Dec. l. hac conſultiſſima num.18.C.qui teſtam.fac. poſs. Mars. ſing. 439. Alex. conſ.88. num. 27. & ibi latam habes apoſtillam lib. 5. Crau. conſ. 198. num.1.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ceſsionis minoris de re immobili non ualet niſi oſtendatur inſtrumentum crediti.*

2 *Verbis enuntiatiuis non ualentis diſponere non creditur.*

3 *Ad habendos fructus non ſufficit oblatio ſola.*

4 *Procurator cui debet ſolui admittitur cum cautione rati ſi dubitatur de eius mandato.*

5 *Procurator minoris non admittitur niſi ſatiſdet de non petenda reſtitutione in integrum.*

6 *Ob Decretum iudicis interpoſitum præſumitur quo ad ipſos contrahentes non quo ad tertium.*

## CONSILIVM V.

CASVS in quo petitur conſuli eſt talis, Ambroſius minor habebat ius luendi infra annum certa prædia a Bartolomeo. Iſte minor qui habebat matrem curatricem datam in teſtamento ſed non confirmatam, ſine auctoritate matris cum decreto Iudicis ceſsit illud ius luendi Chriſtophoro, qui ſe aſſerebat creditorem dicti Ambroſij minoris, uigore inſtrumenti dotis & teſtamēti paterni dicti Ambroſij. Dictus Chriſtophorus ceſsionarius obtulit coram Iudice pecunias dicto Bartolomeo ut retro uenderet dicta prædia, & produxit inſtrumentum ceſsionis ſuprascriptæ qualiter habebat ius luendi dicta prædia, uigore ceſsionis ſibi factæ a minore, tamen nō produxit inſtrumēta dotis & teſtamēti ex quibus apparebat eū creditorē dicti minoris. Quęſitum fuit an productio inſtrumenti ceſsionis ſufficeret.

Con-

Conſului ego cum alijs Doct. quòd non, quia dictus Bartolomeus debebat certificari, ut per Bar. in l. non ſolũ §. morte in tertia principali
pro cauſa remanendi,& facit cle.quia contingit in fine de religio.domibus. Ex quibus omnibus apparet dictum A.ſacerdotem non poſſe canonicè dictas duas eccleſias curatas ſiue parrochiales obtinere, maximè cum proponatur etiam dictam eccleſiam ſecundā habere ius decimarum,& primiciarum,in quibus etiam conſiſtit ius parrochiale,& ſicut uidetur,quod ſit etiam actu parrochialis iuxta no.plenè per Hoſti.in ſumma tituli de parrochiis §.in quibus conſiſtit ius etiā attenta æquitate, quia dictus A.ſacerdos permiſit dictam primam eccleſiam curatam collabi & deſtrui,nec in ea diuina celebrat offitia. Nec obſt. glo.Io.An.in c.licet canon de ellec.lib.6.quàm ſequitur Hoſti. & Ant. de But.in c.quia nonnulli de cle.nō reſid.& c.de multa de ꝑben.quia reſpondeo fœdere diſtinctionis quam diſtinct.ponit Paulus de Aliazaris in d.c.licet canon refferente Geminiano reducēdo has opiniones
9 ad concordiam aut† parrochia nō eſt limitata ad territorium,ſed tantum per capita hominum,& tunc ſi homines ex toto deficiūt,& ſit uera opinio Io.An.glo.Hoſti.& Anto.de Butri. Aut eccleſia habet parrochiam limitatam per fines agrorum,& tunc intelligitur parrochialis & nemine exiſtente ſiue habitante in parrochia, & ita intelligātur ſinoda, Inno. Specu. Archi. Abbat. & Io. de Ligna.& Gemi.& eſt not. quod D.Anto.de Butri.fuit contrarius ,& ſic de eius auctoritate non fuit curan.quia unum tenuit in prohemio,cle.refferente Gemi.diſtin. eius in d.c.licet canon. Aliud autem in d.c. quia nonnulli & c. de multa,& imo communis opinio non eſt contra Inno.imo eſt pro eo inſpecto numero & auctoritate Doctorum , quia ſunt plures Doctores numero & digniores auctoritate tenentes opin. Inno. ut in ſuperioribus retuli. Nec obſt.quòd ponderetur animarum periculū, quia cū reuerentia iſtud non eſt uerum,ut patet in c.quia nonnulli, & in c.de multa,ut plenè in ſuperioribus demonſtraui quod patet quia prohibens etiā pluralitatē dignitatum in quibus non ponderatur animarū ꝑiculū in habitu,utſupra demonſtraui. Not.quorum ob ſi fortè allegaretur extrauagans execrabilis,ibi curam habere cenſemus quæ par rochias habet in quibus eſt animarum cura &c. quia ille tex.intelligitur indiſtinctè ſiue actu ſiue habitu,ut patet in uerbo exercenda,quod inſpicere futurum tempus,& patet ex prohemio ipſius extrauagan. in prin.ſui ubi ponit cauſas illius extrauagantis,maximè cum illa extrauagans ſuperuenerit ad magis reſtringendas habenas pluralitatū beneficiorum,ut patet,quia maiorem pœnam imponit quādo c.de multa,utſupra in euidentialibus deduxi. Et ex his omnibus apparet dictum A. ſacerdotem dictas duas eccleſias parrochiales obtinere non poſsit,quinimo ipſum altera uel utraq; ipſo iure fuiſſe priuatum.

*Ego Martinus de Garratis ſic conſulo.*

A D.

## ADNOT.

a *De multa. Ad c. de multa, & ad extrauagantem execrabilis & ad materiam huius conſ. uide omnino Petr. à Duen. Ampl. & lim. 6. modis reg. 71. lib. 1. qui ſatis abunde materiam iſtam examinat, & ad quem ſufficiat remiſsio.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Onus dotandi ſorores pertinet ad fratres ubi alias non adſit unde dotentur.*
2 *Ad legatum dotium hæredes tenentur pro portionibus hæreditarijs.*

## CONSILIVM X.

CAsvs ſuper quo petitur conſilium eſt talis, Ioãnes condidit teſtamentum, in quo conſtituit & declarat dotes Antoniæ & Auguſtinæ neptibus ſuis, filiabus quondam Petri filij dicti teſtatoris florenos cccc. pro qualibet earum, quos cccc. florenos iudicauit habere tempore quo maritabuntur, poſt ea inſtituit hæredes uniuerſales Iacobum filium dicti teſtatoris pro dimidia, pro alia uerò dimidia Inſtituit hæredes Matheum & Antonium fratres, nepotes dicti teſtatoris, filios dicti Petri filij dicti teſtatoris. Quæritur an ſupraſcripta Antonia & Auguſtina ſorores, neptes teſtatoris, & filiæ dicti Petri, filij dicti teſtatoris, debeant maritari de bonis communibus, an ſolum de parte hæreditatis dictorum Mathæi & Antonij fratrum ſupraſcriptarum dominarum Antoniæ & Auguſtinæ. Præſuppoſito ſtatuto quòd ſorores dotatę non ueniant ad ſucceſsionem cum fratribus &c.

1 In Christi nomine amen. Breuibus utendo, licet † onus dotis
a eſſet dictorum fratrum,[a] tam uigore ſtatuti quàm etiam de iure communi ubi aliter non haberent unde ſe poſſent dotare, l. cum in plures, §. 1. ff. de admi. tuto. & no. in l. fi. C. de dot. promiſſ. tamen quia teſtator auus legauit dotes neptibus ſupraſcriptis clarè, ut patet ex te-
2 nore teſtamenti reſultat, breuis iuris concluſio dictos † hæredes pro portionibus hæreditarijs teneri ad legatas ſupraſcriptas dotes, & ſic pro dimidia, l. ſi plures ff. de leg. 3. l. turpia §. fi. ff. de leg. 1. quia hæredes prò portionibus hæreditariis tenentur ad legata ſoluenda. Ideo dictis dominabus Antoniæ & Auguſtinæ tẽpore quo maritabũtur dicti cccc. floreni prò dotibus debent præſtari a dictis Iaco. pro dimidia, & a dictis Matheo & Antonio pro alia dimidia cum proportionibus hæreditariis præſtentur legata legatariis, d. l. turpia, §. fi. & d. l. ſi plures alleg. Et niſi præſupponeremus ſupraſcriptũ ſtatutũ incideremus in dubiũ, utrum teſtamentum ſit nullum præteritione dictarum Antoniæ & Auguſtinæ,

guſtinæ,l.filio præterito,ff.de iniuſto,rupto.l.fi. C. de lib. præteri. uel exhæredat. & Bal. in l.fi. C. famili. herciſ. Ex prædictis igitur patet Iacobum ita teneri ad partem oneris dictarum dominarum dotandarum. *Et ſic conſuluit* D. *Martinus in hoc eleganti dubio.*

### ADNOT.

a *Fratrum. uide* Boer. Deciſ.*129. num. 1.2.7. ubi num.8. poſt Iaſ. l. 1.num. 30.ſol. matr. & alios quos allegat, dicit fratrem teneri dotare ſororem de redditu ſuæ Eccleſiæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Arbitratores an poſſint dicere teſtimoniũ coram reductore.*
2 *Sententia interlocutoria an poſsit ferri ſine ſcriptis.*
3 *A ſententia interlocutoria lata ex conſilio ſapientis quod debeat fieri compromiſſum de cauſa reductiua an poſsit appellari.*

## CONSILIVM XI.

1 CAsvs eſt † an arbitratores coram reductore poſsint
dicere teſtimoniũ contra eorum ſententiam, dixi primo quòd pro eorum ſententia non poſſunt, Cy. & Bar.
in l.ne in arbitris C. de arbi. ſed cõtra eorũ ſententiã ſi
producuntur a parte contra quam prolatum eſt laudũ
a ualet eorum dictum[a] ſicut dicimus in procur. & aduocato capitulo Romana de teſti.lib.6.& ibi Archi. ſecus ſi producantur
a parte pro qua eſt latum laudum & defficiẽtibus aliis rationibus hoc
eſt indubitatum, Io. An. in c. romana alleg. in nouella l. conſenſu C. de
repudi. & Anto. de Butr. in c. cum a nobis de teſtibus. Secundo quæ-
2 ritur † an ſententia interlocutoria poſsit ſine ſcriptis proferri & eſt di-
b cendum quòd ſic[b] ſecundum Bar. in l. pe. C. de ſen. experi. recitan. & l.
fi. e. tit. per Bal. dummodo Iudice ſedente pro tribunali niſi ſtatutum
3 diceret oppoſitum. Secundo quæritur utrum † ſententia interlocutoria lata ex cõſilio ſapientis quòd debeat fieri compromiſſum de cauſa
reductiua poſsit appellari, & eſt dicendnm, quòd nõ, quia præſupponitur ſtatutum Cremonæ ſub rubr. quòd except. de quibus non ſit cognitum &c. quod diſponit quod á ſententia lata ex conſilio ſapientis
quòd a ſententia lata ſuper except. dilatoria declinatoria, & pereptoria, ſiue mixta & cuiuſcunq; generis ſit non poſsit appellari, ſed iſta eſt
peremptoria ſiue mixta, ut not. per Bal. in l.1. C. ubi in rem actio, & per
Bar. in diſputatione conſiliũ Piſanæ Ciuitatis, qui allegat l.3. C. de iur.
fi. lib. x. igitur &c. Conſilium tamen Peruſinum conſuluit quòd cauſa

reductionis poteſt compromitti conſilio quod incipit Ludouicus Philippi de Ciuitate Caſtelli, circa finem. *Ita dicit & conſulit D. Martinus de Laude cum alijs Doctoribus in Ciuitate Cremonæ.*

## ADNOT.

a *Dictum. Iſtud intellige, ut per Blanchum tract. de compromiſſ. q. 8. num. 33.*

b *Quod ſit. Marant. tract. de ordin. iudiciar. ſeu ſpeculo aureo tertia parte prin. num. 12. Sebaſt. Vant. tract. de nullitat. proceſſ. tit. de nullit. ex defect. proceſſ. ſolemnit. & form. ipſius ſent. num. 74.* Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Notarius non poteſt matricem, ſeu abreuiaturam extendere ultra ſubſtantiam ſed debet ſeruare formam contractus.*

2 *Licet in inſtrumento ſit dictum & extendatur ad dictamen ſapientis, non tamen poteſt extendi inſtrumentum ultra ſubſtantiam negotij.*

## CONSILIVM XII.

CAsvs ut res clarius demonſtretur, ſubiitio matricem tabellionis D. Arditius de Comittibus de Roueſcalla fecit ſuos procuratores Nicolinum Vbertum & Ioannem ad cauſas, & generaliter proteſtans quòd eſt contentus quod D. Petrus de Curte habeat poſſeſsionē de Roueſchalla quod nunquàm dedit auxilium illis de Petra. Deinde reperitur mutatam eſſe ſubſtantiam dictæ procuræ & proteſtationis in publico inſtrumēto ſiue extenſo, quia fit in eo mentio de commiſsione facta, tribus bonis uiris cognoſcentibus de quæſtionibus uertentibus inter dictos de Curte & de Comittibus, & de S. Nazario, & quòd ſunt omnia acta ſibi denunciata, & quòd habuit notitiam ſententię, & etiam approbatio & ratificatio dictæ ſententiæ. Itē quòd eſt debitor & quòd curabit quòd prædicta obſeruabuntur &c. Hoc ſic præmiſſo in facto reſultat iuris concluſio, dictam extenſionem
1 uel mutationem eſſe nullam, quia † tabellio non poteſt matricem ſiue
a imbreuiaturam extendere ultra ſubſtātiā [a] ſed debet ſeruare formam contractus, Specu. tit. de inſtru. edi. §. inſtrumentū ergo publicū uerſ. Item quòd res fuit aliter geſta & D. Bal. in rubr. C. de fide inſtru. & dicit Specu. ubi ſupra, quòd licet Notarius in protocollo, ſiue in breuiatura ponat ſub compendio formam contractus & poſsit poſtea in publico inſtrumento uerba ampliare & ponere quæ contractuū ſint utilia, tamen hoc facere debet, ſeruata forma & ſubſtantia cōtractus nō mutata ut C. de no. C. componen §. addicientes, Bal. etiam ubi ſupra.

not.

not.dicit.Ibi quarto quæro in tertio folio quod circa ſubſtantiã negotii tabellio nichil ſe poteſt extendere,ſed circa alias circũſtantias quæ ſunt de conſuetudine apponi & detroncatas orationes in melius applicare, puta renunciant &c. & poſt exponere ſolitas renunciat. nec propterea tranſumptum dicitur eſſe falſum ex eo quod in protocollo non reperiatur,hoc extenſum,quia ſine alia explicatione habet ſolitũ intellectũ, l. fi.C.de fideiuſſ. Alius tamen quàm ipſe tabellio nihil po-
2 teſt exprimere uel declarare. Amplius etiam † ſi in protocollo eſſent illa uerba ad dictamen ſapientis &c. non poſſet inſtrumentum exten-
b di ultra ſubſtãtiã negotii,[b] ut per D.Bar.& Bal.in l.illa inſtitutio,ff.de hær.inſti. quanto ergo minus in caſu noſtro, quoniam in protocollo, ſiue matrice non adeſt illa clauſula ad dictamen ſapientis,& ideo ſolet dici quod recurrimus ad matricẽ tabellionis,ut in l. ſempronius,proculo. ff. de leg.ij.cum ſy.multis,nam Notarius non debet mutare ſubſtãtiã protocolli ſiue matricis,& ideo eſt ſtandum protocollo ſiue matrici, ut in caſu noſtro nõ autẽ extenſo ultra ſubſtãtiam negotii. Nec obſt.. ſupradictis quòd nõ mutauerit ſubſtantiam,quia reſpondeo clarè quod imo mutauit, primo quia facit mentionem de commiſsione & de ſententia & de actis,de quibus nõ eſt mentio in imbreuiatura ſiue nota prima, nam longa eſt diferentia proteſtari quòd D.Petrus habeat poſſeſsionem de Roueſcalla,& poſtea dicere de commiſsione & de actis,& de ſentẽtia,& de notificatione,& de approbatione,nam hic eſt mutatio ſubſtantiæ,nõ autem in clauſulis ſolitis apponi in inſtrumẽtis,ut dicit Bal.& Specu.ubi ſupra & facit clariſsimè,l.ius ciuile, ff. de iuſt.& iur.l.1.§.ſi quis ſimplic.ff.de uer.ob.cũ ſy. *Ita dico ego Martinus.*

ADNOT.

a *Subſtantiam. ad hoc & totius huius conſilij materiam uide Albam pleno conſ. 59. omnino D. M. Ceph. Vberrimo conſ. 88. quo loci materiam iſtam latius quàm alibi pertractatam reperies.*

b *Negotij.D.Ceph.d.conſ.88.n.16.46.47.* Io.Franc.Catius.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis Domeſticus repellitur à teſtimonio.*

2 *Teſtis ratione affinitatis,dilectionis, & amicitiæ repellitur à teſtimonio maximè quando tractatur de honore domus.*

3 *Ad inquiſitionem non debet procedi niſi præcedentibus legitimis inditijs.*

4 *Accuſatore uel quærellante non probante uel inditiante non debet formari inquiſitio,uel ſaltem debet reus abſolui.*

5 *Oldradus defenſauit quendam inculpatum de homicidio, quia teſtes non uiderunt facientem homicidium.*

6 *Naturalis experientia uincit omnem probationem de mundo.*

7 *Qualitas à ſtatuto requiſita debet uerificari.*

# CONSILIVM XIII.

TALIS eſt caſus quidam D. Io. Andreas habens filiã no-
mine Caterinam, accuſauit Benedictum Iudęum qua-
liter uoluit cognoſcere ipſam Caterinam Chriſtianã
& petit a Iudice contra dictum Benedictum procedi ad
pœnam qua tenentur Iudæi cognoſcẽtes Chriſtianã.
Item ipſum accuſat de furto, & de fractione cuiuſdam
muri intermedij inter ipſum D. Io. Andream & dictum Benedictum,
& ad hęc probanda, aducit multos teſtes tales quales, Benedictus au-
tem per ſuum excellentẽ Aduocatũ, D. Martinũ contradicit in omni-
bus, & reprobat teſtes productos contra eo modo, uidelicet, primo.
Capio primi teſtis dictum oſtendo ipſum clarè non eſſe idoneum re-
ſpectu pœnæ, quia in generalibus interrogatus dicit ſe eſſe magiſtrum
puerorũ dicti Io. Andreæ, & uiuere ad unũ panem & unũ uinum ſecum
quia ſumptibus ipſius D. Io. Andreæ & ſic reſultat iuris cõcluſio, l. etiã
C. de teſtibus, c. filij in fi. de hæretic. lib. 6. & D. Bar. & Bal. in d. l. etiam
1 nam † domeſtici [a] repelluntur a teſtimonio, nec obſtat quòd teſtis di-
a cat ſe eſſe uel fuiſſe &c. quia dubia probatio interpetratur contra ꝓ-
ducentem. c. in præſentia de probat. per D. Ang. in l. ſi quis intentione
ambigua, ff. de iudi. & ſic apparet primum teſtẽ non probare, quia do-
meſticus & ſic repellitur a teſtimonio. Secũdus teſtis eſt famulus co-
gnati ergo &c. Tertius teſtis eodem morbo laborat quia eſt famulus
dicti D. Io. Andreæ, d. l. etiam, & c. in literis eod. tit. cum multis cõcor-
2 dantiis Quartus quoq; teſtis non eſt idoneus † quia affinis, item quia
ſcolaris, item quia diligit D. Io. Andream, ut patrẽ, & ſit ratione amici-
tiæ, nam uehemens amicitia repellit a teſtimonio, c. quoties in uerbo
amicitia de teſti. & Spe. titulo de teſte in prin. Vltima etiam non eſt
teſtis idonea quia filia, l, parentes, C. de teſti. item per l. quoniam, C. de
teſti. item quia mulier, c. forus, in fi. de uerborum ſignific. Item omnis
teſtes ſupraſcripti nõ ſunt idonei quia quotieſcũq; tractatur de hono-
re unius domus, ut eſt in caſu noſtro aliquis affinis uel iũctus ſanguine
illius domus non admittitur, ut probatur pulchrè per D. Ange. in l. 1.
C. de rap. uirginum & pro eo benefacit glo. pulcra in l. lex cornelia, ff.
de iniuriis quia dicũtur teſtificari in re propria, quia iniuria diceretur
b illata toti cognationi [b] igitur non ſunt teſtes idonei. Vnde eſt ſcien-
3 dum quòd † de iure non debet procedi ad inquiſitionem niſi legipti-
c mis præcedentibus indícijs [c] c. qualiter & quando, c. cum opporteat,
c. inquiſit. de accuſat. & per Ang. copioſe in l. ſi uacantia in repetit. C.
de bo. uac. lib. x. Nam dicuntur teſtes eſſe ſuſpecti maximè in cri-
minalibus, ut ſunt ſupraſcripti, quia aut filia, aut afinis, & amicus, aut
famulus, aut familiaris &c. utſupra plenè demonſtratum eſt. Nunc

uenio ad dicta teſtium,nam circa furtum nihil eſt probatum,nec dicũt aliquid teſtes quinimo dicunt quòd nunquam audiuerunt dici eũ com
4 miſiſſe furtum & ſic † accuſatore uel quærelatore non inditiante uel probante non debet formari inquiſitio,uel ſaltem reus abſolui, l. qui accuſare,C.de eden.& plenè in l.ea quidem,C.de accuſ. cum ſy. Item nec de muro fracto,nam nõ probat qui fuerint illi qui nominatim dictum murũ,ſiue hoſtiũ diſmurare ceperint igitur &c. l.duo ſunt Ticij, ff.de teſta.tute. ideo ut reffert & ſequitur D.Bal.in l.ſi cũ exceptione,
5 §.in hac ff.quòd metus cauſa,† D.Oldra.defenſauit quendam inculpatum de homicidio,quia non uiderunt teſtes facientem & ſic cum non conſtat de perſona delinquentis,non eſt formanda inquiſitio. Capio tertium uidelicet,de re turpi allegata & quærela, & iſte caſus eſt clarus quòd non poteſt formari inquiſitio,cuius rei gratia præmitto pul-
6 crum iuris fundamentum,videlicet,quòd † naturalis experientia uincit omnem probationẽ de mundo, nam nulla legis uirtus poteſt concludere probationẽ per rei euidentiam,quia illi ſunt ueriſsimi ſermones qui cõcordantur rebus ſenſatis,Bal.in rubr.C.de ꝓbat. facit quòd not.Bar.in l.abſentem,ff.de pœnis,& quod not.idem Bal. in l.contra negantem,C.ad l.aquill.Sed ita eſt quòd dictus Benedictus quærelatus non habet uirilia,nec apta,nec neceſſaria &c. ut ex inſpectione oculorũ apparet igitur &c.l.ſi irruptione §.ad offitium ff. fi. reg.und.& ex hoc ſolo fundamento patet inquiſitionẽ non eſſe formandã contra dictum Benedictum. Eſt quoq; aduertendum quòd iſte Benedictus nullatenus poteſt corporaliter puniri propter ſtatutũ Ciuitatis diſponentis nullum corporaliter puniri niſi l.municipali caueatur quod ſtatutum eſt obſeruandum, l. omnes populi cum materia & iuribus notiſsimis,ſed ſic eſt quòd nullum adeſt ſtatutum loquens in materia niſi ſtatutum ſub rubrica de pœna raptoris & cognoſcentis carnaliter &c. Nam illud ſtatutum uult quod cognoſcens carnaliter,capite puniatur ſed nullus ex teſtibus dixit dictum Benedictum carnaliter cognouiſſe, igitur &c. quinimo non potuiſſet ſi uoluiſſet, ut dixi in ſuperioribus fundamentis, igitur cum non poteſt carnaliter cognoſcere per conſequẽs nulla poterit inquiſitio formari,ex capite ſtatuti punientis capite,tum quia non eſt probatum dictum Benedictum cognouiſſe carnaliter dictam Catherinam,tum quia eſt impoſsibile dictum Benedictũ
7 poſse cognoſcere eam & not. † qualitatẽ cõtra requiſitã a ſtatuto, uidelicet,carnaliter,quæ niſi uerificetur non uendicat ſibi locum ſtatutum, l.fulcinius §.1.ff.quibus ex cauſ. in poſſ.eat.& ibi Bar. Item nõ eſt probata ſecunda pars ſtatuti diſponentis, ſi quis fuerit auſus rapere,uel uiolẽter cognoſcere,uel rapuerit & nõ cognouerit puniatur in libris trecentis Papien. quia nullus teſtium dicit quod dictus Benedictus

dictus fuerit uiſus rapere dictam Catherinã uel eam uiolenter cognoſcere, igitur nec reſpectu huius capitis poteſt inquiſitio formari. Item teſtes ſunt uarii & cõtrarii in dictis ſuis, ut clarè apparet ex dictis eorum, igitur non probant l. qui falſo, aut uariè, ff. de teſtibus, l. teſtiũ per Bal. C. de teſti. per eundem in l. de quibus ff. de leg. in repetit. maximè in criminalibus in quibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. fi. C. de proba. cum ſy. Ex quibus omnibus concluditur nil eſſe inditiatum ex quo inquiſitio formari poſsit. *Martinus Garratus.*

ADNOT.

a *Domeſtici. Quis dicatur Domeſticus Grammat. conſ. crimin. 26. num. 31. 32. Item lim. in domeſtico non habente ſalarium uel honeſtæ uitæ qui nihilominus in teſtem admittitur Mars. ſing. v. Regula eſt quòd familiares. & quòd ſeruientes & pediſſequæ ueniant appellatione domeſticorum docet Dec. poſt alios quos allegat conſ. 133. ſub num. 4. col. 4. in prin. uerſ. præterea etiam ratione domeſticitatis.*

b *Cognationi. Vltra ſcripta per Bart. d. l. lex cornelia & quæ ibi habentur in Apoſtill. uide Iaſ. l. ſi ita ſtipulatus fuero §. Criſogonus num. 53. de uerb. ob. in l. 1. num. 2. cum ſeq. de uerb. oblig. Dec. conſ. 686. num. 17. omnino Marant. Tract. de ordin. iudiciar. ſeu Specul. aur. ſexta parte prin. uer. inquiſitio num. 58. cum ſeq. ubi habes ad quot gradus extendatur iſta conſanguinitas, & an ueniant ſpurij & ad hanc reg. multas limitationes; quàm exorna poſt Bart. ibi q. 9. num. 18. ut per Iaſ. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori num. 12. de oper. nou. nunc. Grammat. conſ. 12. num. 27. conſ. 58. num. 7. Blanch. l. fin. num. 173. ff. de quæſtion.*

c *Indicijs. Quòd procedit etiam ſi ſtatuto caueretur, quod Poteſtas poſsit in criminalibus liberè inquirere, quia tunc poteſtas non poſſet inquirere, niſi præcedente fama uel legittimis inditijs, ita Iaſ. poſt Bald. quem allegat in l. ſi ſic legatum num. 25. de leg. primo. Et quòd inquiſitio non teneat nec ipſo iure ualeat, niſi præcedẽtibus inditijs docet Folerius in pract. crim. parte tertia, tertiæ partis num. 9.*

d *Statutum. Dec. conſ. 222. num. 2. Cagnol. l. ſi quis maior, num. 25. C. de tranſact. Idem in teſtatore, & alia materia D. Ceph. cõſ. 82. n. 6. cũ ſeq.* Io. Frãc. Catius.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ad certum uſum pium ſunt, ſine auctoritate apoſtolica nõ poſſunt cõuerti.*
2 *Contra Eccleſiam enormiter læſam non currit præſcriptio quadriennij.*

CONSILIVM XIIII.

TALIS eſt caſus, A. teſtator inſtituit eius filium B. & ei ſubſtituit quòd ſi decederet ſine liberis, bona dicti teſtatoris perueniãt in eccleſiã ſancti Franciſci, pro conſtruendo in dicta eccleſia unam capellam in memoriã & pro anima ipſius teſtatoris. Deinde deceſsit dictus A. teſtator, relicto dicto B. eius filio. Modò contingit

git quòd fratres & totum capitulum fratrum minorum cũ auctoritate miniſtri Prouintialis dicti ordinis fratrũ minorum, fecit liberationẽ & quietationẽ pro ducentis florenis conuertendis in aliũ uſum dicto B. de omni, & toto eo quod dicti fratres poſſent petere uigore dicti teſtamenti dicti A. Item præſuppònitur in facto, quòd in ueritate dicti fratres minores non receperũt niſi florenos xxx. licet cõfeſsio & quietatio ſupraſcripta dicat de ducentis florenis. Itẽ pręſupponitur quòd adeſt priuilegium pontificale quo diſponitur quòd relicta conuentui dicti ordinis fratrum minorũ, recipere, capere, tenere, & poſsidere poſſint, & in eorum fratrum commodum cõuerti poſsint, licet Romanę Eccleſiæ nõnullo modo ſpectet dñiũ taliũ relictorũ. *Quæritur quid iuris.*

In Christi nomine amen. uidetur prima facie dicendũ dictã tranſactionem & quietationem ualuiſſe propter dubium euentum liberorum, ut per Bal. in l. 1. C. de pac. Ibi ex hoc habes terminare &c. In

1 contrarium eſt ueritas, quia talis quietatio eſt nulla quia † ea quę ſunt ad uſum certum pium ſine auctoritate apoſtolica, quæ hîc non interuenit non poſſunt conuerti, tex. & glo. in cle. quia contingit de reli. do. Bal. in l. ſi quis ad declanan. C. de epiſ. & cle. Secundo quia talis tranſactio eſt ambitioſa, quia dicit de cc. floren. & tamen non recepit niſi xxx. ergo nulla, l. Imperatores, ff. de pac. tex. glo. Bar. & Bal. in l. præſes

2 C. de tranſact. Tertio quia † eccleſia læſa & decepta poſſet in integrũ reſtitui, c. auditis, c. 1. de in inte. reſti. nec currit quadrienniũ quia eſt enormis læſio c. primo de in inte. reſti. lib. 6. *Ita dico & conſulo ego Mart.*

## SVMMARIVM.

1 *Comites perpetuam habentes iuriſdictionem poſſunt condere decreta.*

2 *Iuriſdictio an diuidi poſsit quo ad exercitium & adminiſtrationem quãdo pluribus inſolidum competit.*

3 *Quando feudum eſt conceſſum uni qui poſtea moritur pluribus relictis filijs tunc omnes habent ſimul iurisdictionem. Aliud ſi a principio fuit diuiſibile quia pluribus conceſſum.*

4 *An Decretum factum per unum ex fratribus liget alterum fratrem facientem contra decretum.*

5 *Dominium non transfertur lege prohibente alienationem.*

6 *Lege reſiſtente contractui non oritur naturalis obligatio.*

7 *Decretum an liget abſentem tempore conditi decreti.*

8 *Statuta non præſumuntur ignorari ubi quis in eo loco frequentat.*

CON.

# CONSILIVM XV.

SVPPONITVR in facto quod Princeps creauit duos Co-
mites Gibertum & Ang. cum comitatu & iuriſdictione
& imperio mero & mixto, illos de Gibertis de Parma.
Deinde fecerunt inter ſe ſe diuiſionē bonorum comita-
tus,& in diuiſione adeſt capitulum & pactum ſi quis ha-
b itans in illis uillis ullo tempore futuro receſſerit cogi
poſsit realiter & perſonaliter ad obediētiā. Item adeſt aliud capitulū
in dicta diuiſione quod quilibet noſtrum exiſtens foras, uel in epiſc o
patu Parmæ poſsit decretum facere ad commodum commune, alio
noſtrum exiſtente extra Epiſcopatum Parmæ. Deinde unus iſto-
rum ſcilicet Gibertus Comitum condidit decretum in quo in effe-
ctu continetur ut euitentur ſcādala & rixæ quæ poſſent oriri propter
alienationem rerum poſitarum in terris & uillis iuriſdictionis meæ
ſuppoſitis,& quia tales alienationes poſſent fieri in ꝑſonas mihi ini-
micas & ſuſpectas & pro bono & pacifico ſtatu hominum meorū fa-
cio tale decretū, videlicet, Quod quæcunq; perſona cuiuſcunq; con-
ditionis exiſtat nunc uel in futurum mihi ſubiecta habens uel in futu
rum habiturus poſſeſsiones & domos in iuriſdictione mea, non au-
deat alienare ſine mei expreſſa licētia, ſub pœna amiſsionis rei & ta-
lis uenditio ſit nulla &c. Contingit quod quidam morus habitans in
uilla ſubiecta dicto Giberto Comiti,& ibi habens bona immobilia ſua
receſsit ad habitan. cum familia in iuriſdictioue Parmæ per duos an-
nos ante conditum ſupraſcriptum decretum. Deinde uendidit ſine li-
centia dicti Giberti dicta bona immobilia dicto Ang. Comiti; dictus
Gibertus Comes dicit quod dicta bona ceciderunt in commiſſum ui-
gore ſupraſcripti ſtatuti. Dictus autem Ang. Comes qui emit a dicto
moro dicit quod non,& quod ſunt ſua, quia emit. Ex prædictis quæri-
tur,& per conſequens dubitatur de tribus dubijs. Primum eſt an ua-
leat ſupraſcriptum decretum. Secundum an ſit tranſlatum dominium
in dictum Comitem Ang. Tertium an dictus morus abſens a loco con
diti decreti ligetur pœna d. decreti. Circa primū, uerum eſt dictū de-
1 cretū ualere, quia † Comites ꝑpetuā habētes iuriſdictionē poſsūt con-
a dere decreta [a] Ang. in l. 1. in prin. ff. quod quiſq; iur. & D. Ray. & Bar.
in repetit. l. omnes populi, ff. de iuſti. & iur. Caſus in l. dudum in fi. C.
de contrahen. emp. in l. 1. C. non licere metro lib. xj. l. in quorum ff.
de pigno. l. ea. l. C. de condi. ob cauſam per Cy. uide Ang. in l. 5. §. fi. ff.
de uer. ob. Non obſt. l. norma. C. de offi. præfec. præto. ubi contra. l.
pręfectus nō poteſt legē cōdere, quia reſpōdeo ſpecialiter eſſe cōceſsū
d. l. dudum in fi. C. de cōtrahend. empt. non obſt. quod eſt indiuidua di-
gnitas comitatus, ut §. præterea de prohibi. feu. alie. ergo ſolus nō po-
tuit

tuit condere decretum,quia reſpondetur quo ad adminiſtrationem,
b & ſic quo ad exercitiũ iuriſdictionis poteſt quilibet legem & ſtatutũ facere,l.inter tutores,& ibi Bar.ff.de admi.tu.& Bal.in d.c.1.§.praeterea,& Alberi.in abcedario iur. cano. in uerbo.feudum. Nec obſt. contra praedicta not.Bal.in l.1.ff.de offi.conſulis.quia Bal.eſt ſibi met contrarius in d.§. praeterea, uel ibi loquitur quando iuriſdictio cepit ab uno hic a duobus. Sed cõtra prędicta opponitur de no. Ray. & Alber.
2 in d.l.1.ff.de offi.cõſul.† ubi etiam exercitiũ nõ diuiditur, quia reſpondetur breuiter,aut eſt facta diuiſio locorum adminiſtrationis, & tunc quilibet per ſe exercere poteſt,& loquitur Bar.in d.l.inter tutores, & Bal.in §.praeterea,aut non eſt facta diuiſio adminiſtrationis,& tunc qa iuriſdictio & exercitium eſt penes ambos,ideo unus nõ poteſt ſine reliquo,ita loquitur Bal.& Alberi.in d.l.1.de offi.conſul. & tangẽdo rationẽ benedico ſic, nam iuriſdictio ordinaria eſt penes plures inſolidũ & quilibet per ſe poteſt exercere,tex.eſt in d.l.1.de offi.conſul.& l.qd ergo. Ibi indiuiduum offitium ff. ad municip. ergo quilibet inſolidũ poterit exercere maximẽ quia citius & facilius cauſae expediũtur ſi in-
3 ſolidum cuilibet committantur. Et praedicta limitantur niſi † iuriſdictio cęperit in perſona unius quia deceſſerit pluribus filijs relictis haeredibus.Ideo omnes ſimul habent,quia reprępſentant unam perſonam ita ad litteram,inquit D.Alberi.in d.l.1. ff. de offi. conſul.imo not. inquit D.Bal.in l.1.in fi.C.quãdo non. Pe. partes quando eſt conceſſum uni feudum,reſpicit feudum ſtipitem,& ideo ſi poſtea deueniat in plures inſpicimus ſemper originalem formam feudi,& ideo quamdiu uiuit forma feudi nunquàm intercidit,§.cũ uero Conradus c.1. qui feuda.poſ. Si uerò feudum fuit diuiſum ipſo iure a principio, quia pluribus conceſſum. Si quidem indiuiſibile acreſcit ſuperuiuẽti quo ad comoditates, ſed quo ad iurisdictionẽ indiuiſibilem nõ dicitur acreſcere ſed nõ decreſcere,l.aquã,ff.queãdm. ſerui.amit.& ſic hic uult D. Bal. quòd quoad comoditates recipit diuiſionẽ feudũ Marchię, comitatus & quòd ubi feudũ erat diuiſum ipſo iure a principio tũc ex poſt facto non reintegratur,quia non uidetur unũ feudum ſed plura, c.1. de duo fra.de nouo benefi. inueſti. Non obſt. † quòd dictum ſtatutum nõ ob-
4 liget ſupraſcriptum, D Ang. Comitem , quia par in parem non habet imperium,l.fi.ff.de re.diuiſ.per Gul.& Alberi.& in l.1. de offi. conſul. Bal.quia reſpondetur quòd licet non ligetur dictus Comes Ang.tamẽ ligatur perſona ſibi ſubdita & res ſibi ſubdita,l.ſi in empt. §.1. ibi mores Ciuitatũ,ff.de cõtraẽd.emp.&in titulo C.quę res expo.nõ poſſunt. ideo contractus non ualebit quo ad tranſlationem dominij ſaltem l.fi. ff.de accept.Bar.in l.multum intereſt,ff.de uerbo.ob.c.clerici per Bal. de iud.l.filius fam.§.diui.ff.de leg.1. & Bar. pulchrè in l. relegatorũ ff.

de iuriſdict.uide Doc.in c.ut animarum de conſti.lib.6. Circa ſecundum dubium non eſt tranſlatum dominium in dictum Comitem Ang.
5 quia quando † lex prohibet alienationẽ non transfertur dominium,l. fi.C.de rebus ali.non alie.l.ea lege per glo.Cy.& Bal.C.de condic. ob
6 cauſam & l.filius §.diui. ff. del. primo. An naſcatur naturalis ob. † dic quod non,quia lex reſiſtit cõtractui l.ſi nõ ſortem,ff.de condic. indeb. & in l.cum lex,per Bar.& Ang.ff.de fideiuſ.& per Bal. in l. non dubiũ, C.de legibus,& no.in l.1.ff.de condi.indeb. in c.cũ cõtingat per Imolam in repetit.de iureiuran.& in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſ. quia obligamur de iure gentium præceptis patriæ, l. ut uim, & plenè in l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iur.& in l.ſi ita q̨s §.ea lege.per Ang.& ibi Bar.ff.
7 de uerb.ob. Non obſt.ut agrediar tertium dubium † quòd dictum decretum non liget dictum Morum abſentem tempore conditi decreti cõmorantem in alia iuriſdictione,ut per D.Bal.in rubr.C.ſi a nõ compe.iudi.ubi uidetur deciſum,quia reſpondeo quòd imo dictum decretum ligat contrahentes cuius rei gratia eſt aduertendum, quòd decretum ſiue ſtatutum reale ligat quoſcunq; contrahentes quo ad diſpoſitionem ſuam,& ideo non transfertur,quia in ſua origine habet legẽ loci anexam,ergo illa lex inſpicitur l.an in totum, C. de hædif. priua. nam locus & tempus comitantiæ penes originem,no.in c.Abbate ſanè de re.iudi.& D.Bal.in ſua nouiſsima diſputat.l.cunctos populos,C. de ſumma tri.uerſ.nunc de ſecundo membro,ibi mihi autem uidetur, ſed decretũ iſtud eſt reale ut probatur a cauſa finali,ut inquit D.Bal.in d.l.cunctos ubi ſupra,& probatur in l.fi.ff.de hęr.inſti.ſed cauſa finalis eſt ne bona immobilia tranſeant in perſonas fortè potentiores rixoſas & inimicas,ut dicit decretum,igitur eſt reale, & per cõſequens res ipſa non eſt in comertio & nõ poteſt alienari & ligat omnes & ex hoc fundamento tollitur dictum Bal.ubi ſupra, qui loquitur ratione perſonæ non rei, uide Bar.in l.aſſumptio.§.1.ff.ad municip.facit quia omnia bona ibi habebat,l.3.C.ubi ſena.l. domicilium ff. ad municipales.
8 Non obſt.ſi allegetur ignorantia Decreti quia reſpondetur † quòd cũ præſupponatur Morum frequentaſſe ibi præſumitur ſcire,D.Alberi.in l.cunctos,C.de ſumma trin.faciunt no.in c.cognoſcent.de conſtitut.

*Ita conſulo ego Martinus in Ciuitate Parmæ.*

## ADNOT.

a *Decreta.* Dec.*conſ.199.etiam ſi eſſent contra ius commune,*Crau.*conſ.135.num.2. Imo Comes in ſuo Comitatu magis aſsimilatur Principi quàm præſidi ,* Brun. *conſ.45.num.20.*Io.*de Amicis conſ.110.num.15.& quod iſti Comites & Marchiones habentes perpetuam iuriſdictionem poſsint condere* Decreta *etiam in præiuditium ſuperioris firmat* Grammat.*conſ.103.nũ.4.& legi derogare plures adducit* D.Ceph.*conſ.58.num.69.*Roland.*à* Valle *conſ.29.nũ.26. lib.1.*

b *Iuriſ-*

b *Iuriſdictionis.* D.*Cephal.conſ.3.num.67.68.& ad hoc uide omnino Petr.à Duen. tract.regul.reg.316.lib.1. & inibi multa uidebis ad materiam.*

Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Locatio ultra nouennium eſt alienatio.*
2 *Decreti interpoſitio non poteſt delegari.*
3 *Decretum an tollat benefitium reſtitutionis in integrum quando imponit perpetuum ſilentium.*
4 *De Sententia perpetui ſilentij remiſsiue.*
5 *Verba ſententiæ ſunt ſtricte interpretanda.*
6 *In ſententia eſt conſideranda mens pronuntiantis.*
7 *Non eſt uero ſimile iudicem uelle tollere benefitium à lege indultum.*
8 *Clauſula generalis non tollit reſtitutionem in integrum.*
9 *Reſtitutio in integrum non includitur in uerbis generalibus.*

## CONSILIVM XVI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Decretum & ſtatutum eſt in Ciuitate Ferrarię, uidelicet, uolentes prouidere indemnitati minorum in litigijs & comodis pupillorum, & uiduarum, ne ducantur per litigia, mandamus conſilio noſtro ut cauſas audiat eorum ſine figura iudicij actiuè & paſsiuè, ſola facti ueritate inſpecta, & quia certum eſt & tenemus ob ſingularem eorum fidem & induſtriam quòd cuncta æquo libramine & iuſto peragẽt, ideo uolumus quòd a ſentẽtiis tam diffinitiuis quàm interlocutoriis, & aliis deciſionibus & pręceptis eiuſdem conſilii non poſsit appellari, quęrelari de nullitate dici, uel ſupplicari, uel aliquo modo contrairi, ſed ipſas & ipſa ualere, & executioni mandari, ac ſi tranſiuiſſent in rem iudicatā legiptimè, quauis exceptione ſeu defenſione omnino ſublata. Modo accidit quòd quidā tutor pupiilarū locauit cum decreto interpoſito a poteſtate de legato a dicto cōſilio uſq; ad xxix. annos bona immobilia pupillarum, tandem poſt dictam locationem per duos annos dictum conſilium pronũciauit diffinitiuè dictum contractum firmum & ualidum imponens perpetuum ſilentiũ dicto tutori, & dictis pupillabus, ex quacunq; cauſa modo & forma, & ratione infirmare & anullare uolentibus, aut deſiderantibus non obſeruare dictum contractum, nam dictæ pupillæ effectę maiores cum uideant apertè ſe læſas cum dictæ res immobiles ſint in ficto dictarũ rerum lęſe ad minus in tertiam partem uellent petere in integrum reſtitutionem. *Quæritur de duobus dubijs.*

Primum dubium eſt utrum alienatio ualuerit. Secundum dubium eſt utrum poſsit ſuſtentari propter pronuntiam factam a dicto conſilio.
1 Circa primum dubium res eſt clara quòd † locatio ultra nouennium
a eſt alienatio,[a] Bal.in l.iubemus.C.de ſacroſanc.eccle. qui dicit de cõſuetudine ſeruari &c. Ideo non ualet niſi interuenerint ea de quibus in l.1.in prin.ff.de rebus eorum & per totum titulum,C.de rebus eo-
2 rum,& per totum titulum C.de prædijs minorum. Item † decreti interpoſitio non poteſt dellegari,l.2 ff.de offitio eius cui.man.eſt iuriſdictio,& l.nequicquàm §.ubi decretum ff.de offi. pro conſul. ita conſulunt Doctores Bononien.& Senenſes pro hac etiã parte conſulit D. Martinus qui ſic dicit licet auctoritates & rationes Doctorum præſtantiſsimorum conſulentium utſupra,eſſent potiſsimę ad conuincendã unam prouinciam,tamen ut uirili mea utar tangam articulum princi-
3 paliſsimum in quo eſt difficultas,uidelicet, † An decretum ſiue ſtatutum Ferrariæ tollat beneficiũ in integrũ reſtitutionis propter ſententiam latam a D.Magnificis Conſilij Illuſt. Marchionis Heſtenſis, quæ
4 imponit perpetuum ſilentium † de qua ſententia perpetui ſilentij per glo.iuncto textu in l.aurello §.1.ff.de lib.lega.Bal.in l.ſi præſes in fi.C.de ſen. & interlo. om. iudi. qui dicit quòd eſt diffinitiua. Breuibus utar. Duæ igitur , ut mihi uidetur ſunt concluſiones probandę. prima cõcluſio licet petatur in integrum reſtitutio tamen non fit cõtra ſententiam Magn.Conſilij,quia ſententia conſilij nõ loquitur nec intelligitur de in integrũ reſtitutione. Secunda concluſio eſt ſuppoſito ſine ueri præiuditio quòd ſententia dicti conſilij etiam loquatur de benefitio in integrũ reſtitutionis tamen nõ obſtante ſtatuto ſiue decreto de quo ſupra poteſt peti in integrum reſtitutio. Prima conclu-
5 ſio ꝓbatur quia † uerba ſentẽtiæ ſunt ſtrictè interpetrãda, l.Iullianus in glo.ff.de cõdi.inde. ſed uerba ſentẽtię dicti cõſilij nihil loquũtur de in
6 inte.reſti.igitur &c. Secundo etiam † ex mente quæ conſideranda eſt in ſententia,l.qualẽ,§.dicere,ff.de arbi.l. ſi ex teſtamento ff. de excep.
7 rei iudi.nam † non eſt ueriſimile Magn. Dominos uelle tollere in du-
b bio beneficium traditum a lege,[b] l.2.§. ſi quis a principe & §.merito. ff.ne quid in loco publico,l.ſi arrogator ff.de adopt.c.indultũ de reg. iur.nam propter nouas probationes fiendas circa lęſionẽ ſuccurretur pupillabus,quæ probationes ſi factæ fuiſſent uerisimiliter non cõprobaſſent cõtractum,l.2.C.de offi.ciuil.iudi.in uerbo quod non arbitramur & Bal. in repetit. §. proficiſci. Secunda concluſio probatur primo per Bal.in aut.ſi captiui C.de epi.& cleric.Secundo per legẽ poſt-
8 quam liti,C.de pac.ubi † clauſula generalis,nõ tollit in inte.reſti.[c] Ter
c tio per glo.& Ang.in l.1.C.ſi de mo.poſ. Quarto per rationes poſitas in d.l.1.Quinto propter conſilia collegij Peruſini & Papiẽſis ubi adeſt

ſta-

ſtatutũ ſimile & uide ibi rationes.ſexto ꝓpter rationes & fallẽtias po
ſitas ꝑ Bal.in l.ſed & ſi quis,§.quęſitũ ff.ſi quis caut.ubi uide pulcrè lo-
quitur in viij. fallentia dum allegat §.ſolutum,& in ſecunda fallentia.
præterea quia iſta pars eſt equiſsima & fundata ſuper bona æquitate ne
minores damnificentur,& ne aliquis locupletetur cum aliena iactura,
l.nam hoc natura ff.de condi.indebit.Non obſtant illa uerba quærela-
9 re &c.quia † in uerbis generalibus non concluditur in integrum re-
ſtitutio,l.poſtquàm liti ubi glo.C.de pact.text.in l.1.ff.de minor.ibi
d magnam æquitatem. *Et ita dicit & conſulit* [d] *Spect. Doctor D. Martinus de Garratis de Laude in Ciuitate Ferrariæ.*

## ADNOT.

a *Alienatio. Alex.l ſi filiofam.§.ſi uit in quinquennium num.25.ſol.matr.Boer.deciſ. 234.num.1.2.cum ſeq.ubi num. 5. quod ex tali locatione non ſoluitur laudemium, aliqua per Didac.Couarr.uariar.reſolut.lib.2.cap.16. num.2.3. Petr. à Duen. reg.40.ampl.12.lib. primo.*

b *Lege. Dec.conſ.520.num.3.cũ ſeq.etiam ſi eſſet apoſita clauſula motu proprio Dec. conſ.11.num.4.conſ.689.num.9.10.& uide Alciat.tract.præſumpt.reg.3.præſumpt.11.Gomes.in reg.Canzellar.reg.de non toll.iur.quæſit.q.1.pag.56.57. D. M.Cephal.conſ.58.num.2.34.35.cum ſeq. conſ.90.num.97.cum ſeq. in pulcro caſu idem Ceph. conſ.cxi. num.37.*

c *Reſtitutionem. Iaſ.l.1.num.10.de iuriſd.om.Iud.Ruy.conſ.35.num.35.lib. primo Gozad.conſ.68.num.12.Cephal.conſ.40.num.62.*

d *Conſulit. & malè ni me Iuditium fallat. Quia licet iſta reſtitutio in integrum minori fauens ſit fauorabilis tamen uerba ſtatuti de quo in Themate hoc non uidentur admittere & de diametro (quod aiunt) obſtare uidentur. Illa enim uerba uel aliquo modo contra iri tantæ ſunt potentiæ ut interprætationem reſtrictiuam impediant & caſus ſimiles & diſsimiles, æquales ac etiam maiores expreſsis includant, ut de dictione quouiſmodo ſimili dictioni aliquomodo docet glo. in clem. ne romani uerb.quouiſmodo de elect.& in c.fin.uer.quouiſmodo de ſent.excom. in 6. ut & modum etiam indirectum compræhendat,Socin.Iun.conſ.11.num.11.lib.1. cum alijs adductis de hac prægnãte dictione quouiſmodo per D.Cephal.conſ.53. num.18.22.conſ.76.num.15.16.conſ.121.num.1.cum ſeq.conſ.150. num.15. Tot namq; uerborum geminationes & cumulationes, caſus quoq; ſpeciales uidentur includere ut in ſpecie reſtitutionis in integrum conſuluit Socin. conſ. 242. num. 3. 4. lib. 2. relatum & ſequutum à Ceph. conſilijs ſup. allegatis, ad quod faciunt quæ idem Ceph. ſcribit conſ. 58. num. 14. uſq; ad 20. Et quod etiam reſtitutio in integrum cenſeatur ſublata in caſu noſtro apparet ex illis uerbis ſtatuti. Quauis xceptione ſeu defenſione omnino ſublata & poſt Aret.firmat Ruy.conſ.123.num. 11, lib. 2. ubi dicit quòd ſi ex diſpoſitione legis uel ſtatuti denegetur alicui auxilium ex quauis cauſa dicitur tunc denegari reſtitutio in integrũ uirtute illius uerbi quauis cauſa & non minus quàm ſi eſſet de illa facta ſpecialis mentio, ergo idem*

*per illa uerba quavis exceptione ſeu defenſone omnino ſublata quæ idem importãt. Nec obſt. quod ex clauſula generali non tollatur reſtitutio in integrum, quia hoc uerum ubi uerba ſtatuti ſimpliciter eſſent generalia, ſed in caſu noſtro uerba ſunt & prægnantia & geminata & ſui natura includentia reſtitutionem in integrum ergo &c. ideo ſuper iſtis erit cogitandum. interim tamen ſi lubet uideri poterunt Iaſ. Dec. & alij Alleg. l. poſtquam liti C. de pact. & Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 1. gl. 7. num. 6.* Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius an teneatur facere inuentarium.*

## CONSILIVM XVII.

1 QVESITVM etiam fuit a Domino Martino † an uſufructuarius teneatur facere inuentarium, & reſpondit quòd ſic, quia omnis adminiſtrator ſiue uniuerſalis, ſiue ſingulariũ
a rerum tenetur facere inuẽtarium [a] D. Ia. Bu. in l. decreationibus, C. de epi. audi. D. Bal. in l. nulli, C. de epiſ. & cler. *Martinus Garratus.*

## ADNOT.

a *Inuentarium. D. Ceph. conſ. 37. num. 33. & inuentarij confectionem non poteſt teſtator remittere, Plot. l. ſi quando num. 607. 608 C. unde ui, & contra non conficientem inuentarium in litem iurari poterit Plot. ubi ſupra num. 604.*
Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Argumentum ab abſurdo eſt bonum etiam in ſtatutis.*
2 *In pœnis ſit interpretatio in mitiorem partem.*
3 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*
4 *Non debet eſſe melioris conditionis is qui magis aut pluries deliquit quàm qui ſemel aut minus deliquit.*
5 *Exceptio ſtatuti poteſt extendi propter poenam euitandam.*
6 *Exceptio extenditur ex maioritate uel identitate rationis.*
7 *Interpretatio quæ ſenat in delictum non eſt ſumenda.*

## CONSILIVM XVIII. IN MALEFICIIS.

IOANNES de Lauilla, Ioannes dictus Zeta de Granellis, Bertolinus de Danzijs, Stefanus de Pellagatis, Bertolinus de Peſſonibus, furto ut dicitur, ſubtraxerũt quaſdam carnes bouinas Ioannino, licet ex inſtrumento pacis appareat quòd animo furandi non ſubtraxerint furto, ſed de uoluntate di-

cti Ioannini, poſtea ſupraſcripti fecerunt pacem cum dicto Ioannino, ut conſtat publico inſtrumento rogato &c. Subſequẽter ſtatuto Cremæ in cuius diœceſi & diſtrictu fuit factũ dictũ furtũ cauetur ut infra. Rubrica. Fur famoſus furcis ſuſpendatur ita quod ſtatim moriatur. Si quis fur non famoſus furtum fecerit, pecuniæ uel rei a libris xxv. imperialium ſupra, ſuſpendatur per gulam, ita quòd moriatur, ſi uero a dicto ualore infra quòd ſit a ſold.xxx. imperialium ſupra, quod non ſit ſcacum uel robaria ꝓ primo furto ei ferro calido perforentur auriculæ, & fuſtigetur acriter per Cremam. Pro ſecundo uero furto excedente ualorem ſol.xxx. imperialium ſuſpendatur ut ſupra, niſi pacem habuerit ante pœnam impoſitam, & ſi pacem habuerit cõponat communi Cremæ lib.xij.ſol.x.imperialium, quos ſi infra menſem unum nõ ſoluerit pedem amittat. Pro tertio uero furto, cuiuſcunq; qualitatis ſit ſuſpẽdatur utſupra, nec ei proſit pax, ſaluo quòd ſi ipſa tria furta fuerint ſimul coaceruata a ualore ſol.xxx.imperialiũ infra, puniatur arbitrio D. Poteſtatis, & ſi ultra tria furta fecerit ſuſpendatur utſupra, ſaluo quòd prædicta non habeant locum in impubere doli non capace. Si uero fuerit impubes doli capax puniatur arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate facti & perſonæ.

In Christi nomine amen. Viſis & diligenter examinatis ſerie facti & inſtrumento pacis ſtatuto ſituato ſub Rubrica fur famoſus furcis ſuſpendatur ita quòd moriatur, uidetur prima facie dicendum dictum Ioannem & ſocios eſſe fuſtigandos propter uerba prædicti ſtatuti. Ibi ſi uero a dicto ualore infra quòd ſit a ſol. xxx. ſupra &c. Sed iſti ſubtraxerunt rem furto ualoris a ſol. xxx. ſupra, & a xxv. libris imperialiũ infra, ergo a uerbis ipſius ſtatuti non eſt recedendũ, l. ille aut ille §. cum in uerbis ff. de leg.3. l.1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercito. In contrarium eſt ueritas quòd dicti Ioannes, Bertolinus & ſocij nullatenus de iure debent pati illam pœnam corporalem, ſed dumtaxat ſunt condemnandi in libr.xij.ſol.x.imper. pro cuius rei euidẽtia præmitto de
1 iuris eſſe † bonum ar. ab abſurdo etiam in ſtatutis, ut ait D. Bal. in l. cõuenticulam, C. de epi. & cler. facit l. nam abſurdũ ff. de bon. liberto.
2 l. exiſtimo, ff. de uerbo. obli. cum ſy. Secundo præmitto quòd † in pœnis ſemper ſit interpetratio in mitiorem partem, l. præſes ff. de pœnis quia odia ſunt reſtringenda l. cũ quidã, ff. de lib. & poſtu. & in c. odia
3 de re.iur. lib.6. Tertio præmitto quòd † clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia [a] l. talis ſcriptura, ff. de leg. primo l. ſi idem cum eodem §. fi. ff. de iur. om. iudi. & per Bal. in l. 1. C. de liberis præte. uel
4 exhære. Item præmitto quòd † non debet eſſe melioris conditionis qui magis & pluries deliquit quám qui ſemel & minus l. aut facta ff. de pœnis, l. non ſolum ff. de nox. l. nam ſeruus, ff. quòd ui. aut clam. Item præ-

5 ꝑmitto quòd †ſit extenſio exceptionis ſtatuti ꝓpter pœnam euitandã etiã reſpectu exceptionis, Bal. in l. trãſigere in ult. col. C. de tranſac. His ſic breuiter peroratis, Ego dico quòd ubi caſus ſtatuti eſt ibi nulla dubietas eſt l. ancillæ, C. de furtis. ſed caſus ſtatuti eſt in ſtatuto prællegato in uer. niſi pacẽ habuerit ante pœnam impoſitam &c. Quod quidem ſtatutum eſt ſeruandum in municipio Cremenſi, l. ſemper §. legem quoq; ff. de iur. immu. per Bar. & Ray. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iur. & per Bal. etiam in l. cunctos, C. de ſuma tri. & fide catho. Et ibi per Cy. nam ille uerſ. niſi pacẽ habuerit &c. reffertur etiã ad caſum ubi furtũ unum & ſic ad uer. ſi uerò a dicto ualore infra &c. quod ſic demonſtratur, nam argumentum ab abſurdo utſupra dixi eſt ualidiſsimum in ſtatuto, D. Bal. in d. l. conuenticulam, ſed ita eſt quòd niſi refferatur dictũ uerſ. niſi pacem &c. ad uerſ. ſi uerò a dicto &c. certè ſe quereretur quòd eſſet melioris cõditionis qui feciſſet duo furta, & ſic q plus delinquiſſet quàm qui unum furtũ feciſſet, & ſic minus delinquiſſet contra l. aut facta, §. fi. ff. de pœnis, & d. l. non ſolum ff. de noxa. Igitur neceſſariũ eſt ut refferamus dictum uerſ. niſi, ad dictũ uerſ. ſi uerò

6 Pręterea †exceptio extenditur propter maioritatem & indentitatem rationis, l. ob ęs. C. de prędi. mino. l. ita pudor. C. de adul. l. prima circa prin. per Bar. ff. quòd ui. aut clam, & maximè ob fauorẽ Bar. in d. l. tranſigere in ult. columna, ſed in noſtro caſu eſt maioritas uel idemtitas rationis, quia eſt ſubueniendũ illi qui fecit unum furtũ quàm qui fecit duo, d. l. non ſolum & d. l. aut facta all. & maximè quia tractatur de fauore, ideo ſtatutum loquens de uero delinquente extenditur ad fictum Bal. in d. l. tranſigere. Præterea illud ſtatutum de pœna corporali remittenda propter pacem eſt fauorabile, ut dicit D. Bal. in d. l. tranſigere, ergo extendendũ l. cum quidam ff. de libe. & poſt. cum ſy. Præterea clauſula iſta niſi pacem &c. debet refferri ad omnia pręcedẽtia & maximè cum ratio diuerſitatis reddi non poſsit, Bal. in d. l. prima C. de libe. præte. uel exhær. Vlterius niſi ita interprætemur ſtatutum certè inuitabimus delinquentes ad mentiendum & periurandum contra l. 2. C. de indi. uidui. tol. cum ſy. quia facilè erit reo qui ſecundum ueritatem non fecit niſi unum furtum, dicere & confiteri quòd fecit duo

7 furta, & facere pacem & tunc gaudebit benefitio ſtatuti. Ideo iſta †interpetratio quæ ſonat in delictum non eſt ſumenda, l. in fundo ff. de rei uen. & per Bar. in d. l. omnes populi in materia interprætationis ſtatutorũ, Poſtremo in pœnis eſt ſemper capienda illa interprętatio quæ magis humana & mollis eſt, l. præſes, l. ſi de interprætatione ff. de pœnis. Igitur ſi refferimus dictum uerſ. niſi pacem &c. ad ſuperius uerſ. ſi uero &c. Iſta eſt magis humana interpetratio, ergo ipſa capienda eſt. Ex prædictis igitur apparet qualiter dicti ſuperius nominati non ſunt

I ſuſti-

fuſtigandi, nec eorum auriculæ ſunt ferro calido perforandæ.

*Et ita ut ſupra dicit & conſulit D. Martinus, & dicit bis de facto ſe conſuluiſſe, & uidiſſe conſilia magnorum Doctorum, ita conſulentium.*

ADNOT.

a *Præcedentia Bart. & Caſtr. l. fin. ff. de reb. dub. de materia quando clauſula referatur ad præcedentia uel ad ſequentia, & quando ad utraq; & ad quæ potius, uide Tiraqell. de utroq; retract. §. 1. glo. 14. num. 22. 23. Dec. conſ. 500. num. 8 conſ. 14. num. 5. conſ. 11. num. 13. conſ. 339. col. fin. ubi dicit quod fit relatio ſi actus ſuſtineatur ſecus ſi, Corruat. in materia uide eundē conſ. 92. nū. 2. 3. cōſ. 163. ſub nū. 10. verſ. 14. obſtare uidetur et quòd in teſtibus nō fiat relatio, ubi ſequeretur abſurditas uel cōtrarietas, Dec. cōſ. 195. col. pen. verſ. 4. hoc idem efficaciter, Rip. l. 1. num. 69. de uerb. oblig. Item quando diuerſa eſſet ratio, uel mala grammatica, Dec. conſ. 213. num. 6. Item quando tractaretur de magno præiuditio, conſ. 593 ſub num. 4. Item ubi corrigerentur prius dicta Crau. conſ. 70. num. 3. 4. 11. ubi multa habes ad materiam, & conſ. 88. num. 3. & an ſit fienda ad proximiora, Crau. conſ. 84. col. fin. num. 17. Afflict. deciſ. 248. num. 10. 12. Bellon. conſ. 41. Ceph. conſ. 117. num. 4.* Io. Franc. Catius.

SVMMARIVM.

1 *Generalis reſeruatio à ſummo Pontifice facta tollit omnem inferiori conferendi poteſtatem.*

2 *De re per Papam diſpoſita nemo inferior poteſt ſe intromittere.*

3 *Concilium non poteſt ſe intromittere de reſeruatis ſummo Pontifici.*

4 *In collatione facta à Concilio ſeu generali alicuius ordinis eſt neceſſe facere mentionem de reſeruatione apoſtolica.*

5 *Reſeruatio Papæ ne dum inficit titulum ſed etiam poſſeſsionem.*

6 *Iudicis iuſſus an excuſet debitorem ſoluentem ei cui fieri non debuit ſolutio.*

7 *Debitor ſoluens uiolento & iniuſto poſſeſſori an liberetur.*

8 *Soluens non liberatur niſi ſit conuictus & condemnatus, & ſententia tranſierit in iudicatum.*

9 *Habens iuſtam cauſam credendi aliquem eſſe prælatum ſoluendo ei liberatur, & maximè ſi cum eo contraxit.*

CONSILIVM XIX.

IN FACTO proponitur quòd in domo Sanctæ Mariæ de Miraſole, ordinis humiliatorum Mediolanen. diocesis eſt dignitas præpoſituræ perpetua, & per ſpecialem reſeruationem moderni Papæ D. Eugenij reſeruatæ ſunt dignitates quorumcunq; ordinum, & dum præpoſitura ipſius

domus uacaret per obitum fratris Nicolini de Verano, olim & tunc præpoſiti ipſius domus,extra Romanã defuncti, prælibatus Dominus Eugenius per ſuas litteras apoſtolicas,certo executori comiſit,quòd ipſam præpoſituram fratri Martino conferret & aſsignaret. Idemq; executor iuxta formam literarum ipſarum prædictam præpoſituram ipſi D. fratri Martino contulit & aſsignauit proceſſus cum pœnis & cenſuris eccleſiaſticis in forma exigenti,ut moris eſt faciẽdo,& ipſum D. fratrem Martinum in corporalem poſſeſsionem eiuſdem præpoſituræ induxit,qui etiam per fratres & conuentum dictæ domus fuit receptus in præpoſitum, & ſibi præſtiterunt manus obedientiæ reuerentiales,paucis uero elapſis diebus,quidam D.frater Laurentius de Zerbis nitens inuoluere potentia ſeculari iuſtitiam prætenſas collationes impetrauit a Baxilienſi Concilio nulla facta mentione de præmiſſis & etiã à Domino Generali ordinis præfati ſub collatione prædictæ præpoſituræ ſub quarum prætextu ipſe frater Laurentius de facto ſe intruſit ad occupationem dictæ domus & propter metum & potentiam aliquorum ipſe frater Martinus ſpatio annorũ ſex uel circa ſtetit expulſus,& aliquo tempore incarceratus,præſertim inſtante Mariano p̃tenſo emphiteota dictæ domus pro poſſeſsione de pontẽxeto ut aſſerit ſupra in emphiteoſim conceſſa tempore D. fratris Andreæ de Vicecomitibus,tunc Generalis magiſtri dicti ordinis, ipſo D. frate Martino,& fratre Io. de Vicecomitibus antiquiore profeſſo dictæ domus repugnantibus,ut poté qui uidebant expreſſam & enormiſsimã læſionem dictæ domus cum ex ipſa poſſeſsione percipi poſſet ad computũ flor.mille & ultra,& tamen ipſe Marianus non ſoluit niſi flor.cccc.Ex poſt autem litteræ huiuſmodi apoſtolicæ & proceſſus ſuper eis facti & habiti per executorem præſentati fuerunt ipſis fratri Laurentio, Intruſo & Mariano ad eorum malitiam conuincendã, & ipſi frater Laurentius & Marianus uolentes ſubfucato calore protegere eorum malitiam & ad effectum qnòd ipſe Marianus ſoluendo ipſi fratri Laurentio canonẽ conſequeretur liberationẽ fecerũt apparere præcepta parte eiuſdem D. Generalis,& D.Poteſtatis Mediolani,quòd ipſe Marianus ſolueret ipſi D.fratri Laurentio dictũ canonem quòd fecit & ſoluit ipſi fratri Laurentio. Nunc autem oritur dubium an ipſe Marianus ſoluendo ipſi fratri Laurentio ſit liberatus.

In Christi nomine amen. veniens ad dubium formatum, uidelicet an dictus Marianus ſoluendo dicto D. fratri Laurẽtio ſit liberatus pondero duo. Primum reſeruationem dignitatum factam a ſummo Pontifice. Secundum præcepta facta tam a D.Generali quàm à Præſide Ciuitatis. Nam † quando generaliter fit reſeruatio a ſummo Pon-
1 tifice tollitur omnis Poteſtas cõferendi,c. inter cætera de præben. c.

eccle-

eccleſia el. ij. ut lite pen. & in c. ut ueſtrum extra de appell. Item &
2 † de re per Papam cõfirmata ſiue diſpoſita, nemo inferior poteſt ſe intromittere ſine ſpeciali mandato Papæ, c. ij de confir. utili xj. di. c. fi. Et ideo Doctores maximè Lapus, Abbas, Ioannes de Lignano ut reffert & ſequitur Gemimanus in c. fi. in uer. in præben. de cõſue. li. 6. quòd ſi reſeruatio collationis ſit facta generaliter a ſummo Pontifice ut quia non eſt facta ob fauorem ſingularem alicuius, tunc ſiue prouideat ſiue mandet prouideri tamquàm ſibi reſeruata non erit locus optioni conſuetudinariæ, quia reſeruãdo generaliter abrogat omnia iura & ſtatuta, & tollit omnem poteſtatem conferendi, & ſic tollit legẽ qua datur poteſtas optãdi, facit quod not. in c. quod trãſlationẽ de officio legati. Ex prædictis concluditur † concilium non potuiſſe ſe in-
3 tromittere de reſeruatis ſummo Pontifici cũ ſit ſuperior Papa concilio xvij. di. c. huic ſoli ſedi & per totam illã diſtin. quòd patet, quia poteſt diſpenſare contra concilium, c. ſignificaſti de ellect. & c. fi. & pe. de fil. præsbi. & multominus potuit D. Generalis ſe intromittere de dictis reſeruationibus Papæ. Præterea dictæ collationes factæ a cõcilio, & a
4 D. Generali ſunt nullæ † quia non eſt facta mentio de dicta reſeruatio apoſtolica, neq; de collatione apoſtolica facta dicto D. fratri Martino, c. ad audiẽtiam de reſcriptis, c. ſi motu proprio in glo. de præben. in 6. & no. in c. 1. & c. ſuper litteris de reſcript. Concluditur ergo dictas collationes a Concilio & a D. Generali factas dicto D. fratri Laurentio eſſe nullas. Aduertendum quoq; eſt quod ne dum collationes dicti D. fratris Laurentij ſunt nullæ ſed etiam nullam poſſeſsionẽ poſſunt tri-
5 buere, quia † decretum Papæ & reſeruatio papalis, ne dum inficit titu-
a lum ſed etiam poſſeſsionẽ [a] ut legitur & no. in c. ſi eo tẽpore de ellec. lib. vj. & in c. ut noſtrum de appell. & in c. accepta de reſti. ſpol. & quod no. per D. de Rota concluſsione xv. rubrica utrum agenti poſſeſſorio obſtet reſeruatio. Ex prædictis uidetur concludendum dictum D. fratrem Laurentium, neq; habere collationes ualidas neq; etiam poſſeſ-
6 ſionem. Ponderandum quoq; eſt ſecundum † iuſſus dicti D. Generalis & Præſidis Ciuitatis Mediolani factus dicto Mariano ſoluenti an excuſet ſoluentem & uidetur prima facie dicendũ quòd ſic, quia iuſſus Iudicis facit licitum quòd aliter erat illicitum, l. furti §. qui iuſſu ff. de his qui no. infa. l. interdum & l. nouiſsimè ff. quod fal. tuto. aut. In contrarium uidetur eſſe cõcludendum quòd dictus Marianus ſoluendo dicto D. fratri Laurentio non ſit liberatus, nam qui ſoluit alij quàm cui debuit nõ eſt liberatus, l. qui hominem ff. de ſol. in §. ſi nullo, l. in ſumma in fi. ff. de condi. inde. l. filius, §. 1. ff. de furt. ſed ita eſt quòd dictus frater Laurentius non eſt præpoſitus cui poſsit ſolui, igitur & c. Nec obſtat quòd imo poſsit ei ſolui quia ſatis eſt quòd non ſit intruſus ſua aucto-

ritate. Sed confirmatus per ſuperiorem cum ex cōfirmatione recipiat poteſtatē miniſtrandi, ut not. in c. nihil de ellec. quia reſpondeo quòd dicta collatio fuit facta a ſuperiore, qui nullam habet poteſtatem conferendi propter reſeruationem papalem, utſupra plenè probaui, ergo cum collatio ſit nulla non poterit ei ſolui, ut per D. Inno. & Io. An. in c. tranſmiſſam in uerſ. uel diem de ellectione qui concludunt quòd ſi contradictores habet oportet, quòd doceat ſe cōfirmatum & ab eo q habuit poteſtatem confirmandi, aliter non liberarentur ſoluendo cū confirmatio ſiue inueſtitura ſit nulla. Et ideo inquit D. Compoſto. in c. nihil de ellect. in uerſ. item per ſuperiorem confirmatum &c. quod dè facto obtentū fuit in Abbate Romanēſi Lingonienſis Dioc. de quo loco metropolitanus ꝓuiderat cuius Abbatis prouiſione collatta propter hoc quòd metropolitanus ipſe de eo prouidere non poterat, & ideo geſta per eundem Abbatem non ualuerunt, quia tuitio legiptimi confirmatoris non affuit. Idem inquit D. Bal. in repetit. l. ſi aquam, C. de ſeruit. & aqua uerſ. nunc de quinto puncto. quando confirmatio ſiue collatio eſt nulla uitio patenti geſta per eum non ualent, ut eſt in caſu noſtro, facit l. ſi putas C. de peri. hær. l. uerū, §. ex facto ff. de minor. Adducitur quoq; not. D. Inno. in c. in litteris de reſti. ſpoli. in uerſ. item
6 non liberatur ubi † debitor ſoluens uiolento & iniuſto poſſeſſori non liberatur quin teneatur dignitati, niſi cum ipſo malefidei poſſeſſore cō traxiſſet, quia tunc liberaretur, l. ſi urbana ff. de cōdi. inde. ſed D. frater Laurentius fuit malefidei poſſeſſor cū ſciuerit ex denunciatione ſupra facta D. fratre Martinum eſſe uerum præpoſitum, l. ſi fundum ueſtrum, C. de rei. uen. cum ſy. igitur ſoluens Marianus non eſt liberatus. Adducitur etiam Io. An. in d. c. in litteris in uer. tu diſtinguas. & in uerſ. tu dicas ſecundum Hoſti. ubi † ſoluens extra iudicium non liberatur, uel
7 etiam ſoluens in iuditio, niſi fuerit conuictus & condēnatus, quia tunc ſi eſſet condemnatus dictus Marianus, & ſententia nō eſſet appellatione ſuſpenſa haberet neceſſe parere, & in caſu noſtro proponitur dictū Marianum non apparere eſſe condemnatum ſolemniter igitur &c. Ad idē quoq; facit id quod not. Io. An. in d. §. in litteris in uer. ſed ꝓ opin. facit, ibi & hoc teneas quicquid infra uel ſupra notatur. Facit ratio quia ſententia lata pro reo in hoc caſu non parat ei except. rei iudi. contra uerum prælatum, ut no. D. Inno. in c. in litteris uerſ. item not. & D. Io. An. in d. c. in litteris in uerſ. item not. Allegatur quoq; not. Do-
8 minorū Bar. & Angeli in l. ſi urbana ff. de cōdi. inde. quia † cum nō cōtraxit Marianus cum D. fratre Laurentio non liberatur eidem ſoluendo, nam ſi dictus Marianus habuiſſet iuſtam cauſam credendi cum D. fratrem Laurentium eſſe præpoſitum, quia habebat confirmationē ſuperioris, tūc benè liberaretur, ut per D. Bar. in d. l. ſi urbana, ſed dictus Maria-

Marianus non habuit iuſtam cauſam credendi cum fuerit ei denun-tiatum dictum D. fratrem Martinum eſſe præpoſitum ex auctoritate apoſtolica, l. uero procuratori, ff. de ſolut. propterea etiam quia dictus frater Laurentius fuit in mala fide, ut no. D. Bar. in l. barbarius filipus, ff. de offi. præto. uerſ. ſed quid dicemus in his quæ non fiunt per modũ iuriſdict. Præterea aliud eſt in cõfirmatione aliud in poſſeſsione alicu-ius adminiſtrationis, ut not. Inno. in d. c. in litteris uerſ. item not. præ-terea dictus D. frater Martinus prius adeptus fuit poſſeſsionem ſiue quaſi præpoſituræ, ideo præferendus, ut not. per D. Compoſto. & Io. An. in c. tranſmiſſam de ellect. Præterea ut dixi in euidẽtialibus dictus D. frater Laurentius, nec eſt poſſeſſor nec habet aliquem titulum uali-dũm, igitur ſolutio non liberat, l. qui hominem §. ſi nullo ff. de ſol. Nec obſtat iuſſus tam D. Generalis quàm Præſidis Ciuitatis, quia re-ſpondetur quòd debuit dictus Marianus comparere & allegare quali-ter ſibi fuit denunciatum dictum D. fratrem Martinum eſſe præpoſitũ qua allegatione facta ſi compulſus fuiſſet ſoluerẽ fortaſsis, tunc fuiſſet liberatus caſus eſt in l. ait prætor, §. permittitur uerſ. quid tamẽ, ibi ſi allegans &c. ff. de minor. quæ lex allegatur in materia in d. c. nihil de ellect. ſed non conſtat dictum Marianum hoc oppoſuiſſe & allegaſſe, ut in themate igitur &c. Præterea & ſecundo reſpondeo quòd ita de-mum dictus Marianus excuſaretur ſi fuiſſet condemnatus & ſententia tranſiuiſſet in rem iudi. ut p D. Io. An. in d. c. in litteris in uerſ. tu dicas. Pręterea quando imploratur offitium Iudicis a malefi. poſſeſſore, ut cogantur debitores ſibi ſatisfacere debitores dignitatis poſſunt exci-pere quòd eſt poſſeſſor malęfidei, ut per D. Inno. in d. c. in litteris, uerſ. ſed ſi poſſeſſor quod cũ non fecerit dictus Marianus ſibi eſt imputãdũ. Ex prædictis igitur concludo tam ex fonte iuſtitiæ quàm æquitatis di-ctum Marianum non eſſe liberatum. *Et ita de facto interrogatus ellegan-tiſsimè reſpondit D. Martinus de Garratis legum doctor acutiſſ. in Ciuitate Mediol.*

ADNOT.

a *Poſſeſsionem, Quinimo hæc reſeruatio eſt tam malignæ naturæ, ut quicquid inueni deſtruat, & in oppoſitum ducat, ſic Gomeſ. in regul. cancell. reg. de trien. poſſ. q. 49. col. 2. pag. 870. Idem Gomeſ. de annal. poſſeſſ. q. 23. poſt multos quos citat af-firmat adeo nullam eſſe poſſeſsionem beneficij reſeruati, ut is poſſeſſor ſeu detenta-tor potius nec fructus quidem ſuos faciat, & ibi plura in his terminis adfert. Idem Gomeſ. de trien. poſſeſſ. q. 31. uer. tertium priuilegium. Et hæc poſſeſsio contra Pa-pæ reſeruationem accepta caret omni effectu & iuris adminiculo ſine quo in bene-ficialibus poſſeſsio non procedit, Rebuff. in praxi benefic. tit. de reſeruat. tam gene-ralib. quàm ſpecialib. num. 40. & contra clericum ut ſpoliatũ poſſeſsione benefitij agentem reintegrari poſſe obijci ſpecialem illius beneficij reſeruationem pluribus et propè infinitus adductis Rotæ deciſionibus & aliorum auctoritatibus firmat D.*

*Meno-*

*Menochius præceptor meus tract. recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 443. cum ſeq. ubi plurima in materia adferuntur.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *l. Sciant & eius pœna C. de legit. hæredib. non extenditur ultra primum ſucceſſorem.*
2 *Mulier eſt agnata & de parentela.*
3 *In generali remiſsione non uenit fideicommiſſum de futuro.*

## CONSILIVM XX.

DOMINVS Stefanus teſtator, inſtituit filiam ſuam, & ei ſubſtituit ſi dicta filia in pupillari ætate uel quandocunquè decederet Dominum Galeaz & filios ſuos maſculos, & ſi dictus D. Galeaz decederet ſine filijs maſculis ſubſtituit D. Io. Franciſcum & eius filios, & ſi decederet D. Io. Franciſcus ſine filijs ſubſtituit proximiores attinentes eo, quia uult dictam hęreditatem peruenire in eius teſtatoris agnatos & agnatorum agnatos &c. Deinde dictus teſtator legauit D. Manuino fratri dicti D. Teſtatoris cum illa conditione quòd ille D. Manuinus per ſe & per hæredes ſuos nõ moleſtaret aliquo modo hæredes & ſubſtitutos dicti teſtatoris. Contingit quòd decedit dictus D. Galeaz ſine filijs, deinde decedit filia ſupraſcripta teſtatoris in pupilari ætate, deinde D. Io. Franciſcus ſubſtitutus, uigore ſubſtitutionis appræhendit hæreditatem. Deinde moritur dictus D. Io. Franciſcus ſine filijs, relicto fratre Io. Antonio. Modò oritur controuerſia inter Dominam Doninam filiam & hæredem dicti D. Manuini fratris teſtatoris qui promiſit utſupra, & inter dictum Io. Antonium fratrem domini Io. Franciſci de hærèditate dicti D. Stefani. Ego conſului dictam D. Doninam eſſe potiorem in hæreditate quàm dictus Io. Antonius potiſsime illa ratione, quia uirtus uerborum ſubſtituẽtis dicti teſtatoris uocant dictam D. Doninam, nam a uerbis claris &c. l. ille, §. cũ in uerbis ff. de leg. 3, cum ſim. ſed uerba ſubſtituentis dicunt in proximiores attinentes dictam hæreditatem peruenire quandocunq. dictus D. Io. Frãciſcus deceſſerit ſine liberis, ſed iſta D. Donina eſt proximior quia tertio gradu ipſi teſtatori, l. 1. §. 3° gradu ff. de gradib. igitur &c. & maximè quia iſta interpetratio eſt conſentanea iuri communi quod diſponit hanc D. Doninam ab inteſtato debere ſuccedere ſi dictus teſtator non feciſſet teſtamentum auten. ceſſante & auten. poſt fratres C. de legi. hær. ergo &c. l. ſi quis cũ nullum ff. de iur. codi. cum ſim. ex quibus omnibus non ob. infraſcripta argumenta quæ ꝓcedunt in dubio,

bio, ſed hic ſunt uerba clara, utſupra. igitur &c. in aut. de conſang. & uterinis fratribus §. igitur circa principium, & ita conſuluerunt plures Doctores. Contra D. Doninam pro fratribus D. Franciſci facit uoluntas teſtatoris, quia uult utſupra, dicitur quod bona remaneant in agnatis & domo agnatorū ſed mulier eſt finis agnationis, l. pronūciatio, ff. de uerbo. ſignifi. in fi. inſti. de legi. agna. tu. Secundo quia dicit ſi ſine liberis maſculis, ergo non de fœminis. Tertio quia non uoluit quod fœminæ Galeaz nec D. Io. Franciſco quos prædilexerat in ſubſti tutionibus ſuccederēt, ergo multominus fœminæ filiæ Manuini fratris teſtatoris, quem non prædilexit, arg. l. licet imperator de leg. 1. Quarto quia non uoluit teſtator dictum Manuinum nec hæredes ſuos ſuccedere, dum prohibuit eū poſſe impedire hęredes D. Stefani & ſic poſtquàm D. Donina eſt hæres patris ex uoluntate teſtatoris, non potuit ſuccedere, & ſic non obſtat, not. Bar. in l. qui ſuperſtitis ff. de aquir. her. quia eſt uera niſi uoluntas teſtatoris refragatur. Item neceſſe eſt uidere illam renunciationem quàm fecit dictus Manuinus an ſit ampla. Item quia Bal. in l. pactū quod dotali, C. de colla. dicit quod ex perceptione partis excluditur hæres filia non ex renūciatione, ſed dictus Manuinus percepit partem, uidelicet ccc. florenos relictos per teſtatorem ei igitur &c. Præterea non eſt uerum quod dictus D. Io. Frāciſcus ceciderit a iure ſuccedendi, quia non petijt tutorem pupillæ, primo quia non eſt probatum de ſcientia, ideo &c. glo. & Bal. in l. planè in fine ff.
1 de excuſ. tuto. Secundo quia † non extenditur pœna l. ſciāt, C. de legi.
a hær. ultra primum ſucceſſorem [a] Bar. in l. 2. ff. qui pe. tu. in fine. Modo quia iuſtitia eſt pro D. Donina, reſpondeo argumentis factis contra eam, & primo non obſtat primum quod uoluntas teſtatoris eſt quod bona remaneant in agnatis, ſed mulier eſt finis l. pronunciatio §. fi. de
b uer. ſign. quia reſpondeo † mulierē eſſe agnatā [b] inſti. de legi. agna. tu. ubi glo. exemplificat de amita. Fateor quod mortua dicta Donina debet reſtituere illis de parentella, & ſic dicto Io. Antonio qui eſt in controuerſia nūc quia eſt finis dicta l. pronūciatio in fi. Non obſtat ſecūdo quia dixit in alijs ſubſtitutionibus ſi ſine maſculis deceſſerit dictus Galeaz, & ſic uidetur predilexiſſe maſculos & excluxiſſe fœminas, l. lutius §. quæſitū uer. niſi, ff. de leg. 3. quia reſpondeo illud uerū in dubio ſi uerba ſubſtitutionis ſunt clara dum dicit proximiores attinētes, ſubſtituit ergo &c. Non obſtat ſupraſcripta quietatio Manuini, ut per Bal. in l. pa
3 ctum, C. de coll. reſpōdeo quia † in generali remiſsione non uenit fide
c commiſſum de futuro [c] ut per Bar. in l. qui Romæ, §. fi. ff. de uer. obli. & Ang. in l. qui cum tutoribus ff. de tranſ. ſaluo ſemper ſaniori conſilio.
d *Ita Ego Martinus de Garratis conſului* [d] *unà cum multis Doctoribus.*

ADNOT.

a *Succeſſorem. Neuizan ſyl. Nupt. lib. 2. ſub num. 52. lim. prima uerſ. limit. primo d. l. ſciant. ubi & hanc & oppoſitã ſententiã tenentes auctores adductos habes.*

b *Agnatam. l. uoluntas ubi etiam Doct. C. de fideicom. Alex. l. cum quædam puella num. 14. de iuriſd. om. iud. tradit Ruy. conſ. 153 num. 9. lib. 2. Dec. conſ. 287. num. 12. Cran. conſ. 67. num. 3. Pariſ. conſ. 20. num. 33. cum ſeq. conſ. 47. num. 56. lib. 2. D. Ceph. conſ 53. num. 84. cum ſeq. ubi ait quod fœminæ ueniunt ſub nomine generis, ſtirpis, cipi, domus, ac caſatæ, & quod ita ſunt propriè agnatæ ſicut maſculi idem conſ. 134. num. 41.*

c *Futuro. Ruy. conſ. 137. num. 14. comunem dicit Rip. poſt Socin. quem allegat d. l. qui Romæ §. duo fratres num. 74. de uerb. oblig. Ceph. cõſ. 84. in fine nũ. 18. 19.*

d *Conſului. & bene, pro quo faciunt quæ ſcribit & conſulit Ruy. conſ. 93. num. 15. conſ. 152. num. 6. conſ. 153. num. 8. 9. lib. 2. Ceph. latè conſ. 134. num 41. cum ſeq. lib. 1. ubi habes reſponſiones ad obiecta hic poſita uidendi tamen erunt Dec. conſ. 309. num. 1. Cran. conſ. 180. num. 1. Alba. conſ. 54. num. 7.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Agnatorum appellatione continentur fœminæ.*

## CONSILIVM XXI.

TESTATOR inſtituit filium & ſi deceſſerit ſine liberis ſub
ſtituit fratrem dicti teſtatoris, & ſi dictus frater ſine li-
beris decederet iuſsit bona uenire in proximiores a-
gnatos. Contingit dictum teſtatorem deceſiſſe dein-
de deceſsit dictus filius ſine liberis, deinde dictus fra-
ter teſtatoris decedit ſine liberis relicta amita quę e-
rat ꝓximior dicti teſtatoris, & relictis alijs maſculis in remotiori gra
du maſculi uolunt habere hęreditatem tanquam bona debeant rema
nere in agnatos & conſeruantes eam l. 1. §. pe. ff. de uen. inſpi. fœ-
mina amita dicit, ſum ego proximior ideo uolo habere hanc hęredi-
tatẽ. Queritur quid iuris, an maſculi tanquam maſculi & cõſeruantes
agnationẽ ſuccedãt, an amita tamquã ꝓximior. Ego cõſului amitã de
1 bere admitti quoniam † appellatione agnatorũ cõtinentur fœminę [a]
a inſti. de legi. agna ſucceſ. §. nos uerò & l. lege 12. tab. C. de leg. hęred.
ergo a uerbis claris teſtatoris nõ recedemus maximè quia iſta inter-
pretatio eſt cõformis iuri comuni quia uocatur qui prior eſt in gradu
autem. poſt fratres C. de legit. hęredi & l. peto. §. fratre ff. de leg. 2. &
q̃a appellatione maſculi cõtinetur fœmina l. q duos mulos ff. de leg.
3. & quia ita conſuluit D. Ang. conſilio 210. Non ob. quòd bona de-
beant

beant uenire in agnatos quia uerum niſi uerba teſtatoris eſſent clara l. ille §. cum in uerbis ff. de leg. 3. & quia fœmina ſicut uir eſt dignisſima creaturarum inſt. de iure naturali §. fi. in glo.

*Ita dicit & conſ. ſpect. Doct. D. Martinus de Laude legũ doct. acutisſimus etc.*

## ADNOT.

a *Fœminæ. Vide quæ dixi ſupra proximo præcedenti conſilio.*

Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *In donatione quam facit uxor uel ſponſa non requiritur præſentia mariti uel ſponſi.*

2 *In donatione non requiritur præſentia donatarij.*

3 *Donatio fieri poteſt in domo donatarij.*

## CONSILIVM XXII.

IOANNES contraxit per uerba de futuro matrimoniũ cũ Antonina dotata per patrem tempore quo maritabitur in flo. 900. deinde dicta Antonina conſtituit dicto Iohanni pro dote flor. 800. reliquos uero in ſe retinuit de qbus ꝑlibito ſuę uolũtatis posſit quicquid uelit diſponere & hoc uolente & non uolente pręſente & abſente dicto Iohanne ſponſo futuro. Deinde ipſa Antonina de dictis cẽtum flore. donationẽ fecit cuidam auunculo ſuo & hoc in domo ipſius auunculi ubi fuit celebrata dicta donatio recipiẽte notario dictam donationem abſente tamẽ ipſo auũculo donatario dubitatur de tribus. Primũ dubiũ eſt an quia quãdo fuit facta donatio uir ſuus futurus auctoritatem non dedit nec cõſenſit quia abſens ualeat ipſa donatio. Secundum dubium eſt quia erat abſens donatarius an uicietur ipſa donatio. Tertium dubium utrum quia ipſa donatio celebrata fuit in domo propria ipſius donatarij ſit minus efficax uel
1 potens. Circa primum dubium dico quòd † abſentia ſponſi uel mariti non nocet tex. & ibi Bal. & Ang. in l. uelles C. de reuo. dona. Circa
2 ſecundũ quia abſens erat donatarius reſpondi quòd eius † abſentia nõ
a nocet poſtquãm notarius recipit nomine abſentis [a] glo. in §. ſi quis alij inſti. de inutili ſtip. Guil. in l. non aliter & l. his uerbis ff. de adopti. Itẽ Bar. in l. 2. ff. rem pup. ſal. fo. & ſic limitatur l. abſenti ff. de don.
3 Circa tertiũ dubium quia † facta in domo propria ipſius donatarij dico quòd propter hoc nõ uicietur quia non reperitur iure cautũ quòd locus uiciet donationem & facit l. fi. C. de tempor. in inte. reſti.

*Ita de facto interrogatus improuiſe reſpondit dominus Martinus.*

H AD.

## ADNOT.

a *Abſentis. Dec.conſ.661.num.11.non tamen abſenti quæritur niſi ratificatione ſubſequuta Dec.conſ.226.num.7.uerſ.ſecundo ſpecialiter conſ.247.col.3.conſ.464 num.3.ad quod uide Albam conſ.36. num.1.cum ſeq.conſ.97. num.8. omnino D. Ceph.conſ. 33.per totum ubi plenius quàm alibi hoc explicatum habes.*

Io.Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteota non ſoluens Canonem an cadat à iure ſuo quando dominus non tradidit rem totam Emphyteotæ.*

2 *Emphyteota propter intereſſe ſuum poteſt uti retentione canonis ſi res locata non fuit tradita.*

## CONSILIVM XXIII.

1 IACOBVS † dedit in emphiteoſim unam domum Bartolomeo pro florenis 10. ſingulo anno ſoluendis pro ficto deinde dictus Iacobus dominus tradidit partem dimidiam domus dicto Bartolomeo emphiteotæ. Aliam autem partem non potuit tradere quia ipſe alij uendiderat. Poſtea tranſactis 10. annis dictus Iacobus dominus petit fictum 10. annorum pro parte dimidia dictę domus .ſ.florenos 50.& dicit dictum Bartolomeum cecidiſſe a iure emphyteotico quia ſtetit per trienniũ quòd non ſoluit fictum pro illa dimidia parte domus tradita dicto Bartolomeo. *Quæritur quid iuris.* Solutio eſt dicendum dictũ
a Bartolomeum non cecidiſſe a iure emphyteotico [a] nam licet dictus Iacobus poſsit petere fictum tamen quo ad effectum non poteſt pete
2 re quia † obſtabit exceptio retentionis mercedis propter intereſſe ſuũ tex.& glo.in l.ſi de fundo in uerbo retinere, C.locat.nam cui damus actioné multomagis damus exceptioné l. inuitis §. cui damus ff. de re. iur. cum ſim. ſed dicto Bartolomeo emphyteotę daretur actio ad intereſſe ſuũ,quia dictus Iacobus nõ plenè impleuit pro parte ſua, quia non dedit uacuã poſſeſsionem totius domus , ſed tantũ dedit ꝓ parte l.ex conducto in prin. ubi caſus ff.locati quando ſtat per factum ipſius domini ut fit in caſu noſtro , quia alteri uendiderat glo. in l. ſi uno §.cum quidam in glo.magna ff.locat.& l.ſi in lege §.colonus eo. tit.igitur &c. dabitur exceptio.Quinimo daretur retentio etiã reſpectu futuri temporis ut dicit D. Bal. in d. l. ſi de fundo nam poſtquàm plenè dictus Iacobus non impleuit pro parte ſui non poteſt quo ad effectũ agere l.Iull.§.offerri ff. de actis empti. ubi non ſufficit partem precij &c. glo.in l. ediles etiam §.fi.cum ſi ff.de ed.edicto.

## ADNOT.

a *Emphyteotico. Non enim Emphyteota poteſt dici eſſe in aliqua culpa canonem non ſoluendo ex quo rem ipſam non poſſidebat & ubi non eſt culpa ibi non debet eſſe pœna; & ita ſecundum iſtam opinionem tanquam æquiorem & tutiorem conſuluerunt Socin. Iun. & Dec. inter conſ. Socin. Iun. conſ. 70. lib. 1. à qua opinione dicunt quod nefas eſſet recedere tanquàm communiori & ueriori ut per eos ibi num. 16. quam opinionem Dec. & Socin. Iun. relatis ſequutus eſt Iulius Clarus olim Mediolan. Senator dein redditnum Præſes nunc apud Sereniſſimum & Catholicum Philippum Hiſpaniarum Regem Mediolan. prouinciæ gratiſſimus regens ſentent. lib. 4. §. Emphyteoſis q. 8. uerſ. ſed quæro quid ſi Emphyteota per illud tempus &c. pag. 109. in fine & 110. in prin. ſecundum nouiſſimam & paruam Venetam Impreſſionem, Quam tamen intelligit ut procedat niſi Emphyteota fuiſſet in culpa quominus poſſeſſionē ipſius rei Emphyteoticæ adeptus eſſet, uel niſi poſtquàm illā poſſidere cœpiſſet dolo deſiiſſet illam poſſidere; His caſibus putat clarus non eſſe Emphyteotam à caducitatis pœna excuſandum.* Io. Franc. Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Debitor habens penes ſe inſtrumentum debiti inciſum an ſit tutus ſi alleget ſe liberatum ſolutione.*

## CONSILIVM XXIIII.

DOMINVS Antonius debitor, repetitur habere Inſtrumentū canzellatum debiti ſui: D. Bertolomeus creditor petit creditum ſuum a D. Antonio, qui D. Antonius dicit ſe liberatū ſolutione quoniā habet inſtrumentum crediti penes ſe inciſum, Queritur an dictus D. Antonius ſe poſsit tueri uigore inſtrumenti penes ſe inciſi. Sol. D. Cy. in l. ſi de poſſeſsione C. de probat. & Bar. in l.
1 poſtquàm ff. de pactis & ibi Ang. cōcludūt quòd † ſi dictus D. Antonius dicit ſe liberatū pacto de non petendo hoc non probaretur licet ipſe D. Antonius debitor haberet inſtrumētum canzellatum penes ſe niſi ꝓbet ſibi datum eſſe a creditore uel eius mandato, ut dicit glo in dicta l. poſtquam ff. de pactis ſed ſi debitor allegaret ſe liberatum ſolutione, ut in caſu noſtro tunc præſumitur liberatus niſi debitor ſit ꝑſona familiaris uel domeſtica quę potuiſſet dictum inſtrumentum furto ſurripere l. ſi chirographū ff. de probationibus & iſta eſt comunis ſententia Doc. & ideo cum proponatur in facto dictū D. Antonīū debitorem allegare ſe liberatū ſolutione & non ꝓbetur quòd dictus D. Antonius ſit domeſtica uel perſona familiaris in domo creditoris. Ita ut faciliter

poſſet ſurripere certè pręſumitur liberatus,ſolutione &ideo benè caueat dictus D. Antonius debitor in modo proponendi exceptionem quoniam debet proponere ſe liberatum ſolutione quod probabit eo ipſo quod habet inſtrumentum canzellatum penes ſe.

*Ita dicit & conſulit D. Martinus de Garratis de Laude.*

## SVMMARIVM.

1 *In Fideicomiſſis filius an ingrediatur in locum patris ut admittatur unà cum patruo.*

2 *Quando pater purè rogat filium reſtituere hæreditatem nō ſubauditur illa conditio ſi deceſſerit ſine liberis, ſecus ſi non pure rogauit.*

3 *Filij appellatione an contineatur nepos.*

## CONSILIVM XXV.

ANTONIVS fuit in rerum natura cū quatuor filijs Sauino, Ioanne Ludouico,Petro,& Iuſto,quos inſtituit ſibi hęredes,& poſthumum ſimiliter ſi maſculus erit,ſi fœmina relinquit ei dotis nomine centum,& ſubſtituit unū filium alij,&alios alijs inuicem ęqualibus portionibus uulgariter pupillariter & per fideicōmiſſum tam natos quam naſcituros. Deceſsit poſtea teſtator relictis ſupraſcriptis filijs, Sauino,Ioāne Ludouico,Petro & Iuſto,& Antonio poſthumo. poſtea deceſsit Sauinus ab inteſtato relictis quatuor fratribus ſubſcriptis cō numerando poſthumum, & relicto unō filio legiptimo & naturali nomine Petro, poſtea deceſsit ab inteſtato Petrus frater,& Iuſtus etiam deceſsit relictis ſolū Iohanne,Ludouico, & Antonio fratribus, & Petro nepote & filio Sauini fratris prædefuncti. Nunc dicti fratres uolūt ad diuiſionem peruenire, cum Petro eorum nepote, & dicunt hæreditatem Petri & Iuſti fratrum ſuorum ad ipſos ſpectare, & non dicto Petro eorum nepoti uigore dictę ſubſtitutionis & dictus nepos dicit quòd debet eſſe hęres pro tertia parte eo quia appellatione filiorum continentur nepotes. Quid iuris ſit quęritur.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. †ut res melius intelligatur capio uerba formalia teſtamēti ſupraſcripti in quibus iacet deciſio quęſitorū quæ ſunt hęc unum filium alteri, & alios alijs inuicem ſubſtituendo ęqualibus portionibus uulgariter pupillariter & per fideicomiſſum tā natos quàm naſcituros. Quoniam neq; pupillaris neq; uulgaris ſubſtitutio ſibi uēdicant locum ut proponitur ideo quęritur de uiribus ſubſtitutionis fideicomiſſarię. Itaq; dico dictā ſubſtitutionē fideicōmiſſariam eſſe in effectu nullam & inefficacem, quia exequatę ſunt omnium

nium hæredum partes, eo quòd unuſquiſq; ſibi & cohęredi ſuo rogatus eſt reſtituere hæreditatem & ideo ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt nulla & deriſoria quia cum ſit pura tantum dat quãtum accipit unuſquiſq; hæredum. Iſte eſt tex. & ibi glo. & Bar. Bal. & Ang. in l. ab omnibus §. ſi ticio in fi. ff. de leg. primo & ſic dicta ſubſtitutio fideicõmiſſaria eſt derriſoria & nulla. Dixit aliquis Imo uerè dictam ſubſtitutionem fideicommiſſam ualere, quia tacita conditio ſi deceſſerit ſine liberis a iure intelligitur. & ſic pura non eſt diſpoſitio & per cõſequens non erit nulla ſubſtitutio fideicommiſſaria l. cum auus ff. de condi. & demon. l. generaliter §. fi. C. de. inſti. & ſubſti. ſub conditione factis cum ſim. Quoniam clarũ exibeo reſpõſum quòd in caſu de quo in themate proponitur non ſubauditur illa conditio ſi deceſſerit ſine liberis iſta eſt glo. aurea approbata ab omnibus in l. cum accutiſsimi C. de fideicommiſſ. & ibi Cy. Ray. & cęteri ſcribentes & D. Albri. in l. ge-
2 neraliter §. fi. C. de inſti. & ſubſti. circa prin. & eſt ratio quia † quando pater pure rogauit filium reſtituere hæreditatẽ. Ceſſat ratio ſubauditę conditionis ſi deceſſerit ſine liberis. Nam ratio ſubauditę conditionis ſi deceſſerit ſine liberis eſt quãdo nõ purè rogauit, qua ratione filium fideicommiſſario præpoſuit teſtator .ſ. ut quàm diu uiueret filius fideicommiſſarius non haberet fideicommiſſum eadem, ratione & teſtator uidetur nepotem præpoſuiſſe fideicommiſſario quæ ratio ceſſat quando pure rogatur filius reſtituere hæreditatem, quia tunc teſtator non præpoſuit in uita fideicommiſſario, ergo nec nepotem, ideo ſignanter tex. in dicta l. cũm acutiſsimi dicit poſt mortem ut ait dicta glo. & ibi Cy. in dicta l. cum accutiſsimi, & ideo cum ſubſtitutio fideicommiſſa in caſu noſtro fuerit pura, quia nõ adeſt conditio neq; dies dicemus dictã ſubſtitutionẽ non habere illam tacitã conditionẽ ſi deceſſerit ſine liberis, & per conſequens dicta ſubſtitutio fideicom-
a miſſa erit elluſoria [a] & ita in terminis conſuluit D. Bar. ut reffert ipſe pulcrè in l. 1. C. de pactis in l. ſi quis ſeruum ff. de condi. & demo. nam teſtator grauauit hæredes de reſtituendo ſi quis deceſſerit ſine liberis, poſtea in codicillis ademit cõditionem quam filijs adiecerat, quęrebatur an fideicommiſſum ualeret Bar. conſuluit quòd non, quia tan tum deberẽ ego tibi quãtũ tu michi l. ab omnibus §. ſi ticio ff. de leg. 1. & ſic dicit Bar. in dicta l. 1. C. de pac. & reffert ſe ita conſuluiſſe. Ex prædictis concluditur dictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam fuiſſe nullam & deffectam, & per conſequens ſequitur quòd dictus nepos
b ſuccedit cũ ſuis patruis [b] ut in aut. ceſſante cũ ſim. C. de legipt. hæred.
3 Nunc poſſem examinare illum difficilem articulum & pulcrũ † utrum
c appellatiõe filij nepos cõtineatur [c] de quo articulo in l. liberorũ ff. de uerbo ſign. per Bar. & in l. gallus §. inſtituẽs ff. de lib. & poſtu. per Bal.

&

d & etiam alium articulum utrum obueniant duę quartę[d] de quo in l. quàquàm per glo. Bar. & Bal. C. ad l. fal. & per canon. in capitulo Raynutius & c. raynaldus extra de teſtam. quos articulos omitto tàquàm ſuperfluos quia cum ſubſtitutio fideicommiſſaria ſit nulla utſupra demonſtraui ideo ulterius non inſiſto. *Et ut ſupra dictum eſt dicit & conſulit Spect. legum Doctor D. Martinus de Laude.*

ADNOT.

a *Eluſoria. Imo uidetur quod ſubaudiatur illa conditio ſi ſine liberis deceſſerit, quia qua ratione quemlibet in ſua portione ſibi relicta alteri prædilexit, eodem etiam modo ſic naturali ratione ſuadente cenſetur prædilexiſſe omnes illius deſcendentes ut etiam dicebat Paul. Caſtr. in l. ſi quis ſeruum ſub num. 2. in fin. de cond. & demonſtr. dicemus ergo fideicomiſſo grauari eum qui ſine liberis deceſſerit. Inſuper hæc ſubſtitutio non uidetur inutilis nec eluſoria ut iſte dicebat; quod fideicomiſſum hinc inde ſtatim ab utroq; purè debeatur; quia ut dicebat Raph. Cum. & Caſtr. d. l. ſi quis ſeruum, & Iaſ. l. 1. ſub num. 4. C. de pact. fideicomiſſum debebitur ab illo qui prius morietur, unde non erit inutilis nec eluſoria ſubſtitutio. Niſi dicamus ut poſt Dec. Aquen. Curt. & alios dicebat Cagnol. alleg. l. 1. ſub num. 5. C. de pact. fideicomiſſum tamquàm odioſum remoueri ut tollatur inter fratres uotum captandæ mortis. Cogita.*

b *Patruis. Cuius tamen contrarium quod fideicomiſſum defferatur patruo nepote excluſo conſuluit Alex. conſ. 150. lib. 6. contra quem uide uberrimum & amplũ conſ. D. M. Cephal. 16. num. 29. uſq; ad finem conſilij qui pro nepote conſuluit.*

c *Contineatur. Dic quòd in fideicomiſſis filiorũ appellatione ueniũt nepotes, ut propè infinitis antiquioribus & recentioribus adductis de comuni atteſtatur, D. Ceph. conſ. 107. num. 15. Idem in ultimis uoluntatibus ſecus in contractibus Iaſ. l. ſi extraneus num. 20. de cond. ob cauſ. Rip. l. ex facto §. ſi quis rogatus num. 60. ad trebell. Rol. à Valle conſ. 93. num. 19. lib. 2. Item in feudis Dec. conſ. 445. num. 51. ſecus in ſtatutis, Dec. conſ. 353. num. 1. in priuilegijs, Iaſ. l. ſi cum procuratori num. 10. de re iud. in ſubſtitutionibus Dec. conſ. 391. num. 1. ubi comunem dicit licet ibi num. 5. contrarium teneat, & ſecundum comunem uſum loquendi, Iaſ. l. de quibus num. 90. de legib. & regulariter filiorum appellatione non ueniunt nepotes, Dec. conſ. 545. num. 9. Iaſ. l. is poteſt, num. 36. 46. de acq. hæred. in l. 2. §. prætor ait num. 6. de in ius uoc. & de hoc articulo habes ad ſaturitatem per Iaſ. l. gallus §. inſtituens num. 17. cum ſeq. de lib. & poſth.*

d *Quartæ. De hoc articulo, Rol. à Valle conſ. 12. num. 7. 8. conſ. 25. num. 9. lib. 1.*

Io. Franc. Catius.

SVMMARIVM.

1 *Abſenti quæri poteſt per Notarium.*

2 *Inſtrumento publico ſtandum eſt declara ut num. 13.*

3 *Verbis enuntiatiuè prolatis in inſtrumento ad præiuditium proferentis credendum eſt declara ut num. 16.*

4 *Renuntiantibus iuribus ſuis non eſt dandus regreſſus.*
5 *Iuramentum ſeruandum eſt quando ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ declara ut num. 19.*
6 *In actu pendente à uoluntate duorum non ſufficit proteſtatio quæ non tranſiuit in notitiam partis aduerſæ declara ut num. 18.*
7 *Iuramentum habet uim clauſulæ omni meliori modo &c. declara ut num. 21.*
8 *Venditio & rei uenditæ per metum qui in conſtantem caderet facta traditio dicitur facta iuſto metu.*
9 *Licet uenditio & rei uenditæ traditio per metum facta teneat & per talem traditionem tranſeat ius directum in emptorem tamen utile ius remanet penes uenditorem.*
10 *Cui datur actio multomagis datur exceptio.*
11 *Notorium non eget probatione.*
12 *Minæ prolatæ ab eo qui ſolet minas exequutioni mandare metum iuſtũ inferunt.*
14 *Ratificatio durante metu facta non nocet ratificanti.*
15 *Metus amiſſionis omnium bonorum uel maioris partis eſt iuſtus metus.*
17 *Si apparet contractum ſimulatum omnia in inſtrumento contenta ſimulata præſumuntur.*
20 *Periurus an ſit audiendus ante obtentam abſolutionem.*
22 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus nec admittitur proprietatis exceptio.*
23 *Poſſeſſio acquiritur etiam ex contractu inualido.*
24 *Verbum occaſio importat etiam cauſam remotam.*

## CONSILIVM XXVI.

QVIDAM dominus Otto qui capitali odio proſequebatur dominos Io. & Petrum de Rubeis, dum bellum firmaſſet contra Caſtrum manuini, prædi- 1
ctorum dominorum Io. & Petri de Rubeis, ipſum caſtrũ debellauit & funditus deſtruxit cum occupatione nonnullorũ caſtrorum aliorum ac bono-
rũ immobiliũ, patrimonialiũ prædictorũ fratrum 2
de Rubeis de quibus uiolẽtijs & occupationibus cantant & ſerioſius demonſtrãt inſtrumẽta ꝓteſtationis & uenditionis factæ ꝑ prædictũ D. Petrum in perſonã D. Iac. de tertijs fratris D. Ottonis, poſtquam dum p̄dicti D. Otto & illi de tercijs firmaſſent bellũ cõtra caſtrũ manuani timerẽtq; p̄dicti fratres de Rubeis ut ex ſerie p̄dictę ꝓteſtationis ſimiliter apparet & ſuaſum eſſet p̄dicto D. Petro quòd ſi faceret uẽditionẽ & alienationẽ & ea de qbus loquũtur dicta iſtrumẽta quòd remoueretur bellicoſum certamẽ opugnãtiũ dicti caſtri, & quòd reliquũ patronimiũ quod dicti frates de Rubeis poſſidebãt illis ſine moleſtia dimitteretur quodq; ab opreſſionibus & uiolentijs prædicti de ter.

tertijs decętero ceſſarēt. Animaduertēs ad hoc & cōſiderās D. Petrus quòd tiranicę potentiæ & iniuſtis oppreſsionibus & uiolentijs ſibi & ſuis de factione ſua illatis, & ſimiliter inferendis ueriſimiliter reſiſtere non poterat, ſic quòd ueriſimiliter & probabiliter de extrema ſui D. Petri & prædicti D. Iacobi fratris conſumptione timebat, diſpoſuit prius facta ꝓteſtatione in forma facere prædictas alienationes quas uoluerunt fieri ne uiderētur factę metu prout erant in ueritate in caſtro ſancti Secundi quod erat & eſt dicti D. Petri de Rubeis. Itaq; factū eſt inſtrumentū publicè uenditionis, qua uenditione facta ſtatim per ipſum D. Ottonem fuit bellum a prędicto caſtro manuini reuocatum. Modò hæredes prædictorum Dominorum Iacobi & Ottonis de tertijs uti uelle uidentur prædicto inſtrumento, & à prædicto D. Petro auocare tam ius poſſeſsionis quàm proprietatis eorū omnium bonorum & rerum de quibus ipſum inſtrumentum ſonat, quæritur an poſſint & quod remedium habeant prædicti fratres de Rubeis.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, eiuſq; glorioſę matris uirginis Mariæ, totiuſq; curiæ celeſtis triunphantis. Amen.

In caſu præmiſſo uidetur primo dicendum hæredes dicti D. Iacobi de tertijs fouere iuſtitiam & poſſe agere contra dictos D Iacobum & Petrum de Rubeis ad res contentas in inſtrumento uenditionis factæ ꝑ dictum D. Petrum nomine ſuo & nomine D. Iacobi fratris ſui, & nunc poſſeſſas per prædictos ex eo quia per tale inſtrumentum & in eo contenta uidetur tranſlatum fuiſſe dominium & omne ius quod erat penes præfatos D. Ioannem & Petrum in dictum D. Iacobum, & conſequenter in eius hæredes attento præcipue quòd dicitur prædictum D. Iacobum approbaſſe & ratificaſſe omnia in dicto inſtrumento conten
1 ta attento etiam quòd dicto D. Iacobo licet † abſenti potuit quæri per Notarium tanquàm perſonam publicam per id quod legitur & not. per glo. in §. ſi quis alij inſti. de inuti. ſtip. & per Bar. in l. 2. ff. rem pu. ſal.
2 ſo. attento inſuper quòd † inſtrumento publico eſt ſtandum [a] alio nō
a apparente ut legitur & no. in l. cum præcibus C. de probat. & ſic per uēditionē & traditionē dictarū rerū fuit tranſlatū ius in dictum D. Iacobum per id quòd legitur & notatur in §. per traditio. & §. uenditę cū ſe. inſti. de re. diuiſ. nec uidetur poſſe dici inſtrumētum prædictum fuiſſe metu extortum quia factum fuit in loco in quo præfato D. Petro nulla potuit inferri uiolentia uel metus cum eſſet in caſtro forti & ꝓprio & ſuo dominio & iuriſdictioni ſubiecto in quo ueriſimiliter ius aut metus ei inferri nō potuit ſicut nec quando corā Prętore in loco iudicij factus fuiſſet iuxta id quod legitur & not. in l. ſi. ff. quod metus cauſa facit quod not. glo. in l. 2. ff. qui ſatiſda. cogan. Et pro hoc etiam facit quia in inſtrumento uenditionis dicitur quòd ſponte & ex certa ſcientia

3 ſcientia facta fuit dicta uenditio talibus autem † uerbis enuntiatiuè ꝓlatis in inſtrumento ad præiudicium proferentis credendum eſt, ut legitur & not. in l. optimam C. de cõtrahen. & comit. ſtip. Accedant etiã renunciationes factæ in dicto inſtrumento per dictum D. Petrum quæ
4 uidetur obſtare cum † renunciantibus iuribus ſuis non ſit dandus regreſſus ad illa, ut legitur & not. ff. de edil. edicto l. quęritur §. ſi uenditor & in l. pe. C. de pac. & in c. quàm ſit periculoſum vij. q. 1. & præcipuè uidetur hoc procedere quando interuenit iuramentum ut fuit in
5 caſu propoſito quia † iuramentum eſt ſeruandum quando poteſt ſer-
b uari ſine interitu ſalutis æternæ [b] prout poteſt ſeruari in caſu præmiſſo per id quòd legitur & not. in c. cũ contingat & c. ſi uerò extra de iureiurando & in c. 2. de pact. lib. 6. Nec uidetur dicto D. Petro ꝓteſtationẽ
6 per eum factam prodeſſe quia † in actu pẽdente a uolũtate duorum, ut eſt contractus emptionis & uenditionis non uidetur ſufficere proteſtatio quæ non tranſiuit in notitiam partis aduerſæ per id quod legitur & not. in l. ſi repetendi C. de cõdic. ob cauſam & not. Bar. in l. nõ ſolũ §. morte in materia proteſtationis circa ſpetiem proteſtationis declaratoriæ uoluntatis proteſtantis, ff. de oper. no. nunc. Item quia
7 † iuramentum uidetur habere uim clauſulæ, ut actus ualeat omni me-
c liori modo quo poteſt [c] ut legitur & not. in l. cum pater §. filius matrẽ ff. de leg. 2. & ſic uidetur quod ſaltem fuerit tranſlatum dominiũ in dictum D. Iacobum rerum de quibus ſit mentio in inſtrumento tanquã datarum per dictum D. Petrum ob cauſam ſuæ defenſionis, & ne lederetur ſeu opprimeretur & ne pateretur offenſam ab illis de tertijs cum eſſent ſui publici hoſtes & inimici. facit quòd le. & no. in l. hoſtes ff. de capt. in l. 1. § non fiat ff. de dolo. Item quia etiam ante obtentam abſolutionem a iuramento ſeruandum eſt iuramentum, ut legitur & not. in c. debitor de iureiurando. Item uidetur quod licet dicta uẽditio fuiſſet metu extorta ſaltem deberet prætiũ reſtitui per id quod legitur & not. in l. 3. C. quod metus cauſa. Ex prædictis concludendum uidetur quòd cum poſſeſsio & dominium fuerint tranſlata in dictum D. Iacobũ de Tertijs & poſtea fuerit ſpoliatus poſſeſsione dictarum rerũ per prętatum D. Petrum quòd hæredes dicti D. Iacobi poſsint per iudicium poſſeſſorium & petitorium recuperare dictas res a dictis D. Iac. & Pet. de Rubeis per ea quæ ſuperius ſunt dicta. In contrarium uidetur di-
8 cendum quia certum eſt quòd † ubi uenditio celebratur per metum qui caderet in conſtantem uirum & eius uigore ſimiliter fiat traditio ꝑ metum qui caderet incõſtantem, tunc talis uenditio dicitur facta, iu-
9 ſto metu, l. metum autem ff. quòd me. cauſa, & † licet de mero iure uenditio teneat & per talem traditionem tranſeat ius dirrectum in emptorem. tantum utile ius remanet penes uenditorem, ut legitur &

not.in l.3.C.quòd me.cauſa & l.metum §.uolẽti & §.licet autẽ ff.quòd
metus cauſa,& ideo cum uenditio facta per D. Iacobum & Petrum fa=
cta fuerit per metum qui cadebat incõſtantẽ uirum uidetur quòd ipſis
D. Iacobo & Petro de Rubeis competeret utilis actio in rem contra
dictos hæredes D.Iacobi de tertijs ſi dictas poſsiderent per iura præ=
allegata & ſic multomagis debent competere ius excipiendi & reti-
10 nendi ſi conueniantur a dictis hæredibus dicti D. Iacobi quia † cui da-
tur actio multo fortius datur exceptio ut legitur & notatur in l.inuitis
§.cui damus ff.de re.iuris & in l.1.§. quod ait ff.de ſuperfi. & ſic meritò
uidetur quòd dicti Domini de Rubeis ſi conueniantur poſsint ſe exce
ptione tueri, quòd autem dicta uenditio facta fuerit per metum qui ca
deret inconſtantem uirum poteſt patere attenta crudeli tirannide D.
Ottonis & eius potẽtia quam ille habebat & crudelitate maxima qua
uſus fuerat aduerſus illos qui fuerant de parte ſeu ſquadra illorum de
Rubeis, & ſic talis tiranni crudelitatẽ & potentiã meritò potuerunt
timere & formidare facit l.fulcinius §.quid ſit lattitare. Ibi qui tiranni
crudelitate &c. ff.ex qui.ca.in poſ.eatur, & maximè etiã attẽto quòd
propter eius potentiam ſpoliauerat dictos Dominos de Rubeis omni
bus caſtris ipſorum exceptis aliquibus & uerisimiliter dubitari po=
terat ne etiam illos ſpoliaret illis quæ remanſerant prout hæc omnia
11 ſunt notoria † & ſic alia non indigent ꝓbatione [d] per id quod legitur
d & not.in l.1.ff.de in inte.reſti.& in c.euidentia extra.de accuſ.& ij.q.1.
c.manifeſta & hoc etiam coadiuuare uidetur proteſtatio facta per di-
ctum D. Petrum ante prædictos contractus quæ uidetur fuiſſe facta ex
iuſta cauſa ut patet ex ſupradictis & etiam ex alio quia dictus D. Otto
erat Caſtramẽtatus tempore illo contra caſtrum Mamiani quod erat
dictorum Domin. de Rubeis, & poſtea facta dicta uenditione fuit re-
mota dicta caſtramentatio vnde ſatis præſumendũ uidetur ex his quæ
ſecuta ſunt quòd dicta uenditio fuit facta ut dicta caſtramẽtatio reuo-
caretur & ne deinceps opprimerentur dicti nobiles de Rubeis & eo-
rum amici a dicto D.Ottone,ar.eius quod legi. & not. in l. ſi uentri §.
fi.ff.de priuil.credi.& in c.offitij extra de ellec.& ſic ſatis uidetur facta
ex iuſta cauſa dicta proteſtatio. ideo uidetur quod habeat iuuare per
id quod le.et not.in c.ſi iuſtus met.extra de app. et in l. 2. C.de his qui
per me.iudic.non app. præterea ad probandum metum ſecundum for-
mam ſtatuti Ciuitatis Parmæ ſufficit ſacramentum aſſerentis ſe metũ
paſſum cum xij. teſtibus fidedignis de publica uoce et fama, ut patet
ex ſtatuto noſtro ſub rubrica de contractibus metu factis. Conſtat
autem quod hoc de facili fieri poterit,ideo ſatis poteſt dici de metu p̃-
dicto apparere per ea quę ſuperius ſunt dicta,et etiam ex eo quod di-
citur dictum D.Ottonem publicè fuiſſe minatum quod perſequeretur

12 omnes de Rubeis uſq; ad totalem conſumptionem eorum quæ † mi-
næ tanquàm factæ ab illo qui cõſueuerat ſuas minas executioni man
dare inferebant iuſtum metum [r] per id quòd legitur & not. in l. metum,
C. quòd met. cauſa & in l. 1. C. ſi quis Imper. maledixerit. Ex prædictis
uidetur cõcluden. quòd ſi hęredes dicti D. Iacobi de Tercijs moueant
queſtionẽ contra dictos de Rubeis quòd præfati hęredes poterũt re-
pelli de iure & abſolui debebunt dicti Domini de Rubeis per ea quæ
ſupra ſunt dicta. Nec obſt. in contrarium allegata, & primo non obſt.
13 dum dicitur ſtandum eſſe inſtrumento uenditionis quia † illud proce-
deret ſi ſponte & non per metum fuiſſet factum, ſecus quando fuit fa-
ctum per metum, ut fuit in caſu propoſito, ut legitur & not. in l. 1. & l.
metum §. uolenti & §. licet autem ff. quòd met. cauſa, & l. 3. C. quòd
me. cauſa. Nec obſtat etiam dum dicitur quòd poſtmodum ratificauit
dictum inſtrumentum quia dicitur quòd hoc nõ apparet & ſuppoſito
14 quòd appareret reſpondetur quod dicta † ratificatio facta fuiſſet duran
te eodem metu uidelicet, durante tyranide & crudelitate dicti D. Ot-
tonis, & ſic non debent nocere per id quod legitur. & not. per D. Bar.
in l. 2. C. quod metus cauſa in l. pe. de condi. ob. turpem cauſam facit
quod habetur in l. fulcinius §. 1. ff. ex qui. ca. in poſ. eatur & in c. 1. quod
met. cauſa. Item non obſt. quòd dicitur quòd dicta uenditio facta fue-
rit per dictum D. Petrum in caſtro ſancti Secundi eius proprio & forti
in quo ueriſimiliter non fuit paſſus metum uel uiolẽtiam per id quod
legitur & not. in l. 2. ff. qui ſatiſda. co. & in l. fi. ff. quod met. cauſa, quia
reſpondetur quod licet uerisimiliter pro tunc nõ potuerit inferri uio-
lentia uel metus in perſonam dicti D. Petri, tamen quia D. Otto erat
tunc caſtramentatus contra caſtrum Mamiani quod erat dicti D. Petri
& fratris uerisimiliter poterat timere ne illud ſibi auferret, & ſimi-
liter alia caſtra quæ remanſerant dicto D. Petro & fratri ſicut alia eo-
rum caſtra fuerant ablata per præfatum D. Ottonẽ per id quod legitur
& not. per glo. & Doc. in l. metum C. quod met. cauſa, & ſic uerisimili-
ter timebat & timere poterat ne perderet caſtra & bona quæ ſibi re-
15 manſerant. Conſtat autem quòd † iuſtus eſt metus amiſsionis omniũ
bonorũ uel maioris partis per id quod legitur & notatur in l. 2. quod
metus cauſa facit quod habetur in c. 1. de reſti. ſpo. lib. 6. & in l. propter
litem ff. de excuſ. tuto. Item non obſtat uerba enuntiatiua in inſtru-
mento prolata inquantum dictum fuit quod ſponte, & ex certa ſcien-
16 tia facta fuit dicta uenditio per dictum D. Petrum quia † dicta uerba
paſſus fuit poni dictus D. Petrus per metum de quo ſupra eſt dictum,
nam cum per metum inductus ad facienda omnia quæ in inſtrumen-
to continebantur facit quod not. per Bar. in ſimili, in l. emptor. ff. de a-
17 qua plu. ar. ubi dicit † ſi apparet cõtractum fuiſſe ſimulatũ præſumun-

f tur etiam omnia ſimulata in inſtrumento cõtenta.[f] Idem etiam not.
per eum in l.nemo poteſt ff. de leg.1. Et per prædicta etiã patet quod
non habent obſtare renunciationes factæ in dicto inſtrumento, quia
præſumuntur fuiſſe per metũ factæ ſicut & ipſum inſtrumẽtum per ea
quę not. in iuribus præall. Item non obſt. dum dicitur quod proteſta-
tio facta per D. Petrum non habet iuuare, quia fiebat ſuper actu pen-
dente a uoluntate duorum & non tranſiuit in notitiam aduerſarii q̃a
18 †illud ꝓcedit ubi non ſubeſſet iuſta cauſa quia illã nõ intimaſſet aduer
ſario ſed in caſu propoſito ſuberat iuſta cauſa illã non intimandi, quia
ſi fuiſſet intimata exaſperata fuiſſet crudelitas dicti D. Ottonis contra
illos de Rubeis facit quod legitur & not. in ſimili in c. ſi iuſtus metus
extra de app. & in l.2.C. de his qui per me.iudi. nõ app. ubi patet quod
excuſatur proteſtans licet proteſtatio nõ ueniat ad notitiam eius co-
ram quo fieri debebat actus ſi periculũ iminebat proteſtanti ubi per-
ueniſſet facit quod legitur & notatur per Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis
ipſi prætori ff. de op. noui. nunc. Item non obſtat etiam dum dicitur
quod iuramentum per metum extortum obſtat & obſeruari debet
quando ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ut not. in c. ſi uero
19 extra de iureiurando, quia poteſt reſponderi quod † illud uerum ante
g abſolutionem [g] ideo dicitur dari abſolutio ex quo ueriſimiliter fuit
extortum per illud quod ſuperius eſt dictum, ut patet ex his quæ ha-
bentur in dicto c. ſi uero de iureiurando & eo.ti.c. uerum. ideo poteſt
peti abſolutio per dictum D. Petrum cum dictum iuramentum cenſea
tur per metum extortum ſicut & alia in dicto inſtrumento contenta
per ea quæ ſuperius ſunt dicta & ſic debebit abſolutio concedi per id
quod habetur in d.c. ſi uero & quod notatur per Inno. in c. ad aures ex-
tra quod metus cauſa & ſufficiet conſtare ſumariæ de metu ꝑ id quod
h notauit Federicus de Senis in conſilio [h] nec obſtat ſi dicatur quod di-
cti Domini de Rubeis ante obtentam abſolutionem occuparunt dicta
20 bona de quibus fit mentio in inſtrumento, & ſic † uidentur incurriſſe
periurium et per conſequens non uidentur audiendi ſi petant abſo-
i lutionem [i] per id quod le. et no. in c. quia fruſtra extra de uſur. et quod
k not. Idem Federicus in præallegato conſilio quia reſponderi poteſt
quod ex quo dictus D. Petrus remanet obligatus ad obſeruandum iu-
ramentum metu extortum debet poſſe petere abſolui ſe licet incurrat
periurium ut not. Dominus meus D. Antonius de Butrio in c. debito-
res extra de iureiurando ne alias dicta obligatio ſibi noceat, et ſic non
procedat dictum Federici ſecũdum eum, uel poteſt dici quod dictum
Federici procedat quando licet non daretur abſolutio alio remedio
ſuccurreretur ut contingeret in eo, qui iuraſſet ſoluere uſuras ad certũ
terminum, nam ſi incurrat periurium nõ ſoluendo in termino licet nõ
poſsit

poſsit petere tunc abſolutionē ſuccurri poteſt alio remedio, uidelicet quia poterit ſoluere uſuras et repetere dicto c. debitores ſecus ubi nō ſucurreretur alio remedio ſi nō concederetur abſolutio, ut cōtingit in caſu propoſito cum iurauerit non uenire contra uenditionē, et contenta in illa ſeu in inſtrumento uenditionis & ſic licet reſtitueret dictas res nō ſuccurreretur ſibi niſi abſolutio fieret a iuramento ideo peti poſſe debet & cōcedi abſolutio a periurio & etiam a dicto iutamento ut ſic poſsit ſe defendere aduerſus obligationē per metum factam ex dicto iuramento per ea quę habentur in dicto. c. ſi uero. Item non obſtat dum dicitur quod iuramentum habet uim clauſulæ ut ualeat omni meliori modo quo ualere poteſt & ſic uidetur quod fuerit tranſlatū dominiū rerum contentarū in inſtrumēto in dictum D. Iacobum tanquam datarū ob cauſam ſuę defenſionis, & ne offenderetur ab illis de tertiis, qui uidebātur ipſum. D. Petrum offendere cum eſſet eo-
21 rum publicus hoſtis & inimicus, quia reſpondetur primo quod † iuramentum poteſt dici habere uim clauſulæ quando eſt ſponte prçſtitum ſecus quando per metum, ut fuit in caſu propoſito per id quod legitur & non in aurē ſacramenta iuſta ſi. C. ſi aduerſus uen. Item poteſt dici 2°. quòd dicti de Tercijs erant Tiranni, & ſic iniuſtè opprimebant illos de Rubeis facit quòd habetur in l. fulcinius. §. quid ſit latitare ff. ex qui. ca. in poſſ. ea. ideo illicitè receperunt ob cauſas prædictas, quia etiam aliàs de iure tenebātur non offendere eos cum nullam iuſtā cauſam offendēdi habuerint per id quòd le. & no. in l. pe. ff. de cō-di. ob tur. cauſ. Item dici poteſt quòd dictum iuramentum fuit præſtitum ſuper dicto contractu venditionis & contentis in eo. & ſic ad alia nō extēdebatur per id quod legitur & no. in l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pactis Item nō ob. dum dicitur quòd ſaltē prætiū debet reſtitui per D. de Rubeis heredibus dicti D. Iacobi quia reſpondetur quòd nullum prçcium apparet fuiſſe ſolutum ſeu numeratum ſed ſolum confeſsatum dicta autem confeſsio debet præſumi per metum extorta ſicut & alia in inſtrumento contēta, per id quod ſuperius dictum eſt & quòd not. in dicta l. empror & in d. l. nemo poſt & ideo nō habet pindicare. Facit quòd legitur & not. in l. 1. C. de confeſſ. & in c. ſi. ex. de confeſſ. Præterea ſtatutū Ciuitatis Parmę expreſſè dicit quòd cōtractus factus metu nulla ſoluta pecunia ſint caſsi & nulli & nullius ualoris & momenti, ut patet ex ſtatuto poſito ſub rubrica de cōtractibus metu factis pro irritis habendis, ideo ex tali contractu vendicionis cum fuerit initus per metum nulla ſoluta pecunia non poſſunt hęredes dicti domini Iacobi ſe fundare. Ex prædictis uidetur concludendum quòd hæredes dicti D. Iacobi ſi velint agere iudicio petitorio nō poterunt obtinere ſaltē ſi dictus d. Petrus impetret abſolutionē a iuramēto prę


ſtito

ſtito in dicto contractu per ea quæ ſupra dicta ſunt. Si autem dicti hæredes D. Iacobi uelint agere iudicio poſſeſſorio recuperande aſſerendo D. Iacobum ſpoliatum fuiſſe poſſeſsione dictarū rerum an tunc debeāt obtinere eſt magis dubiū nam uidetur quòd ſic, quia † ſpoliatus
22 beāt obtinere eſt magis dubiū nam uidetur quòd ſic, quia † ſpoliatus
k ante omnia eſt reſtituēdus [k] nec admittitur aliqua exceptio Dominij
l vel proprietatis [l] ut no. in l. ſi quis ad ſe fundum ad l. Iul. de ui. & in c. in litteris & c. Item cum quis de reſti. ſpo. ideo cum dictus D. Iacobus fuerit ſpoliatus per dictū D. Petrum poſſeſsione dictarum rerū quam habebat uidetur quòd ſibi competeret interdictū recuperandę poſſeſſionis & ſimiliter competebat eius hæredibus qui in illius ius ſucceſſerunt. ff. de reg. iur. l. hæredes & de re. iur. ſi quis in ius lib. vj. Hic aduertendum eſt quia dictus D. Petrus fuit uiolēter ſpoliatus poſſeſsione dictarum rerum quam ante dictū cōtractum venditionis habebat dictus D. Iacobus unde per cōtractum uenditionis non aquiſiuit poſſeſsionem dictarū rerum, ſed poteſt dici occaſione dicti cōtractus mutaſſe ſibi cauſam poſſeſsionis per id quòd legitur & not. in l. cum nemo C. de acqui. poſſ. & ſic videtur quòd cenſeatur habuiſſe poſſeſsionem uigore dicti contractus, facit l. ſi mulier [m] §. qui poſſeſsionem. ff. quòd metus cauſa, ſicut ergo ſi habuiſſet poſſeſsionem uirtute dicti contractus non poſſet ſe ex illa fundare attento ſtatuto Ciuitatis Parmæ quo cauetur ꝙ contractus uenditionis factus metu non interueniente pecunia ſit caſſus & uanus & nullius ualoris uel momēti. & ꝙ occaſione talis cōtractus nullus poſsit grauari inquietari & moleſtari, Ita uidetur ꝙ etiā in caſu ꝓpoſito nullatenus poſsit dictus D. Petrus moleſtari uel inquietari occaſiōe poſſeſsionū dictarū habitarū per dictum D. Iacobū ex quo dictam poſſeſsionem cenſebatur habere uigore dicti contractus per metū initi. aut igitur dicti hæredes uolunt dicere dictum D. Iacobum fuiſſe ſpoliatum poſſeſsione quam habuit ante contractū uenditionis & hoc dicere non poſſunt, quia cauſa talis poſſeſsionis mutata fuit ſuperueniēte dicto cōtractu uēditionis per id quòd legitur & not. in dicta l. cū nemo. aut uolunt dicere D. Iacobum ſpoliatum poſſeſsione quam habuit uigore dicti cōtractus & hoc non uidentur poſſe dicere uigore ſtatuti ſupraſcripti. nec ob. ſi dicatur ꝙ occaſione talis cōtractus nō moleſtabitur D. Petrus ſed occaſione poſ-
23 ſeſsionis habitę ex tali contractu † quę aquiritur etiam ex cōtractu in-
n ualido [n] l. 1. §. ſi uir. ff. de acqui. poſ. facit ꝙ legitur & no. in l. elleganter in prin. ff. de dolo quia reſpōderi poteſt ꝙ ſatis diceretur occaſione dicti cōtractus moleſtari ex quo occaſione poſſeſsionis habitę oc-
24 caſione dicti contractus moleſtaretur, nam † uerbum occaſio importat etiam cauſam remotam facit ꝙ legitur & no. in c. ſolitę circa prin. de ma. & obedi. Ex prędictis cōcluditur ꝙ hæredes dicti domini Iacobi

bi ſi moueant litē in petitorio ſiue poſſeſſorio occaſione dictarū rerū cōtētarū in inſtrumēto uēdicionis ſuccūbere debebūt ſaltem obtēta abſolutione a iuramēto per præfatum D. Petrū per ea quæ ſupra ſunt dicta. *Et ita utſupra cōſuluit famoſiſs. doctor* D. Io. *de Imola cuius conſilio ſe ſubſcripſit* D. Io. And. *de Calderinis & Marchus de* Garſiis *doctor ſubtilis.*

## ADNOT.

a *Standum* Alciat. *tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. nu. 78. ubi habes apoſtill. plur. concord. adducentem latiſsimè* Tiraq. *de retract. conſang.* §. 2. *glo.* 1. *num.* 20. 21. *Crau. conſ.* 10. *nu.* 7. *Soc.* Iun. *conſ.* 178. *nu* 2. *conſ. pen. nu.* 14. *lib.* 2. *conſ.* 127. *nu.* 7. *lib.* 3. *Grāmat. Deciſ* 45. *nu.* 9. Rol. *a* Vall. *cōſ.* 76. *nu.* 8. *cōſ.* 79. *nu.* 47 *conſ.* 85. *nu.* 38. *lib* 1. *conſ.* 4. *nu.* 23. *conſ.* 58. *nu.* 6. *conſ.* 96. *nu.* 7. *lib.* 2. D. Ceph. *conſ.* 4. *nu.* 20. *cum ſeq. conſ.* 109. *nu.* 6. *cum ſeq. lib.* 1. *& iſti alios adducunt.*

b AEternæ. *Iſtam reg. non eſſe ſic ſimpliciter intelligendam tradit* Bero. *in c.* 2. *nu.* 47. *uerſ. præterea de reſt. ſpol. Alc. d. c. cum cōtingat nu.* 37. *de iureiur* Didac. Conar. *in c. Quamuis parte* 1. §. 6. *nu.* 6. *uerſ. ſexto adhuc & nu.* 7. *de pact. in* 6. *& poſt eos Mænochius tract. recup. poſſeſſ. remed.* 1. *nu.* 259. 260.

c Poteſt. Iaſ. *l. ſi quis maior ſub nu.* 22. *ubi* Cagnol. *nu.* 144. C. *de tranſac.* Rip. *l.* 1. §. *ſi quis ita nu.* 27. *de uerb. ob.* D. Ceph. *conſ.* 41. *nu.* 17. *Quinimo cenſetur hæc clauſula maioris potentiæ ut per eum Ibi nu.* 18. *& de hoc aliqua per* Didac. Conar. *c. quamuis parte* 2. §. 6. *nu.* 2. *de pact. in* 6.

d Probatione. *Intellige & dic ut per* Franciſc. Herculan. *tract. quis teneatur probare negatiuam nu.* 60. *cum ſeq.*

e *Metum. An liceat iſtum minantem occidere* Carer. *in pract. crimin pag.* 59. *uerſ. ſeu.* §. *Duodecimum inditium ſecundum* Lugdunen. *impræſsionem anni* 1562. Iacob. Nouell. *in pract. &* Theor. *cauſar. crim. in prin. nu.* 35. *pag.* 494. *& in* Tract. *ad* Defenſ. *tit. an iudicia pro reo danda ſint num.* 50. *pag.* 645. *ſecundum* Lugdun. *impreſsionem anni* 1556. Ang. *conſ.* 215. Anchar. *conſ.* 299. Petr. *à* Duenn. *qui alios adducit reg.* 192. *ampl.* 4. *lib.* 1.

f Contenta. *Quod intelligit* Bart. *d. l. nemo poteſt num.* 11. *cum in continenti & in eodem inſtanti ſit & ibidem affirmauit* Rip. *num.* 72. *ex l.* 2. C. *quod met. cauſ.* Dec. *conſ.* 587. *nu.* 2. Tyraq. *de retract. cōuentio in fin. nu.* 112. *& in tract. de iur. conſtit. in* $3^{a}$ *parte declaratione* 7. *nu.* 33. Ruy. *cōſ.* 66. *nu.* 1. *lib.* 4. Fariſ. *cōſ.* 54. *nu.* 62. 66. *& conſ.* 55. *nu.* 30. 44. *lib.* 1. *huic ſimile eſt quod ſcripſit* Bart. *l. ult.* §. *idem quæſijt num.* 1. 2. *ff. de cond. indeb. quod eodem errore ductus quis præſumitur ad renuntiandum* Codictioni *indebiti quo indebitum ſoluit* Bart. *ſequitur* Dec. *conſ.* 475. *num.* 29. Ruy. *conſ.* 106. *num.* 10. *conſ.* 134. *num.* 7. *lib.* 1. Marſ. *ſing.* 18. Socin Iun. *conſ.* 116. *num.* 20. *lib.* 2.

g Abſolutionem. Et *bene* Nam *iuramentum licet metu extortum ſeruandum adhuc eſt niſi abſolutione remittatur ut poſt* Caietanū *quem citat, ſcribit* Didac. Cou. *in c. quamuis pactū parte* $p^{a}$ §. 5. *nū.* 3. *de pact. in* $6^{o}$. *& lib.* 1. *uaria. reſolut. cap.* 4. *num.* 7. *& in* Epitome *de ſponſa. parte.* $3^{a}$. §. 5. *num.* 2. *teſtatur tamen* Didac. *in*

*praxi aliter ſeruari, iudicatur.n. huius iuramenti uinculum nullius roboris & ſi abſolutio non concedatur.*

h *Conſilio.* *Iſtud conſilium eſt in ordine* 300.

i *Abſolutionem.* Alex.*conſ.*212.*num.*9.*lib.*2.*conſ* 17.*num.*4.*lib.*3. Brun. *conſ.* 45. *num.*3.*cum alijs citatis per* Cagnol.*l.ſi quis maior num.*153. C. *de tranſact.*

k *Conſilio.* 300.

l R*eſtituendus.* *Hanc regulam habes uberrimè tractatum per* D. Menoch. *tract. recup.poſſeſſ.remed.*p°. *num.*12. *uſq; ad fin. illius remed. quo loci omnes in hanc reg.quæſtiones adamusſim habes examinatas.*

m Proprietatis. *De hac q.habes per* D.Menoch.*tract.recup.poſſeſſ.remed.*15.*q.*37. *num.*471.*cum ſeq.*

n *Mulier.* Ni *fallor auctor hic uoluit allegare l.quædam mulier ubi etiam gl. not. ff. de rei uend.cum tex. hic allegatus nihil ad rem faciat.*

o *Inualido.* Declara *ut per Albam poſt* Bart. & Alex. *quos citat in conſ.* 97. *num.* 47.48. Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur iuſtus metus relinquitur Iudicis arbitrio.*
2 *In dependentibus à uoluntate duorum an ſufficiat clam fieri proteſtationem, & quomodo hoc procedat.*
3 *Timor cenſetur durare durante eadem cauſa timoris.*
4 *Metus de plurima parte bonorum æquiparatur metui perſonali.*
5 *Verba enuntiatiua ſponte &c. in contractu meticuloſo appoſita an præiudicent enuntianti.*
6 *Inualidato principali inualidatur & acceſſorium.*
7 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus, & ſecundum principalem obligationem cui accedit.*
8 *Iuramentum de ſui natura non eſt aptum obligationem inducere niſi in operis.*
9 *Iuramentum non eſſe debet iniquitatis uinculum.*
10 *Iuramentum habet tres comites, ueritatem, iuditium, & iuſtitiam.*
11 *§. filius matrem, l. cum pater de leg.* 2. *intell.*
12 R*atificatio ſequens, an confirmet contractum meticuloſum.*
13 *Actus geſtus à metum paſſo nunquàm recipit interpretationem approbationis uel ratificationis ſi alia coniectura ſumi poteſt.*
14 *Stante ſtatuto quod contra inſtrumentum nō poſſit opponi aliqua exceptio doli uel metus quin debitor capiatur & ſoluat, ſoluens poteſt ſolutum repetere, quia nō uidetur primā promiſſionē approbare ſed uidetur ſoluere ne capiatur.*
15 *Paria ſunt quem compulſum aliquid facere, uel facere ne compellatur.*
16 *Solus timor uexationis etiam in ſoluente ſcienter inducit repetitionem indebiti.*
17 *Verba iſta dedit, uendidit, & tradidit important dominij tranſlationem.*
18 *Per* Conſtitutū *uel precarium poſſeſſio non transfertur in contractu ſimulato.*

19 *Spoliatus non eſt reſtituendus quando notoriè conſtat de eius iniuſtitia uel probationes habentur in promptu.*

20 *Iniuſta poſſeſsio an poſsit ex tituli ſuperuenientia iuſtificari.*

21 *In innouationibus ſi ſuperioris copia haberi non poteſt licet parti offenſæ ſibi ius dicere propria auctoritate.*

22 *Vbi contractus reſcinditur propter metum an prætium reſtituatur.*

23 *Diſpoſitio l. uel hominis loquens de ſolutione uel numeratione debet intelligi de uera non de ficta uel confeſſata.*

24 *Quando contractus eſt ſuſpectus uel exoſus legi non ſufficit confeſsio de recepto niſi uera prætij numeratio demonſtretur.*

25 *Clauſulæ inſolitæ & particulares renuntiationes arguunt contractum ſuſpectum & fraudulosum.*

## CONSILIVM XXVII.

CASVS ſuper quo petitur conſuli ſupra fuit propoſitus & uidetur primo quod pro uirtute dicti inſtrumenti uenditionis in loco nó ſuſpecto, ſed libero uendentium celebrato iudicãdum ſit,& ſic ex illo hęredes dicti d. Iacobi poſſe iuuari in cõſecutione eius ad quod tendunt,ut in quęſito proponiturhabuit enim omnia ſubſtãtialia ad contractum emptionis & venditionis ſcilicet res certa & prætiũ certum,& ſic ex eo poteſt allegari ipſi D. Iacobo & eius hæredibus dominium dictarum rerum fuiſſe quæſitum , Inſti. de rerum diuiſ. §. uenditæ ff. de contrahen. emp. l. clauibus & l. exépto in prin. ff. de act. empti & etiam poſſeſsionem propter conſtitutũ in ipſo inſtrumento appoſitum l. quod meo in prin. ff. de acquir. poſ. etiam ſi non appareret aliter eam per ipſum D. Iacobum uel alium eius nomine appręhenſam fuiſſe & pro inſtrumento quando habet ſua ſolemnia eſt in dubio pręſumendum,& ei ſtandum C. de probat. l. cum pręcibus,uel ſi apparet aliquo tempore uerè appræhenſam uel quod tempore uenditionis ſibi factę poſsideret quo caſu uidetur per ſequentem actum emptionis confirmare, Inſti. de re. diuiſ. §. per traditio. & ſic tam reſpectu petitorij quàm poſſeſſorij ſe fouere iuſtitiã contra dictum D. Petrum quod & quibuſdam alijs collorari poteſt, ut infra latius declarabitur in reſponſionibus ad obiecta. Sed certè econtra pro defenſione partis conuentæ ſcilicet, ipſius D. Petri eſt conſiderandum quod ut ex narratione percipi poteſt plura colliguntur quę euidenter arguunt nullitatem uel irritationem ſaltem dictæ uenditionis primo ſcilicet, iuſtus metus qui fuit cauſa impulſiua ad dictã uenditionẽ & talis qui caderet in quemcũq; conſtantẽ

uirum qui ſufficit ad irritationē actus geſti, l. metum ff. quod metus cauſa l. fi. ff. eo. ti. C. de contrahen. & commit. ſtip. l. dolo quod autem talis fuerit ex multis colligitur, Primo quia ſepius & publicè minatus fuit quód proſequeretur illos de Rubeis uſq; ad totalem cōſumptionem eorum ex quibus minis cauſatur iuſtus metus ex quo fiebant ab eo qui poterat & conſueuerat ſuas minas executioni mandare per not. in l. metum C. quod metus cauſa in l. 1. C. ſi quis imper. maledix. & capitalis inimicitia notoria quę ſufficit l. ſi donationis C. quod me. ca. & iam hęc ad actū deduxerat dum illos de Rubeis fortalicijs multis ſpoliauerat & aliqua demoliri fecerat aliqua alia detinebat, & ſic eius durāte potētia iuſtè dubitari poterat ne priuaretur & alijs quæ remanſerant contra omnes de Squadra ipſorum de Rubeis tanta crudelitate uſus erat ut notorium erat & utebatur quotidie, Imo quod fortius eſt tempore dictę uenditionis obſidebat caſtrum Mamiani quod erat ipſorum Dominorum de Rubeis de cuius occupatione iuſtè ſuſpicari potuerunt ipſi de Rubeis attenta potentia opprimentis & debilitate oppreſsi quę ad iuſtificationem iuſti uel iniuſti metus ponderanda ſunt, ff. qui ex ca. ma. l. ſuccurritur
1 ibi potentiore ui oppreſſus per hoc quia re uera † quis dicatur iuſtus
a metus relinquitur Iudicis arbitrio[a] ut bono uiro iuxta qualitatē perſonarum not. Inno. & Ber. extra quod metus cauſa c. cum dilectus, Sed quis bonus uir nō arbitraretur ex narratione in facto quę notoria ſunt hic fuiſſe iuſtum metum in perſona uendentis? certè nullus. Secundo principaliter ad irritationem dictæ uenditionis adducitur ꝓteſtatio facta per dictum D. Petrū per quam declaratur animus & intentio ipſius proteſtantis ff. de relig. l. at ſi quis §. pleriq; & l. ſi fideiuſſor in prin. ff. qui ſatiſd. cog. & circonſcribit ipſius uendentis conſenſum & ſic unū de ſubſtātialibus ad ipſum cōtractum uenditionis inreuocabiliter perficiendæ ff. de contrahen. emp. l. 1. in fi. & eſt conſiderandum quod illa proteſtatio habuit uerba derrogatoria ad actū ſequentem etiam ex interuallo quia dixit ullo futuro tempore unde etiam ſi appareret uenditionem ex interuallo ſecutam non poſſet dici ab ea diſceſum ſecundum Butrig. in l. pacta nouiſsima C. de pac. quia in ea eſt habitus reſpectus ad actum futurum etiam ex interuallo fiendum & ita declaratur l. cum in plures §. locator orrei. ff. loca. de quo per Bart. in materia proteſtationis in l. non ſolum §. fi. ff. de operis nou. nunc. & per Cano. extra de conſti. c. cum M. & ſic patet dictam uenditionem non ualuiſſe ſaltem quo ad effectum retractationis illius, ergo inualiditas poteſt opponi per ipſos D. de Rubeis ſi ſunt poſſeſſores & conueniantur quia ſi non poſsiderent poſſent intentare utilem actionē in rem propter ius utile quod penes

ipſos uenditores iuſto metu compulſos remanſit, & ſi dicatur dirrectum in emptorem tranſlatum propter uoluntatem quę infuit licet coactam C.quod metus cauſa l.3.ita probatur in l.metum §. uolenti. & §.licet tamen ff.quod metus cauſa, Si ergo tuerentur in iure impugnationis alterius qui poſsideret fortius de iure debent audiri in iure defenſionis quæ multo fauorabilior eſt & maximè quia iuſta contra oppugnantem iniuſtè ff.de re. iuris l.inuitis §. cui damus, l.1. §. quod autem de ſuperfi. Nec obſtat ſi dicatur quod imo talis proteſtatio clam nil releuauit,quia licet in dependentibus a ſola uoluntate proteſtantis ſufficiat proteſtatio clam, l. qui in alitna §. celſus ff.de aqui. hæredi. ſecus tamen in dependentibus a uoluntate duorũ ut in contractibus quorum effectus pendet a uoluntate utriuſq; contrahentium nam tunc talis proteſtatio nihil operatur, l. ſi repetēdi
2 C.de condi. ob. cauſam quia poteſt reſponderi quòd † illud uerum niſi propter iuſtum metum non poſſet proteſtari præſenti, ut extra de app.c.ſi iuſtus metus quòd metus cauſa, c.1.ff.de oper.no.nunc.l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori,& ita debet intelligi & ſaluari dictum dy.qui rectè in noſtro caſu conſuluit quòd ubi quis uendit timore uicini potentis quòd clam coram amicis proteſtetur ſe non conſentiente uenditioni fiendæ, & quicquid faciet faciet propter metum,nam tunc talis uenditio poterit impugnari quando ſcilicet ſecuta fuit du-
3 rante eadem cauſa timoris † quæ intelligitur durare quàmdiu durat eadem poteſtas ſecundum Inno.quòd metus cauſa, c.prolatum & de offi.dell.c.matrimonium facit quod not. in l.2. C. quòd metus cauſa & ita uoluit Bal. in dicta l.ſi repetēdi & hoc dicendum eſt eſſe uerũ omnino ne alia remedia a iure prodita oppreſsis de quibus ſupra per conſeruationem iuris eorum reddantur inania & fruſtatoriè prouidiſſe quod nullatenus eſt dicendum ar.ff. ne quid in loco publico l. fi.& de iudi.ſi pretor in prin.ſed in caſu propoſito a l. municipali apertè declaratur ueram reſultare probationem iuſti metus per ſacramentum ipſius oppreſsi uel hæredis eius cum publica voce & fama, quæ probatio attentis prædictis non ſolum iuuatur iure ſed habetur pro plena probatione. Probatio autem in facto debet eſſe facilima, cum hæc quæ allegantur ita attenta ſint quòd uerè dici poteſt quòd non poſſunt non eſſe notoria, ut in ſimili dicit tex. extra de tranſ. prala.c.penult.& in c.illud de cler.excom.dep.uel interd.miniſt. ex tali ergo contractu non oritur ius agendi ſaltem in effectu probato metu, imo ſtatutum expreſſe dicit quòd occaſione talium cõtractuũ nullus poſsit grauari,inquietari uel moleſtari, & ſic uidetur reſiſtere tali contractui ut ex eo nulla dicatur oblatio orta,ita not. in l. ſi non ſortem ff.de condi.inde.in prin.& ex hoc patet quòd non obſt. quòd

debeat ſtari inſtrumentis &c. quia uerum eſt niſi appareat de cauſa contrarium ſuadente, ut eſt hic metus nam uerba contractus debēt deſeruire intentioni ſiue intellectui extra de uerbo ſign. c. intelligentia quæ fuit hic per proteſtationem declarata de qua ſupra. Et ſi diceretur quòd iſta allegatio metus non uideretur iuſta ex multis primo ex qualitate loci ubi contractus uenditionis fuit celebratus ut in caſtro Sancti Secūdi, quod erat ipſius uendentis, & tunc per eum tentum & poſſeſſum, & de ſe forte & tutum unde nō eſt uerisimile quòd metum uel uiolentiam ibi pati potuerit l. fi. in prin. ff. quod met. cau. Secundo ex uerbis enūciatiuis in ipſo inſtrumēto appoſitis dum dicitur ſponte & ex certa ſcientia &c. quæ præiudicāt inter partes præſentes & non contradicentes l. optimam C. de contrahen. & comit. ſtip. poteſt reſponderi ad primum quòd & ſi tunc eſſet uerum non potuiſſe inferri metum reſpectu perſonæ nō tamen ceſſabat timor amiſsionis aliarum rerum & caſtrorum & locorum quæ actualiter ipſe D. Otto tunc obſidebat & eorum deſtructioni & occupationi iminebat extra quòd metus cauſa c. 2. & de reſti. ſpo. c. 1. lib. vj. quia
4 † metus de plurima parte bonorū equiperatur metui perſonali inſti. de excu. tu. §. item propter litem & etiam cauſæ ſtatus quæ eſt de maioribus l. athelete §. amplius ff. eo. ti. nec poteſt dici quòd uenditor potius debuit fugere quàm uenditioni conſentire, quia ex hoc non curauit bona ſua dimittere et perdere ut in dictis iuribus probatur, poteſt etiam aliter reſponderi, ut ex ſequentibus colligetur. Similiter poteſt reſponderi ad arg. de verbis enunciatiuis quòd ta-
5 lis allegatio non habet obſtare, quia † qua ratione inualidari poteſt ipſe cōtractus in ſui diſpoſitione principali eadem & omnia alia adiacentia ipſi contractui inſerta, quia regulantur ab eadem imminentis tunc iuſti timoris cauſa l. doli ver. diuerſum & quod ibi not. ff. de nouat. C. ad uell. l. ſi mulier facit quod not. in l. interdum & in l. ſi
6 Iudex circonuento ff. de minor. † Item quia inualidato principali inualidantur & conſequentia uel adiacentia l. 3. §. fi. ff. de ſer. ru. præd. & ideo illa cauſa quæ inficit principalem contractum inficit iſta facit quòd not. in glo. in l. 3. C. plus ualere quòd agit & quòd not. Bar. in l. emptor de aqua plu. ar. & iſta reſponſio eſt notabilis ad alia in ipſo contractu inſerta de quibus infra ſubdam per iſta etiam patet reſponſio ad promiſsionem de rato quam dictus uenditor fecit in principio inſtrumenti dictæ venditionis & ad promiſsionem & etiam de defendēdo ab omni perſona communi collegio & uniuerſitate &c. de qua infra ſubijcitur & ad omnes alias clauſulas ſpetiales & generales cum renunciationibus etiam ſpetialibus de quibus in illo inſtrumento latè. Similiter & ſi dicatur dictam uenditionem impu-

gnari non poſſe alio reſpectu, ſcilicet propter iuramentum interpoſitum quod aliàs non eſt iuſtum impleri debet de iureiurando c. debitores unde etiam ſi de metu conſtaret obligat tamen iurantem ex quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ extra de iureiurando ſi uerò & c. cum contingat. Item quia ſui natura habet uim clauſulę quòd ualeat eo modo quo melius ualere poteſt de leg. 2. l. cũ pater
7 §. filius. In hoc eſt aduertendum quòd † iuramentum inſertum contractui accedit obligationi principali & regulatur omnino ſecundũ
b illam[b] C. de non num. pec. l. ſi. unde exceptio quæ principali obligationi poterat opponi non tollitur per iuramentum ut ibi eſt caſus &
8 eo reſciſo intelligitur iuramentum eſſe reſciſum quod † de ſui natura non eſt aptum obligationum inducere niſi in operis l. ut iuriſiu-
9 randi ff. de oper. lib. Item † iuramentum non fuit inuentum ut eſſet iniquitatis uinculum xxij. q. 4. inter cetera & de iureiurãdo c. 1. lib. vj.
10 & ibi plures cõcordant. Itẽ † debet habere ueritatẽ iuditiũ & iuſtitiã
c [c] xxij. q. ij. animaduertendum & not. in aut. quòd eis C. de nupt. Iſta autem in iſto contractu per metum extorto non poſſunt interuenire & iniquitas eſſet quod impediretur retractatio talis contractus, unde & ſi dicamus tale iuramentum ligare atenta facti qualitate cõcedenda eſt abſolutio, & ita uult Io. An. poſt uincen. in ſimili in d. c. cũ contingat ſuper prima glo. ad finem & Inno. in c. ad aures quòd metus cauſa & de iureiurãdo c. uerũ ubi de hoc eſt tex. in quo & ſi plura dici poſſent tamen non eſt ſuperuacuo inſiſtendum in caſu propoſito cum ut mihi nouiter me ſcribente notificatum fuit abſolutio fuerit obtenta a ſummo Pontifice per ipſum D. Petrum, & ſic non eſt ſtan-
11 dum in diſputatione, glo. 15. q. 6. auctoritatem. non obſt. † §. filius matrem, quia loquitur quando actus non potuit ualere in propria ſpetie ex defectu ſolemnitatis, ſed quando nõ poteſt ualere ex defectu ſubſtantialitatis uel ꝓhibitionis nihil dicitur ibi unde uidetur eſſe ſtandum regulę quod actus agentium non operatur ultra eorum intentionem l. non omnis in prin. ff. ſi cer. pe. ita Bal. declarat tex. illũ in l. ſi quis maior C. de tranſ. Præterea loquitur quando iuramentum eſt interpoſitum in actu ſpontaneo, quia quando in contractu inito per metum non releuat in autentica ſacramenta puberũ C. ſi aduer. uen. ſecundum unam expoſitionẽ. Et ſi dicatur imo alio reſpectu hoc iuramentum poteſt operari, ſcilicet ut uerificetur reſpectu cauſæ quę uelatè inerat ſcilicet ut non offenderetur ab illis de Tercijs quo caſu uidetur licita ut nec datũ ob talem cauſam repeti poſsit ff. quod metus cauſa l. metus §. ſed licet. Iſta autem cauſa ſuberat hic imo & ex illa ad contractum potiſsimè inductus fuit D. Petrus ſcilicet ut ab eius offenſione deſiſteret quod ex poſtea ſecutis colligi poteſt, quia

quia dato inſtrumēto ſtatim ſunt amota caſtramenta de dicto Caſtro Mamiani ut apparet ex narratis in punto, poteſt reſponderi quod illud procedit quo ad tertium aſſumentem defenſionem non quo ad ipſum uim inferentem ut patet in d. §. ſed licet ibi niſi ipſe hanc uim tibi ſubmiſi ſicut erat hic D. Otto qui cum non haberet iuſtam cauſam offenſionis pro defenſione uel omittēda offenſione turpiter accipiebat, l. pe. & fi. ff. de condi. ob tur. cauſam, & quia de tali cauſa non fuit in contractu uenditionis aliquid expreſſum iuramentum & ſimiles clauſulę contractus nō poſſunt ultra extendi ar. ff. de pact. l. ſi unus §. ante omnia, licet enim talis cauſa potuiſſet in contractu exprimi l. fundi partem ff. de contrahen. emp. & l. cum te. C. de pact. inter empt. & uen. quo caſu poſſet dubitari quid iuris eius implemento ſecuto uel non quando tamen non fuit exprę̄ſſa non debet ſubintelligi ſaltem ut dici poſſet ſimulationē primi cōtractus deductam in aliā ſpeciem contractus ut ſic non poſsit propriè dici ſimulacio ſecundū l. ſi ex præcio C. ſi cer. pet. quia actus agentium &c. d. l. non omnis in
10 principio. Similiter † ſi dicatur dictam venditionem ratificatam per dictum D. Iacobum fratrem dicti D. Petri per ſubſcriptionem & appoſitionem ſigilli &c. ut aliqui aſſerunt poteſt reſponderi quod de hoc non apparet. præterea ſi appareret quo ad eum adhuc ſuberat iuſta cauſa metus perſonalis deuaſtationis & proſequutionis bonorum &c. & aliorum de quibus ſupra quia tanto uehementius inualuiſſet in pectore illius D. Ottonis qui iſtos de Rubeis crudeli & tirannico more in præteritum perſecutus fuerat & actualiter perſequebatur, unde vt verbis Io. An. vtar in ſimili dici poteſt quod faber adhuc ſuper inquide malebat, durante ergo tali poteſtate non deficiebat iuſta cauſa timoris quæ omnem contractum ſaltem quo ad effectum habet inficere vt ſupra tactum eſt illius enim metus inſtantis timore creditur ratificatio ſecuta ff. qui ex cauſa in poſſ. eatur l. fulcinius §. 1. & l. nam & ſeruius in prin. ff. de nego. ge. & ideo non debet poſſe allegari ſaltem quo ad effectum ad præiuditium ipſius D. Iacobi pro hoc benefacit quòd not. Bar. ff. de condi. ob. tur. cauſam l. pe. & Io. An. in illa q. de ſoluente vſuras qui eas poſtea remittit an poſsit amplius eas repetere ubi dicit quòd ſi eſt facta remiſsio potenti per impotentem nunquā præſumitur libera remiſsio, quam quæſtionem tangit in regula peccatum & eam declarat in ſpe. de uſuris §. 1. in addit. ꝑ
11 hoc etiam facit qnòd † ubicunq; per actū qui poſtea geritur per metum paſſum poteſt ſumi alia coniectura mentis eius quàm approbationis uel ratificationis illa nunquam præſumitur extra de iureiurando ad aures & c. debitores ex quo infert Bar. in d. l. 2. C. quòd metus
12 cauſa quòd † ſi contra inſtrumenta guarentigiata non poteſt opponi
ex-

exceptio doli uel metus qn aliquis capiatur & fiat ſolutio & obligatus ex tali inſtrumento ſoluit quòd poſsit repetere quia ſicut ſoluēs propter iuramentum ne ſit periurus repetit d.c. debitores ſic & qui ſoluit ne propter inſtrumentum caperetur pro quo ultra eum poteſt
13 adduci quia † paria ſunt quem cōpulſum aliquid facere uel facere ne
14 compellatur l.nouiſsimè ff.quod fal. tu. audo. Item quia † ad inducendum repetitionē indebiti ſoluti etiam pro ſciēter ſoluente ſufficit ſolus timor uexationis ff. de condic.inde l.ſi non ſortem §.ſi quis ergo &c. Non obſtat etiam ſi diceretur ex tali contractu venditionis licet dicatur initus per metum & ſic poſsit retractari tamen fuit tranſlatum dominium quia coacta uoluntas uoluntas eſt l.2.C.quòd me.cauſa, & d.l. ſi mulier §.ſi metu & ſic non fuit peccatum in cauſa intrinſeca quæ ſufficit ad translationem dominij ſecundum no. in l. elleganter in prin.ff. de dolo & expreſſe cōtinet translationē & ceſſionem omnium iurium & actionum cuiuſcunq; qualitatis quæ ipſi fratres de Rubeis habebant & habere poterant quocunq; modo in
15 dictis rebus uenditis &c. † iſta enim cum pręcedentibus uerbis dedit uendidit & tradidit ſunt apta importare dominij translationē quando uenditio fiebat a Domino aliàs vſucapiendi conditionem ff. de aqui poſ.l.prædia & ibi not.C.eo.ti.l.1.de contrahen.emp.l clauibus ſimiliter translata fuit poſſeſsio quia etiam illa tranſit ex contractu nullo,l.1.§.ſi uir ff.de acqui.poſ. Iſta autem fuit translata dum dictus D.venditor conſtituit ſe poſsidere pro dicto emptore de dictis rebus uenditis de aqui.poſ.quemadmodum in prin.& not.in d.l.2. C. eo.ti. multomagis ſi appareret quòd dictæ res uēditæ fuiſſent penes ipſum emptorem tempore uenditionis ipſo venditore ſciente inſti. de re. diuiſ. §. interdum uel poſtea per ipſum quomodocunq; apptæhenſe quæ præſumerentur teneri ex cauſa dictæ uenditionis allegatæ ſecundum not.per glo.in l.quędā mulier ff.de rei.uen. & ſic ſiue habeatur reſpectus ad ius proprietatis ſiue ad ius poſſeſsionis potiores uidentur eſſe hæredes dicti D. Iacobi emptoris in aſecutione dictarum rerum , & maximè quia ſi pars emptoris poſſedit nec apparet alio adhuc declarato ſuper ualiditate contractus emptionis cauſa propter quàm pars D.Petri uenditoris illas appræhēderet dicerent hæredes emptoris ſe ſpoliatos & ſic ante omnia reſtituendos per regulam l. ſi quis ad ſe fundum C.ad l.iul. de ui.l.ſi maritus C.de dona. inter virum & vxorem,& extra de reſti.ſpo.c. in literis cum ſim. quia poteſt reſponderi quòd & ſi dicatur illarum rerum dominium translatū tūc non tamen poteſt iuuare illos in aſſecutione talium rerū ſi pars uenditoris poſsideat & conuincatur,& hoc propter obiectum iuſti timoris tunc interuenientis qui habet anullare effectum tituli ex quo etiā

cauſatur quòd vtile dominiū etiam remanſit penes vēditorem cuius
vigore eſſet potens in recuperando ergo fortius in defendendo per
18 iura ſupra allegata. Quo † ad poſſeſsionem per ſolum præcariū uel
conſtitutum non intelligeretur translata, quia iſte contractus eſt ſu-
ſpectus ex cauſa ſuprallegata vnde non ſufficit ficta traditio ſed ue-
ra requiritur ut probatur in l.1. C. de ſuffra. & ibi not. per Bal. facit
quod not. Cy. in l.quiſquis C. de poſtul. & ratio eſt quia ubicunq; eſt
ſuſpitio fraudis ſimulationis uel metus ficta traditio præſumitur ſi-
mulata, l.ſicut §.ſuperuacuū ff. de aqua plu. ar. & ibi Bar. & de donat.
l.poſt contractum. Stat dubium eo caſu ſi appareat uerè aprehenſa
& poſtea per partem D. Petri occupata, an dicere poſsit hæres D. Ia-
cobi ſe ſpoliatum, & ſub breuitate puto concludendum quod non ex
multis, primo quia etiam pars D. Petri uenditoris ex quo uēdere iu-
ſto metu coactus fuit poteſt dicere ſe ſpoliatū, qa aduerſarius ſi rem
illam iam poſsidebat uiolenter illam occupauerit, intentionem autē
ſpoliati reſtitutionem petentis excludit exceptio poſſeſsionis eiuſ-
19 dem rei extra de ordi. cogni. ſuper ſpoliation. Secūdo quia † quando
d nototiè [d] conſtat de iniuſtitia petentis uel probationes habentur
e in promptu [e] quæ paria ſunt C. de compenſ. l. fi. nunquàm faciēda eſt
reſtitutio ſic poteſt intelligi l. dolo ff. de doli excep. ſecūdum Inno.
extra de diuor. c. ſignificaſti & de filijs præsby. cōſtitutus de quo etiā
tangitur in cle. prima de ca. poſ. & proprietatis in ultima glo. & de
reſti. ſpo. ex conqueſtione in fi. nec uidetur parti uendenti poſſe obij-
ci ineptitudo recuperationis rei etiam ſi appareat quòd erat penes
emptorē uel eius hæredes, quia idem aut maior defectus fuit in oc-
cupatione ar. eius quod dicit glo. in ſimili in l. minor in prin. ff. de
20 euict. Item non obſt. ſi diceretur † licet poſſeſsio iſtarum rerum uen-
ditarum fuerit iniuſtē apud illos de Tertijs tamen iuſtificata fuit
poſtea per ſuperuenientiam tituli emptoris quod licet de iure. de
aquir. poſ. cum nemo ergo de tali iniuſtitia poſſeſsionis non de-
bet contra illos de Tercijs poſſe allegari ſtante ſuperuenientia ti-
tuli, quia poteſt reſpōderi quod illud poſſet colorate allegari niſi ſta-
tutum anullaret titulum & eius effectum ſicut omnino facit hic &
ideo per inde debet haberi, ac ſi non interueniſſet, ar. ff. qui ſatiſda.
cogan. l. quoties & ſicut aliàs ſine illo incipere non poſſet, ita nec il-
lo diſoluto remanere ar. ff. de fideiuſ. l. uranius §. ſed cum duo, ſimili-
ter nec obſt. ſi diceretur quòd D. Petrus uel pars eius nō debuit ta-
21 les res occupare propria auctoritate &c. quia certum eſt quòd † in
talibus innouationibus quæ interuenerunt in partibus copia ſupe-
rioris ſaltem comodè pro tunc haberi nō poterat & ideo licitum eſt
parti offenſę dicere ſibi ius propria auctoritate C. de iudi. l. nullus ff.

quòd

quòd ui aut clam l.ſi allius §.Belliſsime ubi Bar.decidit pro quo etiã poteſt adduci quod notanter dicit Inno.de ellec. uenerabilem ad fi. in glo.tali modo &c.ubi dicit quod illicitis poteſt quis auctoritate propria cõtrauenire & non expectare in hoc ſuperioris auctoritatem & maximè ſi neceſsitas urgeat & ſuperioris copiã habere nõ poſsit. Circa aliud de quo ultimo loco quærebatur ſuppoſito quòd iſte contractus uẽditionis iudicetur metu initus & ſic reſtituendus an ſaltem debeat prætium per ipſos de Rubeis refundi & reſtitui hæredi dicti D. Iacobi de Tercijs emptori, & prima facie uidetur expeditè con-
22 cludendum quòd ſic quia † vbi contractus reſcinditur propter metũ præcium perceptum reſtituitur C.quod metus cauſa l.iij. & per rationem quia iſta retractatio contractus quæ fit Prætoris edicto propter metum qui interuenit habet uim cuiuſdã reſtitutionis quæ Prætoris conceditur æquitate in qua uoluit reſtitutionem præcij fieri l. quod ſi minor §.reſtitutio ff.de minor., & reſtitutus ſicut in damnò remanere non debet, Ita nec in lucro C.de repu. quę fiunt in iuditio l.prima & hoc omnis equitas ſuadere uidetur attento quòd alia pars uẽditoris locupletaretur, cum aliena iactura contra regulam l. nam hoc natura ff. de condic. indebiti. Et reuera in hanc ſententiam inclinarem niſi alia me impelerent ad contrariam ſententiam elligendam, primo ſcilicet quia dato deffectu in radice & fundamento primi contractus neceſſe eſt quòd omnia corruant, & hoc cauſatur a paritate rationis neceſſario ſecundum iuris intellectum in ſequentibus omnibus partibus eiuſdem cõtractus repetitæ d.l.doli uer.diuerſum C.de nouat.& C.ad uell.l.ſi mulier, & ſic quia ratione fuit uenditor ad contractum inductus eadem & ad confeſsionem præcij & hoc uidetur uoluiſſe ſtatutum dum prouidit quod ſi de talibus contractibus quæſtio moueretur ſit plena probatio per iutamentum oppreſsi cum publica uoce & fama & not. quod dicit nulla ſoluta pecunia ex quo poteſt colligi quod ubi de uera numeratione nõ apparet, præſupponitur nullam pecuniã ſolutam ſaltem quo ad effectum transferendi onus probandi in allegantẽ numeratã per not.per glo.ff.de probat. ſi filius & extra.de ſponſa. is qui.nec abſonum uidetur hoc dicere cũ
23 † diſpoſitio.l.uel hominis de ſolutione uel numeratione loquens debeat intelligi de uera non de ficta uel confeſſata ſecundum not. per Bar.in l.i.§.fi.ff.ſi cer.pet.Facit quod not.glo.in l.aſsiduis C.qui po. in pign.ha.non ſufficit, ergo iſto caſu ſimplex confeſsio de recepto quando ſaltem ad neceſsitatem retrodandi de qua agitur & maximè propter contrariam præſumptionem euidenter reſiſtentem confeſſioni prædictæ nam aſſerunt ante hanc pecuniam recepiſſe, nec apparet ex qua cauſa unde uidetur præſumendum quod ex cauſa mutui

L ſecun-

ſecundum not. in l. cum quid ff. ſi cer. pet. ſed unde tanta liberalitas
inter originaliter inimicos & nunquàm bene conuenientes? certe
nullatenus præſumenda & talis confeſsio de ſe ſine cauſa non præiu-
dicabit l. cum de indebito §. fi. ff. de probat. Secundo prin. moueor
24 quia † quando contractus eſt ſuſpectus uel exoſus legi non ſufficit
confeſsio de recepto niſi uera pretij numeratio demonſtretur d. l. 1.
& ibi not. C. de ſuſra. C. mãdati l. per diuerſas & ibi not. glo. quòd au-
tem iſte contractus eſſet ſuſpectus ex ſupradictis patet. Et etiam q̃a
25 † particulares renunciationes & clauſulas habet inſertas quæ inſolitæ
ſunt nec apponi conſueuerunt in contractu uenditionis ex quibus
f inſurgit præſumptio fraudis ut colligitur ex glo. not. in l. ſi quis
ſub condic ff de cõdi. inſti. Facit quòd not. Io. An. poſt Hoſti. de pign.
illo uos ſuper ultima glo. in nouell. & Bal. in l. emptione C. plus
ualere quod agitur, imo per appoſitionẽ taliũ uidetur cõtrahi crimen
falſi per Notarium apponentem illas clauſulas not. in l. nulli C. de
cartu. lib. xij. Facit quod not. in l. iubemus ad finem. C. de teſta. & de
natura talium clauſularum etiam quando appoſitæ ſunt & conſuete
apponi eſt infirmare intrinſeca ipſius diſpoſitionis non autẽ amplia-
re illa ad non contenta in ea l. aurelius §. teſtamento & l. 1. ff. de libe.
leg. & in cle. j. de præben. in fi. & ſic in caſu noſtro poteſt cõcludi quòd
nec preciũ iniquis comparatoribus repoſcere liceat ut dicit in ſimili
tex. in l. 2. in fi. C. ne rei domi. uel templi facit l. nemo C. de fund. rei
priua. lib. x. Cõcludo ergo ex omnibus prædictis quòd ſiue loquamur
reſpectu petitorij ſiue reſpectu poſſeſſorij ſi conueniatur dictus D.
Petrus ab hæredibus dicti D. Iacobi occaſione rerum in dicto inſtru
mento contentarum prompta & parata habet iura ſuæ defenſionis
ut ab eorum petitione debeat abſolui & uictoriam reportare etiam
nulla facta per eum reſtitutione prætij in dicto inſtrumento uen-
ditionis confeſſati ut ex ſupradictis iuribus & rationibus clarè colli-
gi poteſt. *Et ita puto iuridice concludendum unde ita dico & conſulo Ego Florianus de Sancto Petro de Bononia utriuſq; iuris Doctor in cuius fidem, &c.*

ADNOT.

a *Arbitrio. Cald. conſ. 1. quod met. cauſ.*

b *Illam. Ad hanc reg. & ad eius declarationem uide plura per Iaſ. l. ſi inſulam num. 35. de uerb. ob. in l. ed & ſi poſſeſſori §. ſi iurauero num. 9. de iureiur. in l. ſi conuenerit num. 8. de iuriſd. om. iud. in l. ſi pecuniam num. 25. uerſ. unde ego reſpondeo ff. de condit. indeb. Cagnol. l. ſi quis maior num. 52. C. de tranſact. Socin. l. frater à fratre num. 36 de cond indeb. Dec. conſ. 240. num. 2. 3. conſ. 305. nu. 6. conſ. 345. num. 1. conſ. 408. num. 8. 9. 10. conſ. 536. num. 7. 8. in c. 1. num. 23. de indic. Ant. Rub. Alexandrin. in l. non ſolum §. morte num. 700. 701. de op. nou. nunc. Tiraq. tract. de iur. conſtit. poſſeſſ. lim 7. num. 34. cum ſeq. Cravu. conſ. 102. num. 7. Didac. Couar.*

Couar. in c. quàmuis pactum parte prima §.4. num. 1. de pact. in 6. D. Ceph. conſ. 61. num. 30. & conſ. 118. num. 30. 31. Franciſc. Herculan. tract. Quis teneatur probar. negatiu. ſub num. 28.

c Iuſtitiam. Hoc pulchrè declarat Didac. Couarr. in c. quamuis pactum parte prima §.6. num. 4. cum ſeq. de pact. in 6.

d Notoriè. Alex. l. naturaliter §. nihil commune num. 27. & ibi Zaſ. us num. 50. de acq. poſſeſſ. Crau. conſ. 302. num. 6. 322. num. 3. in fin. & conſ. 399. num. 7. & in reſponſo pro genero num. 220. Pariſ. conſ. 2. num. 36. conſ. 10. num. 68. lib. primo conſ. 12. num. 7. 8. lib. 4. Nevizan. conſ. 81. num. 2. cum alijs quos huius ſententiæ citat D. Menochius tract. recup. poſſeſſ. remed. primo num. 193. ubi q. 17. 18. 19. & 20. plura ponit quæ huic propoſito deſeruent.

e Promptu. Non ſufficere ſpoliatorem incontinenti offerre probationem ſui dominij ne ſpoliatus ante omnia reſtituatur ſenſit glo. pri. c. 1. de reſtit. ſpol. ſequitur Abb. ibi num. 5 & comunem teſtatur Beroius num. 30. Alex. d. §. nihil comune num. 20. Rip. num. 52. Crau. conſ. 322. col. 2. uerſ. quod ipſum & c. Boer. q. 238. num. 2. qui alios citat Pariſ. conſ. 1. num. 165. lib. 1. Rol. à Vall. conſ. 1. num. 26. lib. 1. Plot. l. ſi quando num. 732. in fin. C. unde ui, Didac. Couar. in Epitomæ de ſponſa. ſecunda parte cap. 7. num. 9. quam opinionem tanquàm cōmuniorem et ueriorem huius ſententiæ pluribus alijs citatis relatiſq; quibuſdam contrarium tenentibus ſequutus eſt D. Menoch. tract. recup. poſſeſſ. remed. primo q. 21. num. 210. ubi num. 216. & ſeq. quaſdam adfert declarationes.

f Fraudis. Marſ. rubr. C. de prob. num. 56. Iaſ. l. teſtamentum num. 3. 4. C. de teſtam. Curt. Sen. conſ. 73. nu. 33. Alex. conſ. 28. nu. 8. & ibi habentur cōcord. in Apoſtill. lib. 5. Dec. conſ. 399. num. 8. Curt. Iun. conſ. 178. num. 12. Rol. à Vall. conſ. 47. num. 57. & num. præcedentibus lib. 2. & inſolita diligentia ſuſpitionem fraudis inducit Dec. conſ. 448. num. 23. Io. Franciſcus Catius.

## SVMMARIVM.

1 A uerbis claris non eſt recedendum, nec ad alium ſenſum ſunt uerba trahenda, quàm eorum propria oſtendat ſignificatio declara ut num. 14.

2 Velle quis non dicitur id quod non expreſſit.

3 Verbis obſcuris & inſidioſis poteſt quis induci ad ueniendum ut iuſtitia ſeruetur declara ut num. 16.

4 Securitas ſeu fidantia data homicidæ non eſt ſeruanda declara num. 19. 20.

5 Verba confuſè prolata interpretantur ad bonam fidem.

6 Reſponſio generalis & incerta intelligitur ſecundum interrogationē claram.

7 Verba callida & duplicia interpretantur ſecundum intentionem purè & ſimpliciter intelligentis.

8 In ſaluis conductibus uerba extenduntur ultra eorum ſignificatum, & qui habet ſaluumconductum ad eundum intelligitur etiam habere ad ibidem mo-

*rendum & inde redeundum.*

9 *Conceſsio alicui facta ſemper debet intelligi quod ſit utilis ei cui ſit.*

10 *Diſpoſitio per quam inducitur aliquis ut ueniat ad certum locum habet tacitum intellectum ſecuritatis.*

11 *Verbum reuertatur quid importet.*

12 *Reſtitutio quid ſit.*

13 *Litteræ de conductu & de ſaluoconductu idem important; & idem eſt dicere conducere poſsis, quod ſi diceretur ſecurè uel ſalue conducere poſsis.*

14 *Verba debent ciuiliter intelligi ut ceſſet fraus & abſurditas.*

15 *Verba impropriantur quandoq; ratione adiuncti, quandoq; ex qualitate contractus, & quandoq; ne actus pereat.*

17 *Hoſtes poſſunt uinci dolo dumodo eis fides ſeruetur.*

18 *Deceptio nullo modo licita eſt etiam artificioſis uerbis.*

19 *Saluusconductus ſeu ſecuritas data uirginum raptoribus & homicidis per totum orbem ſeruatur.*

20 *Intell. ad gl. in §. Neq; autem homicidis, uerbo neq; cuſtodies, in auten. de*

21 *Frangenti fidem fides non eſt ſeruanda.* *(Mand. princip.*

## CONSILIVM XXVIII.

VASALLVS Domini ſui deuotiſsimus ad Dominũ ſuũ uſus fuit, his uerbis. Eſt quidã iuuenis qui aliàs interfecit hominem quẽdam ad Caſtellatium in iuriſditione dominationis ueſtræ, neſcio ſi dominatio ueſtra illud ſciuerit reſpondit Dominus neſciui. ꝓſequitur Vaſſallus dicens is uellet Domine reuerti domum reſpondit Dominus quòd reuertatur facias eum reuerti, dixit tunc Vaſſallus bene habeat dominatio ueſtra, qui tamen Dominus habebat intentionem eum mediante iuſtitia puniri facere ſi ueniebat. Poſthæc vaſſallus prædictus confiſus de prædictis uerbis Domini fecit dictum iuuenem reuerti domum quem reuerſum, Dominus detineri fecit volens & dicens eum eſſe de homicidio puniendum. Nunc uidendum eſt an attentis prædictis uideatur dicto iuueni data fidantia ueniendi. Ita quòd pro dicto homicidio nequeat puniri uel ne. Pro præmiſsi caſus declaratione arguam ad partem illam quòd dictus iuuenis ſit de homicidio puniendus nõ obſtantibus uer-
1 bis antedictis, nam hæc eſt regula quòd † quando uerba ſunt clara ab eis recedi non debet, l. ille aut ille §. cum in uerbis & l. non aliter ff. de l. 3. nec ſunt ad alium ſenſum trahenda quàm eorum oſtendat ꝓpria ſignificatio l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercito. ſed hæc uerba nõ continent in ſe aliquam fidantiam ergo nos non debemus ſubintelligere,

2 ligere,nam ſi uoluiſſet dare fidantiam id dixiſſet, ergo † cum non di-
a xerit non uidetur uoluiſſe [a] C.de ca.tol.l.una circa fi.extra de decimis
c.ad audientiam extra de transla.epiſcopi c.inter corporalia ubi pul
chrè tex.facit tex.cum glo.ſuper uerbo continetur in l. talis ſcriptu-
ra ff.del.1.dicendo enim quòd reuertatur facias eum reuerti non po-
teſt dicidatam ſecuritatem præſertim etiam quia cũ iſte iuuenis ꝓ
pter homicidium ſe abſentaſſet & eſſet quaſi hoſtis illius patriæ ut
ff.de capi.dimi.l.amiſsione §.qui deficiunt,& quòd not.Bal.& Ang.in
3 l.1.§. non fuit ff.de dolo † potuit uerbis obſcuris etiam inſidioſis in-
duci ad ueniendum ut iuſtitia executioni mandaretur tex. eſt in d.§.
nõ fuit & pulchrè xxij.q.ij.c.utilem ſimulationẽ & xxij.q. ij. domi-
nus & facit tex.in l.2.C.de com.& mercha.& quòd ibi not. Præterea
4 ſi eſſet expreſſe † data ſecuritas tamen non eſt ſeruanda cum ſit homi
cida & ita uidetur uelle glo.in aut.de man.prin.§.neque autem homi
cidis ſuper uerbo cuſtodies quam tenet Iacobus de Ra. His tamen
non obſtantibus puto partem contrariam ne dum naturali equitati
ſed etiã ipſi iuris rigori magis cõuenire.quis enim ambigit fore ma-
ximam crudelitatem hunc iuuenem occidere qui cum abſens & tu-
tus eſſet uenit ut repatriaret præhabita vaſſalli incitatione quòd ue-
niret non uenturus niſi tutè uenire putaſſet?cum enim à natura inſi-
tum ſit omnibus animantibus ut quantum poſsint ſe uitamq; tue-
antur, Rurſumq; hoc idem iure legibusq; ac multis conuincitur
5 rationibus. Et primo arguo ſic † quotienſcunq; aliqua uerba gene-
raliter proferuntur & confuſe talia uerba intelligũtur & interpetran
tur ad bonam fidem ff.mandati l.creditor §.fi.Igitur in noſtro caſu il-
la uerba quòd reuertatur facias eum reuerti debent intelligi cũ bo-
6 na fide prolata,& non animo decipiendi. Secundo ſic † quando præ-
cedit interrogatio clara & ſequitur reſponſio generaliſsima & incer
b ta ac dubia ſemper intelligitur ſecundum interrogationem [b] ut in-
terroganti ſatisfiat in eo quòd petebat tex.eſt.ff.de uerbo.ob.l.1.§.ſi
quis ita ubi ſi interrogatus an promittat.x. reſpondit quid ni uel cur
non? intelligitur obligatus & per inde eſt ac ſi expreſſe promiſiſ-
ſet ergo ita in propoſito cum ille vaſallus effectu peteret a Domino
tutam repatriationem & Dominus reſpondit quòd reuertatur facias
eum reuerti talis reſponſio debet intelligi ſecundum intentionẽ in-
7 terrogantis. Tertio † quando duo adinuicem loquuntur & unus uer
bis artificioſis & calidis ſeu duplicibus utitur, alter uero ſimpliciter
& pure intelligit modo ſi ille qui talibus uerbis utebatur habeat
nihilominus bonam mentem & bonam intentionem non fallẽdi, &
res bene procedit. Si uero habebat animum talibus uerbis fraudandi
ſocium & tunc ſemper ſtamus ſenſui illius qui pure & ſimpliciter in-

telligebat & duplicitatem aſpernamur. Ita dicit tex. xxij. q. v. qui per iurare § ex his ſed hic ita eſt igitur &c. nam aut ille Dominus per talia uerba intendebat fidantiam tribuere dicto iuueni, & hæc intentio ſeruanda eſt l. 1. ff. de pac. Aut intendebat decipere vaſſallũ & per conſequens dictum iuuenem vaſſallus uerò intelligebat pure & ſimpliciter ſibi dari fidantiam & eſt ſtandum menti intelligentis aſpernata
8 intẽtione fallẽdi illius Domini. Quarto reperio quòd † in ſaluiſconductibus ſeu fidantijs verba extenduntur ad id quod minimè capit eorum ſignificatio. Hinc eſt quòd qui habet ſaluumconductũ ut poſſit ire ad aliquem locum intelligitur etiam habere ut poſsit ibidem
c morari & inde redire [c] Bar. In l. ut imur, ff. de ſepul. uiola. & in l. relegati ad fi. ff. de penis & in l. 1. C. de nauicula lib. xj. tangit etiam ſe remitendo in l. 1. ff. ad l. iul. ma. ſi itaque conceſsio ueniendi ſeu eundi extenditur ad moram & ad reditum qui nullatenus ſub uerbo ueniendi uel eundi cadere poſſunt & hoc ne ille cui fit talis conceſsio fraudetur quanto magis hæc uerba facias eum reuerti præcedentibus illis verbis uaſſalli quòd libenter uellet reuerti domum debet intelligi, & quòd ibi poſsit ſtare & inde ad libitũ redire non autem quod faciat eum uenire ad faciẽdum ſe decapitari, neq; enim uerba hominum ſunt cauilanda aut ad ſenſum improprium trahenda.
9 Quinto † quando alicui fit una conceſsio ſemper intelligi debet facta taliter quod ſit utilis ei cui facta eſt, adeo quod ſi in utilis efficeretur niſi aliud etiam in ipſa conceſsione ſubintelligeretur fit a iure talis ſubintelligentia tex. eſt ff. comuni prædi. l. reffectionis uer. ſi per fundum ubi ei cui eſt conceſſum ius ducendi aquam tacitè cõceſſum eſſe uidetur ut poſsit ire ad refficiendum riuum ac mittere fabros ꝑ dextra ſiniſtraq; amplius uidetur eſſe conceſſus locus quo limum terram lapides harenam iacere ſeu iactare queat horum omnium eſt ratio, quia aquæ ductus aliter foret inutilis nec ſatisfieret cauſæ ob quam facta eſt ipſa conceſsio ergo a ſimili ſi huic permiſſum eſt quod ueniat debet intelligi quod ex illa reuerſione habeat utilitatẽ ꝑpter quam petebatur reuertẽdi poteſtas, videlicet quod ſecure ſtare q̃at. Rurſus & Sexto ſi non intelligeremus quòd uenire poſſet ſecure talis cõceſsio foret inutilis ſibi imo damnoſa & ſic luctuoſior fieret reditus quàm diſceſsus contra l. fi. C. de ſen. paſ. Septimo ſi dictam licentiam reuertẽdi aliter intelligeremus nihil operaretur cõtra l. ſi quando ff. de leg. 1. & not. ꝑ Bar. in l. 4. §. tociẽs ff. de dam. infec. Nam ſi uenire uoluiſſet non ſecurus & taliter quòd potuiſſet detineri & puniri certè id potuiſſet facere ſine licentia Domini ut ergo hæc poſtulatio de reuertendo & conceſsio quòd reuertatur aliquid operentur
10 debent intelligi quòd reuertatur ſecure. Præterea & octauo † omnis
diſpo-

diſpoſitio per quam inducitur ut ad aliquis ueniat aliquem locum ſemper habet tacitum intellectum ſecuritatis extra. de app.c. ex parte c.ſtatutum § cum uero.de reſcript.lib.vj.clem.paſtoral.de re. iudi. ff.ad treb.l.de etate & ibi not.cum ſy.ergo dicēdi quod reuertatur facias eum reuerti debet intelligi quod reuertatur ſecure.No
1 no ſic hoc † verbum reuertatur denotat ad priſtinum ſtatum repoſitionem & reductionē quandoq; ipſo iure ut dixit glo.in l. ſi unquam C.de reuo.dona.& Bar.in l.quiſquis C. de omni agro deſerto lib. xj. quandoq; actionis opere ut l.qui ea lege C.de pac.inter emp. & uen. & ff.de rei uen.l.ſi quis hac & quod not.ff.de dona.l.1. in fi. glo. magne,& ibi Bar.& Ang.& per Bar.in l.centurio,ff.de uul. & pup. Sicut ergo ante homicidium ſecure ſtare poterat,ita debet intelligi quod & nunc ſtare poſsit,alioquin non diceretur reuerſio ideſt in priſtino ſtatu repoſitio ſeu reductio,pro hoc facit quod no.per Bar.in l.1.§.ſi quis ultro.ff. de quæſtio. ubi dicit ſtatutum dicens quod banniti rebanniantur intelligitur ideſt reſtituantur & ita in priſtinum ſtatum
2 reponantur, quia † reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio ff. de minor.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.& nor.C.de ſen. paſ.l. prima & l. fi. Tādem & decimo omiſsis regulis generalibus quod in dubijs ſemper benignior pars eſt amplectenda & quod fauorabiliores ſumus ad abſolutionem quàm ad cōdemnationem l.factum cuiq; §.in pœnalibus de reg.iur.cum ſy.Hoc idem alia ratione concluditur nam repe
3 rio apud legiſlatores & interpretes † Idem importare quem habere literas de conductu,uel de ſaluoconductu tex.eſt in c.accedens el.ij. extra ut lite nō contc.& Io.An.in c.ſtatutum in glo.ſuper uerbo ſecure de reſcriptis li.6. ergo illa uerba ſaluo uel ſecure nō ſunt neceſſaria,nam idem ſignificat ſi dixero poſsis conducere ſicut dicere poſsis ſecure uel ſalueconducere,nec mirum nam qui aliquid facit lege uel eius miniſtro permitente a pena debet eſſe ſecurus l. grachus C. de adul. Si ergo habens poteſtatem dat licentiam conducendi uidetur dare licentiam ſaluè & ſecure conducendi,& ſic fidantiam,Ita igitur in propoſito permittendo reuerti Dominus loci uidetur dare licentiam & fidantiam & permittere quod ſalue & ſecure reuertatur & reuertens debet eſſe ſecurus a pœna. Ex prædictis itaq; omnibus concludo dictum iuuenem non potuiſſe de iure detineri nec poſſe puniri de dicto homicidio & conſequenter debere relaxari. Fateor quod Dominus poteri t eum denuo excumiare dato ſibi congruo ſpatio quo poſsit ad tuta loca ſe transferre cum habens ſaluum conductum ueniēdi uideatur habere ſimiliter redeundi ut dictū eſt ſupius. Non obſtāt ea quæ in contrariam partem adducta ſunt & dum primo dicebatur non licere a uerbis recedere nec eorum ſignificatum ex-
tendi

tendi,quia ſi voluiſſet dixiſſet reſpondetur quod licet a uerbis cla-
ris regulariter non liceat recedere, nec extra eorum ſignificatum ea
14 extendere ut in iuribus in contrarium allegatis, tamen † uerba ipſa
debẽt ciuiliter intelligi ut ceſſet fraus &abſurditas l.ut gradatim §.1.
ff.de mu.&hono.l.ſi filius in prin.ff.ad mace.l.1.C.de ſa.ſan.ecc.& in
pręall.l.creditor §.fi.ff.mãdati &quod not.l.nõ aliter in prin.de leg.
3.C.de fideicom.l.cũ uirũ & l.cũ acutiſsimi quimo nedũ verba ciui-
liter & ſecundũ bonã fidẽ & ne fraus incidat intelligũtur quibus caſi
15 bus nulla tamen fit impropriatio,ſed etiam ſepe uidemus † uerba im
d propriari,uel ratione adiuncti[d] ut l.pculus ff.de uſuf.ubi quis dicen-
do lego uſumfructum talis inſule ratione ſeruitutis adiunctæ intelli-
e gitur pprietatem. Item ex qualitate contractus [e] l.ſed ſi uno ff.loca.
f aliquãdo ut actus ualeat & nõ pereat [f] ut l.& puto in prin.& ibi not.
ff.famil.herus & ff. de iureiurando l.ſed & ſi poſſeſſori §.ſed ſi rerũ cũ
multis concur.quarum omnium impropriationum ratio ponitur in
c.propterea extra de uer.ſigni.in propoſito igitur non recedemus a
propria ſignificatione. Sed uerba quæ poſſent ſiniſtre interpretari, &
ueneno aſpergi ciuiliter pure & ſecundum bonam fidem accipimus
quod iura uolunt ut in ſuperioribus eſt oſtenſum. Vlterius etiam
16 non obſtat quòd dicebatur † iſtum iuuenem licuiſſe cum foret quaſi
hoſtis patriæ propter homicidium obſcuris & inſidioſis uerbis fal-
lere ut induceretur ad ueniendum,ut iuſtitia mandaretur executioni
per ea quæ allegata fuere, nam reſpondeo primo quòd iſte non erat
hoſtis quia non apparet quòd foret bannitus, ſed ſi poneremus eum
fore bannitum, tamen hoc caſu non licuit fraude uti,primo quia illa
iura loquuntur quando verba alium ſenſum habebant, ut patet in d.
c.utilem,Ego autem ſupra multis iuribus & rationibus oſtendi hæc
uerba propriè intelligendo habere ſignificatum ſecuritatis & fidan-
17 tiæ. Præterea † licet hoſtis poſsit licite cum inſidijs conuinci tamen
hoc eſt verum dummodo fides non frangatur & nõ fiat contra ei pro-
miſſa xxiij.q.1.noli & not. in c. dominus ea cauſa q. ij. In oppoſitum
18 allegato tunc dicitur † deceptio quæ nullo modo conceſſa eſt etiam
artificioſis uerbis ut in c.nec artificioſo xxij.q.ij. & quòd not. in c.3.
extra de iureiurando at in caſu propoſito concluſum fuit illa verba
per Dominum prolata uidelicet quod reuertatur facias eum reuerti
importare fidantiam & ſecuritatem nemini eſt dubium quòd fides
frangeretur illius Domini ſi iuueni prædicto ſecuritas tolleretur &
hac ratione & Domini & duces bellorum conantur ad obſeruatio-
nem ſaluorumconductuum ſicut etiam contractuum quos ineunt ſe-
cũdum ea quæ plene habentur per Doct.in l.digna uox C.de legibus
per Bal. in l.princeps ff. eo. tit. & per cano. in c. 1. extra de prob.

Nec obſtat glo. quæ allegatur in oppoſitũ in aut. de man. prin. §. neq; autem homicidis primo enim Petrus & Dy. tenent contrarium in l. præſenti C. de his qui ad eccle. confug. & Guill. in l. illicitas §. ne
19 potentiores ff. de offi. præſi. & ita ſeruatur per totum orbem † quòd fidantia ſeu ſaluusconductus data ſeu facta etiam homicidis & adul-
f teris ac uirginum raptoribus obſeruatur. ∫ nec obſtat ille §. quia ut dicit Cy. poſt Petrum in d. l. præſenti ad fi. Ibi nihil dicitur de aſecuratione ſeruanda uel ne, ſed dicitur quòd Iudex non debet ſeruare cautellam de qua prædixerat videlicet, de expectando per xxx. dies imo ſtatim tales perſonas extrahet ab eccleſia, ſed etiam ego dico quòd
20 † illa glo. nõ facit contra prædicta, neq; enim arbitror acurſiũ cui tanta tribuitur auctoritas illius fuiſſe ſententiæ, ut ſi per habentem poteſtatem aſſecurãdi fuiſſet data ſecuritas homicidæ ſeu adultero quòd nõ foret ei ſeruanda cum & eis ſeruetur fidantia legalis. ff. de legat. l. fi. dico igitur illam glo. ſi bene inſpiciatur illud non dicere quòd ſecuritas data homicidis ſeruari non debeat ſed aut debere intelligi ut refferatur ad tex. quòd videlicet committentibus talia delicta nõ concedatur ſecuritas xxx. dierum ſecundum formam §. ſed neq; immediate præcedentis & ſi detur non ſeruetur & hoc quia non habuit poteſtatem dandi imo lex expreſſe prohibet dari in dicto §. neq; autem cum enim lex prohibeat Iudici talibus dare ſecuritatem de qua prædixerat videlicet xxx. dierum ni mirum ſi Iudex dans ſeruare non tenetur, nam datio nõ tenuit quia in hoc Iudex poteſtatem non habuit & bene ſequitur in glo. dum dicit non dabis & ſi dederis non ſerues, b
poſtea addit non poterit cõtra te legem uel iuſtitiã inuocare quam contempſit. videlicet petendo illam ſecuritatem quam ſciebat lege te dare prohiberi uel poſſumus illam glo. intelligere ut uelit quòd ſi alicui eſſet data ſecuritas & deinde comitteretur homicidium uel adulterium uel raptus virginum quòd ſecuritas ei data non eſſet ſer- c
uanda, & quòd iſta poſsit eſſe mẽs accurſii apparet ex eo quòd ſubijcit nam dum dixit non dabis & ſi dederis non ſerues, nec poterit contra te legem uel iuſtitiam inuocare quam cõtempſit, ut ff. de minor. l. auxilium in fi. Et quod his ſpetialibus caſibus dicitur idem dicas ſi ꝓ quocunq; malefitio fugeret ut ſubijcit & ſupra de mona. §. ſi uero. hęc ſunt uerba formalia illius glo. ex eo ergo quod glo. dicit quã cõtempſit innuit quod lex pactum uel promiſsio ſecuritatis uel iuſtitia quę uult quòd promiſſa debeant ſeruari præcedebant homicidium, neq; enim poſſet contemnere niſi promiſsio præcederet homicidium tũc
21 enim non eſt ſeruanda promiſsio quia † frangenti fidẽ &c. ex. de iure iurando c. 3. & not. in præall. c. noli & l. cum proponas. C. de pact. cum concor. & quod ſimiliter hæc ſit intentio glo. patet ex eo quod dicit

M non

non eſſe ſpetiale in illis ſpecificatis criminibus ſed idem in quocunq; alio malefitio eſſet enim abſurdum dicere quod ſi concederetur ſaluuſconductus alicui qui comiſiſſet aliquid quoduis malefitium quod talis ſaluuſconductus non debeat ſeruari. Et ex prædictis igitur appa-ret argumenta in contrarium facta non obſtare & conſequenter con cluſio quam ſupra feci remanet defenſata. Sit igitur omnipotenti Deo ho nor laus & gloria. Amen.

*Et ita dico & conſulo ego* Bertolameus *Moronus* Iuriſutriuſq; Doctor, *ae de* Col*legio* Aduocatorum *Mediolani, in cuius fidem propria manu ſubſcripſi & meum ſolitum ſigillum imprimi feci. &c.* *Et ita etiam conſulo ego Martinus* Garratus.

ADNOT.

a *Voluiſſe.* Dec. *conſ. 15. ſub num. 1. conſ. 122. col. fin. ſub num. 2. circa fin.* D. Cephal. *conſ. 53. num. 112. 123.*

b *Interrogationem. Hinc eſt quod principis reſcriptum dubium interpretatur ſecundum ſupplicationem claram cap. inter dilectos. §. Cæterum & ibi* Bal. *not. de fid. Inſtrum.* Iaſ. *l. 1. nu. 7. C. de diuer. reſcript. in l. Cauſas uel lites num. 5. C. de tranſact.* Feli. *cap. ſuper literis nu. 9. de reſcrip.* Ruy. *conſ. 37. num. 1. uol. 5.* Dec. *conſ. 373. num. 11.* Rub. *Alexandrin. conſ. 16. num. 11. & inueſtitura ſecundum preces* Brun. *conſ. 73 nu. 6. 7. & legitimatio declaratur ex ſupplicatione* D. Ceph. *poſt* Pariſ. *quem in uariis eius conſilijs allegat conſ. 23. num. 24. quem ad hoc uide in pulcro caſu conſ. 39. num. 18. 19. lib. primo.*

c R*edire.* Dec. *conſ. 51. nu. 3. ubi aliqua circa ſaluiconductus materiã & qua pœna puniatur ſaluũconductum frangens uel eo abutens uide omnino* Boer. *Deciſ. 179.*

d *Adiuncti.* Dec. *l. 1. lect. 3. num. 13. C. qui admitt. in l. 1. lect. 3. ſub num. 2. ſi cert. pet. etiam in materia in qua debet fieri ſtricta interpretatio ut in ſtatutis* Alex. *cõſ. 129. nu. 4. & ibi habẽtur* Concord. *in apoſtill. lib. 2.* Dec. *conſ. 388. num. 5. in l.* Quo*ties idem ſermo de reg. iur.* Tiraq. *tract. reg. ceſſ. cauſ. lim. 20. in fin. num. 34. & in l. ſi unquam uerb. reuertatur num. 36. 37. cum ſeq. C. de reuoc. donat.*

e C*ontractus.* Dec. *d. l. quoties Idem ſermo de reg. iur. & d. conſ. 388. num. 4.* Soc. *conſ. 9. num. 18. lib. 1.* Gozad. *conſ. 74. num. 10.* Crau. *conſ. 245. num. 3. 4. 5.* Neuizan. *conſ. 92. num. 14. cum ſeq. etiam ſi uerba nihil operarentur* Ruy. *conſ. 109. num. 4. uol. 1. plenè* Marſ. *l. unic. num. 233. C. de rapt. uirg.*

f O*bſeruatur.* Quid *ſit in terminis iuris, uide omnino* Dec. & Cagnol. *in l. ea eſt natura hunc num. 17. illum num. 6. cum ſeq. de reg. iur. quo loci* Cagnol. *num. 18. atteſtatur quendam inſignem latronem* Taurini *ſaluoconductu ad collum appenſo furcis datum; quod tamen factum multi damnabant ut ipſe ait; ſed id forte euenit ob delictorum enormitatem quæ is latro patrauerat, unde eo caſu licuit iura transgredi uulg. iurib. ipſe tandem ibi num. 19. atteſtatur comunem eſſe quod fides ſeruari debeat; ad quod uideas* Blanchum *deſtinguentem in pract. crim. §. datur. defenſionibus per procuratorem reo num. 30. uſq; ad num. 40. pag. 742. 743.*

Io. Franciſcus Catius.

Alia

*Alia Conſilia eiuſdem D. Martini Garrati, quæ ſequuntur ſunt cum Additionibus Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Comitis & Equitis: Ciuitatis Nouariæ Decurionis Nobilis.*

## SVMMARIVM.

1 Alienatio feudi pro ſe & hæredibus, &c. in extraneum ſine agnatorum conſen-
2 Ius alteri quæſitum, ſine eius facto tolli non poteſt. (ſu, non tenet.
3 Princeps ſine iuſta cauſa feudum conditionatum non poteſt auferre.
4 Intellectus ad c. 1. §. fi. quæ ſit pri. cau. benefi. amitt.
5 Alienatio feudi paterni, & antiqui in agnatum nõ deſcendentem a primo ſtipite
6 Agnatio qualiter conſideretur in feudis. (non ualet.
7 Emancipatione non tolluntur in materia feudali iura agnationis.
8 Agnati & collaterales in feudalibus uſque ad quem gradum, admittantur.
9 Paternum feudum, quod dicatur.
10 Alienatio feudi facta in agnatum remotiorem, an ualeat, ſine agnatorum proximorum conſenſu. numero 14. 17. & 18.
11 Regulæ iuris communis ſequi debent, ubi iura ſpecialia non ſunt in feudis.
12 In his quæ tendunt ad iuris communis correctionem in conſuetudine, non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, niſi ſit eadem ratio.
13 Feudum alienari prohibetur fauore dominorum, & etiam agnatorum.
14 Diſponi non poteſt de iure tertij, in eius præiuditium ſine ſuo conſenſu, et nu. 17.
15 Feuda uadunt in aſcendentes, & agnatos.
16 Alienatio feudi in quemcunq; fiat, ualet in præiudicium alienantis.
18 Noſtrum ſine facto noſtro a nobis auferri non poteſt.
19 Agnatus proximior præfertur remotiori, & extraneo emptori.
20 Feudum paternum alienari non poteſt in agnatum remotiorem, etiam conſentientibus agnatis primi uel ſecundi gradus.
21 Feudum eſt inalienabile, ſine uoluntate domini.
22 Feudum paternum & antiquum alienatum conſentientibus domino & agnatis, ad quos feudum ſpectat.
23 Alienatio feudi paterni & antiqui, facta in agnatum proximiorem & immediatum, ualet ſine alicuius conſenſu.
24 Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.
25 Alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri.
26 Dominus, an uero agnati præferantur in alienatione feudi antiqui & paterni.
27 Filius alienantis feudum & conſentientis, an excludatur a feudo, & agnati ad-
28 Filius contra patris fidem uenire non poteſt. (mittantur.
29 Simplicis renunciatio in ſe obligationem non habet.
30 Filius alienantis uel conſentientis tacens anno, uel conſentiens alienationi tacitè

*uel expreſſe, uel non petens inueſtituram intra annum, excluditur a feudo.*

31 *Alienationi legitime præfertur filius alienantis agnatis, illegitime uero agnati, ſed non filius.*

32 *Filius qui patris hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarij, non excluditur a feudo illegitime a patre alienato.*

33 *Vaſallo refutanti feudum paternum ſuccedunt agnati.*

34 *Feudum alienatum an ſtatim poſsit auocari, an uero mortuo alienante non expectata morte agnatorum conſentientium alienationi.*

35 *Infeudatio feudi paterni & antiqui, ualet in uita infeudantis, ſed per agnatos poſt eius mortem poteſt reuocari.*

35 *Agnati an & quãdo poſsint feudum alienatũ ſine pretij numeratione auocare.*

37 *Laus & antiquitas Illuſtris familiæ Valpergæ.*

38 *Feudum aliud eſt antiquum, aliud nouum, & quale ſit unum quale aliud.*

39 *Feudum ſiue antiquum ſiue nouum, alienari non poteſt abſq; conſenſu omnium uocatorum ex priuilegio feudali & num. 40.*

40 *Feudum nouum conceſſum cum clauſula quòd habeat naturam feudi antiqui regulatur tamquàm feudum antiquum & non nouum & eſt com. op.*

41 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus intelligitur de filijs & deſcendentibus non de extraneis.*

42 *Magn. D. Io. Franc. Catij Iureconſulti laus.*

43 *Feudum conceſſum pro ſe & omnibus hæredibus, uel pro hæredibus quibuſcũq; aut quibuſcunq; ſucceſſoribus comprahendit etiam extraneos hæredes, & uide etiam num. 42. fallit in caſu num. 44.*

44 *Statutum ac conſtitutio Mediolani in §. ne benefitiorum tit. de feudis, operatur quòd conceſsiones feudales non tranſeant in feminas nec extraneos etiam ſi eis eſſent conceſſa.*

45 *Statutum ac Conſtitutio Mediolani quòd conceſsiones Ducum Mediolani non tranſeant in fœminas nec extraneos procedunt etiam in conceſsionibus Imperatorum.*

46 *Statuta & conſtitutio ut feuda & alia non tranſeant ad fœminas & extraneos procedunt etiam in conceſsionibus iuratis & amplia in alijs caſibus num. 47. & limita num. 48.*

47 *Clauſula motus proprij ex certa ſcientia & ſimiles quid operentur contra ſtatutum ſeu conſtitutionem derogatoriam.*

*Statutũ habens clauſulã derogatoriam quando uideatur a Principe ſublatum.*

48 *Qualitas iuncta uerbo aut participio debet intelligi ſecundum tempus uerbi aut participij.*

*Statutum loquens de geſtis a Principe non habet locum in geſtis per eum antequàm eſſet Princeps.*

49 *Princeps ſi alienat aut donat aliquid alicui poteſt eo inſcio per acquirentem a Principe alteri alienari fallit ut ibidem num. 49.*

52 Ius

50 *Ius tertij non intelligitur ſublatum & amplia num. 41. cum ſeq.*

51 *Clauſulæ motus proprij ex certa ſcientia non tollunt ius tertij.*
*Confirmatio Principis actus inualidi non tollit ius tertij etiam ſi adeſſet clauſula motus proprij cum ſimilibus.*

52 *Ius tertij non uidetur ſublatum per ſecundam & ulteriorem iuſsionem.*

53 *Clauſula ſaluo iure tertij intelligitur in omnibus Principum conceſsionibus.*

54 *Priuilegium intelligitur ſine præiuditio tertij.*

55 *Immunitas conceſſa per Principem quando eidem & non uniuerſitati noceat.*

56 *Condemnatus admiſſus ad nouas defenſiones tenetur prius ſoluere expenſas contumatiæ.*

57 *Reſtitutio in integrum facta condemnato de bonis confiſcatis per uiam gratiæ non nocet tertio cui medio tempore Princeps donauit aut uendidit bona.*

58 *CAROLVS Imperator Rom. Quintus fuit Spiritu Sancto ductus ad faciendum Conſtitutionem Mediolani quòd ius tertij non intelligatur ſublatum.*

59 *L. bene a Zenone hodie locum non habet in Duce Mediolani.*

60 *L. bene a Zenone locum non habet ubi Princeps alienat ſaluo iure tertij.*

61 *Feudum nouum alienando quando pater poſsit filio præiudicare.*

62 *Feudum ubi eſt emptum uel hæreditarium aut contemplatione patris conceſſum pater alienando præiudicat filijs.*

63 *Feudum nouum alienatum abſq; Principis conſenſu deuoluitur ad Principem & non ad filios, fallit num. 64. in fi.*

64 *Feudum antiquum uel nouum habens naturam antiqui alienatum abſq; Principis conſenſu deuoluitur ad filios & agnatos & nõ ad principẽ et eſt cõ. op.*

65 *Filij & Agnati etiam uiuente alienatore feudi abſq; Principis licentia recuperant feudum.*

66 *Feudum alienatum abſq; Principis conſenſu non deuoluitur ad Principem ubi ſuperuenit Decretum gratioſum delictorum.*

67 *Feudum ut alienetur ſufficit conſenſus Domini præcedens aut ſequens.*

## CONSILIVM XXIX.

SPECTABILES domini Comites Maxini fuerunt inueſtiti de Burgario Maxini caſtro mandimento villa dicti loci, & de mero & mixto imperio & iuriſdictione prædicti loci. & quorundam aliorũ locorum ab Illuſtriſſimo Principe D.D. Duce Sabaudiæ, pro ſeſe & eorum hæredibus, ut conſtat publico inſtrumento. poſtea uero D. Petrus unus ex prædictis dominis Comitibus nõ habens filios legitimos & naturales, ſed ſpurios tantum, fecit alienationem in D. Iacobum extraneam perſonam, uel forte agnatum non proximiorẽ, & forte nõ ex linea deſcendente e primo maſculo, ſed ulterioris gra-

dus de agnatione,forte per decimum gradū,uel ultra,cum conſenſu proximiorum agnatorum qui erant in primo gradu: agnati uero qui ſunt in tertio gradu,& ꝓximiori,quam ſit alius exceptis dictis agnatis conſentientibus dictæ alienationi, uellent reuocare dictam alienationem. quæritur quid iuris? & circa prædictum Thema reſultant infraſcripta dubia,examinanda. Primum dubium eſt,utrum dictus D. Petrus potuerit dictum feudum primum & antiquum alienare in dictum D. Iacobum extraneum in præiudicium agnatorum, propoſito in facto quod D. Iacobus in quem ſit facta alienatio, ſit extraneus, nō agnatus? Dubium ſecundum eſt,utrum ualuerit alienatio.ſi dictus D. Iacobus,in quem ſit facta alienatio,ſit agnatus reſpectu aſcendentiū primi vaſalli,& ſic ſit agnatus tranſuerſalis dicti primi vaſalli: non autem ſit agnatus deſcendens a primo vaſallo, & ſic a ſtipite primo, a quo exordium habuit feudum non deſcenderit dictus D. Iacobus. Tertium dubium eſt, videlicet ſuppoſito quod dictus D. Iacobus ſit agnatus reſpectu ſtipitis,tamen ultra decimum gradum an dictus Iacobus,in quē dicitur eſſe facta alienatio,cenſeatur extraneus in materia feudali,cum ſit ultra decimū gradum e linea trāſuerſali? Quartum dubium eſt an ualeat alienatio facta in agnatum remotioris gradus,qui tamen eſt intra ſeptimum gradum,in linea tranſuerſali: & ſic ſuppoſito quod dictus D. Iacobus ſit intra ſeptimum gradum dicto D. Petro alienanti in præiudicium agnatorum prioris gradus qui non conſenſerunt alienationi? Quintum dubiū eſt,an agnatus proximior præferatur agnato ſequenti uel extraneo in emendo, dummodo uelit tantum dare de prætio,quantum extraneus? Sextum dubium, eſt an ſaltem potuerit alienari feudum in agnatum remotioris gradus ſucceſsibilis,tamen conſentientibus agnatis primi uel ſecundi gradus in præiudicium agnatorum tertij uel quarti gradus. Septimum dubium eſt,an conſenſus ipſorum priorum agnatorum qui conſenſerunt alienationi, noceat eorum filijs, ita ut non poſsint ad feudum uenire propter alienationem paternam, & admittantur alij agnati tranſuerſales,an uero admittatur dominus? Octauum dubium eſt an ſtatim poſsit euocari feudum alienatum, an uero dumtaxat mortuo primo alienatore non expectata morte agnatorum conſentientium alienationi? Nonum dubium eſt, an prætium ſit nụmerandū ab agna-
1 tis,an uero poſsit ſine prętio auocari a dicto Domino Iacobo. † Circa primum dubium,quo quæritur,an dictus D. Petrus potuerit dictū feudum paternum & antiquiſsimum alienare in dictum D. Iacobum extraneum in præiudicium agnatorū, propoſito in facto quód D. Iacobus in quem ſit facta alienatio,ſit extraneus non agnatus,dicendū eſt omiſsis ſcholaſticis diſputationibus ſuperuacaneis,dictum D. Pe-

trum non potuiſſe facere alienationem in dictum D. Iacobum, in pręiudicium agnatorũ, ut eſt caſus in cap. Titius. ſi de feu. fue. cõtrouer. in prin. & gloſ. in d. c. Titius. in glo. quæ incip. remouetur ergo. & in capitulo j. in gloſ. magna. de ſucceſsio. feu. fac. c. 1. de alie. feu. pater. & c. 1. §. ſi res per quos fiat inueſti. & utrobiq; not. & eſt ratio in promptu,
2 † quia ius alteri quæſitum, ſine eius facto tolli non poteſt l. ſi par tem §. 1. ff. quemamodum ſerui. conſti. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Sed agnatis eſt acquiſitum ius in feudo antiquo, & paterno, ut in c. 1. §. hoc autem notãdum, qui feu. da. poſſ. & in c. 1. §. 1. de gradi. ſucce. in
3 feu. Ergo non poteſt tolli amplius, † etiã ſi eſſet Imperator, non poſſet feudum conuentionale ſine iuſta cauſa auferre, not. D. Bald. in l. qui ſe patris uerſic. & ſcias, quod ſi renuntiatio in manibus Domini C. un. libe. Et prædicta uera in feudo paterno & antiquo, in feudo autem nouo non requiritur conſenſus agnatorum, ſed ſolus domini, c. 1. de no. benefi. inueſt. Secus, ut dixi, in paterno & antiquo, in quo ueniunt collaterales, ex beneficio domini, & promiſsione ſtipitis, d. c. 1. de alie. feu. Sed contra prædicta opponitur imo uidetur, quód feudũ debeat uenire & redire ad Dominum, nõ autem ad agnatos, quia ex alienatione feudi vaſallus uidetur Dominum contemnere, c. 1. ad fi. quæ ſit pri. cau. benefi. amitten. quia reſpondeo, quod loquitur in feu
4 do nouo, ut patet ex præcedentibus. † Secundo intelligo, & reſpondeo d. c. 1. §. fi. intelligi debet, quando nulli exiſtunt agnati, & ita intelligit ibi D. Iac. de Belui. in fi. apparatus. Et nota quod Dominus feudi non poteſt gratiam facere in præiudicium agnatorum, ſecundum D. And. de Iſer. in c. 1. ſi uaſall. feu. priuc. Ex prædictis apparet dictam alienationem feudi in extraneum factam in præiudicium agnatorum
5 non conſentientium non ualere. † Circa ſecundum dubium, quo quęritur, utrum ualuerit alienatio, ſi dictus D. Iacobus in quem eſt facta alienatio, ſit agnatus reſpectu aſcendentiũ primi uaſalli, & ſic ſit agnatus deſcendens a primo uaſallo, & ſic a ſtipite primo, a quo habuit exordium feudum, non deſcenderit dictus D. Iacobus: dicendum eſt dictum D. Iacobum qui non fuit ex deſcendentibus primi uaſalli, iudicari ut extraneum, & regulariter non ſuccedere in feudum, ut in c. 1. de ſucceſsio. feu. & eſt caſus in c. 1. in uerſ. ſi enim Titij auus. de grad. ſucceſſ. in feu. cũ ſimill. & iſte caſus eſt clarus, ideo ulterius nõ inſiſto.
6 † Circa tertium quæſitum uidelicet, ſuppoſito quod dictus D. Iacobus ſit agnatus reſpectu ſtipitis: tamen ultra decimum gradum, an dictus D. Iacobus, in quem dicitur eſſe facta alienatio, cenſeatur extraneus in materia feudali, cum ſit ultra decimum gradum e linea tranſuerſali? Reſpondi præmittendum eſſe agnationem in materia feudali aliter conſiderari in iure conſuetudinario feudali aliter iure ciuili. nam
nomen

nomen agnationis,de iure ciuili ſumitur: quia agnati dicũtur cogna ti per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi a patre cognati,ueniunt, frater eodem patre natus filius fratris, nepos ue ex eo & ſimiles,ut probatur inſtitu.de legi.agn.tut.in principio, & in l. iuriſconſultus §.1.ff.de gradi.cum ſi.in feudis autem non tam curatur agnatio,quam genus paternum, ut in c.1.de ſucceſ.feu. & in c.1. ꝑ quos ſi.inueſti.in c.1.de gra.ſuc.in feu. Et ideo inquit not. D. Bal.
7 in authen.in ſucceſsione C.de ſuis & legit. † quod per emancipationem in materia conſuetudinaria feudali,nõ tollunrur iura agnationis,unde in feudis nomen cognationis ſignificat potius genus,quam
8 qualitatem. † Quod genus agnationis quo ad ius ſuccedẽdi in tranſuerſalibus an ſit reſtrictum in linea tranſuerſali ſucceſsiua,uſq; ad ſeptimum gradum in feudis,an uero extendatur uſq; ad infinitum, magnum dubium eſt in feudis. Pro cuius dubij declaratione ſciendum eſt.quod in bonis non feudalibus ſucceſsio in linea tranſuerſali hodie eſt uſq; ad decimum gradum ſecundum glo. approbatam Inſtit. de ſucceſsio.agna.in §.fi.& nota.Dy.in tracta.de ſucceſ.ab inteſta. circa fi.ſed in bonis feudalibus magna eſt hæſitatio apud maiores noſtros. Nam primo fuit opinio gloſſarum, quòd collaterales in feudo paterno & antiquo ſuccedunt in infinitum. hodie ut eſt glo. quę incip. hodie,in c.1.de ſucceſ.feu.& glo.quæ incip.hæc olim in c.1.in §. ſi capitanei,de feu.Marchie.idem tenet D.Petrus de Ceruo.in c.ſatiſ. de prohi.feu.per Lotha.& ibi refert Bald. Eandem quoquè ſententiam amplectitur.Hoſti.tunc uocatus Henricus Epiſcopus Eburdunẽſis in ſua ſumma feudorum,tit.quali.feu. conſti. uerſ. natura ſucceſſionis. cuius uerba ſunt hæc: Collaterales ſuccedunt & primo fratres, cum fratrum pręmortuorum filijs, deinde agnati ulteriores uſq; ad fratres patrueles.hodie uero uſq; ad ſeptimum genus, imo uſq, in infinitum,ut infra qui debeant ſuccedere,c.1. De cõſuetudine uero imperij non ſuccedit, niſi filius deſcendens, & reuertitur feudum ad Imperatorem, & confert cui uult, & ſic dicit ſe uidiſſe in Alemania pluries per proceres iudicari. In Francia uero ſuccedit primogenitus.Odofr.idem tenet in ſumma in tit.qui pot.ſucce.in feu.in princ. cuius uerba hæc ſunt, quod hodie omnes ſuccedunt in infinitum, ut in c.1.& pen.de ſucceſſ.feu.& in c. ſi capitanei. de inueſti, quam dicit Titius a Sempro.alij habent rubricam,qualiter uſus beneficij.alij habent rubric.de feud.Marchie.Idem tenet effectualiter licet uideatur uariare,quod uſq; ad x.D.Iaco.de Ardizo.in ſumma ſua tit.de ſucceſſ. feu. §. & ſuccedunt collaterales. cuius uerba hæc ſunt. Collaterales omnes ex maſculis deſcendentibus ab eo, qui feudum acquirit uſq; in infinitum,ſi eſt feudũ paternũ,ut infra hic, incipiunt cõſuetudines

Regni.§.uaſallum.in fin.& infra,qui deb.ſuc.in feudo primo reſponſo,uel uſq; ad decimum gradum tãtum,ut inſtitu.de ſucceſ.cogna.§. pen.& hoc uerum eſt,etiam in aſcendentibus ex latere, ut infra qualiter uſus benefi. ſit tenen.§.ſi quis miles mortuus, & tunc agnati uel collaterales,licet uideantur ſuccedere agnato,uel collaterali, ſuccedunt tamen propter inueſtituram prædeceſſorum maiorum, uidelicet in quaſi locum maiorum patris ſeu aui,uel aliorum, ut infra qualiter uſus, benefi. ſit retinen. §. 1.Et infra de capitul. Cora.c.omnibus.§.præcipimus. in fi. Aliam autem partem tenet D. And. de Iſer. in c.1.§.quoq;.& tenet quod uſq; ad ſeptimum gradum dumtaxat ſuccedunt collaterales,idem quoq; tenet D. Bal. in c.1. ſi capita. de feu. marchie.qui ait,quod ita communiter tenetur,licet Bal. nõ bene ibi uideatur affirmare pedes.Idem quoq; tenet D.Bal.in authen.defuncto.C.ad Tertul.licet d.c.1.de feu.marchi. uideatur ſtare cum diſtinctione D.Iaco.de Bel.quo ad effectum in uer. ſed ſecundum meram naturam feudi,D.Iaco.de Bel.cuius opi.uidetur amica conſuetudini feudali federe diſtinctionis.has omnes concordat opiniones, tit. de feudo.c.1.ad fin.hoc modo.aut feudum de acquirẽte facit tranſitum primordialiter ad deſcendentes, & eo caſu tranſit ad deſcendẽtes in infinitum etiam tranſuerſales deſcendentium: ſed ad tranſuerſales acquirentium regulariter,non:ut de gradi.ſucce.in feu.§. 1. & de natura ſucceſsio.feu.§.fin.aut de acquirẽtibus primordialiter fecit tranſitum ad collaterales,ex pacto,uel in alijs caſibus. quibus poteſt, de benefic. fratris, c. 1. tunc non progreditur ultra ſeptimum gradum d.§.hoc quoque.idem tenet Ioan Faxoli de Piſis in ſua ſumma tit.qui ſucceſ.in feu.uerſic.ſed quæritur, uſq; ad quem gradum. & ſic in effectu concludunt D. Iaco. & Io. quod ad collaterales in infinitum deſcendit feudum,modo ſint collaterales deſcendentes a primo ſtipite uaſallo.& hęc pars uidetur probari in c.1.§. hoc quoq; ſciendum. ſecũdum unã literam,quæ dicit uſq; ad ſeptimum geniculũ, imo infinitum: ſit uſurpatum. titu. qui feu. da. poſſ. & in c.1.de nat.ſucceſsio. feud.in tex.ibi.& ex latere omnes per maſculos deſcendentes,uſq; in
9 infinitum:ſi feudum ſit paternum.† Et not.quod feudum dicitur paternum,quicunq; ex ſuperioribus id acquiſiuerit:ut dicit tex. in c.1. de natura ſucceſsio.feu. & eſt caſus in c. 1. ad fi. quando vaſall. feud. priuet.cui defera.in tex. ibi: uſq; in infinitum. Reuertendo nunc ad propoſitum articuli. ſi tenemus illam opinio. quod ſucceſsio in collateralibus non ſit ultra ſeptimum gradum geniculum, tunc dictus D.Iacobus tanquam ſucceſsibilis reputatur extraneus. & conſequenter alienatio erit prohibita in eum.nedum reſpectu agnatorum: ſed etiam reſpectu Domini,cum non ſit ſucceſſurus in feudo: quia Do-

minus & agnati offenduntur,c.1.de prohi. feud.alie. per Loth. cum vtrobiq; not.quia ceſſat ratio,quæ dicetur in ſequēti dubio. ſi autem diceremus ſucceſsionem in collateralibus eſſe in infinitum, reſpectu collateralium deſcendentium a primo ſtipite:tunc dicēdum,ut in ſe-
10 quenti dubio. † Circa quartum dubium, an valeat alienatio facta in agnatū remotioris gradus, qui tamē eſt intra gradum ſucceſsibilem in linea tranſuerſali,& ſic,ſuppoſito,quod dictus Iacobus ſit intra ſeptimum gradum,dicto D.Petro alienanti in præiudicium agnatorū
11 prioris gradus,qui non conſenſerunt alienationi.† Eſt præmittendū. quod quoties nō habemus iura ſpecialia in feudis in dubio debemus
12 ſequi regulas iuris communis.c.1.in feud.de feud.cognitio.Nam †in his,quæ tendunt ad correctionem iuris communis in conſuetudine, non proceditur de ſimilibus ad ſimilia,l.1.C.quæ ſit long. conſuetu. & ibi not.in glo. & in l. de quibus ff. de legi. niſi eſſet eadem ratio l. quæ ꝓpter neceſsitatē.in glo.ff.de reg.iur.& no.in l.illud.& authen.
13 quas actiones C.de ſacroſanc.eccle. † Secundo præmitto,quod alienatio feudi eſt prohibita nedum fauore dominorū,ut in c.1.de prohi. feud.alie.per Federi.ſed etiam fauore agnatorum:ut in c.1. verſ.nec
14 in filiam.de alie.feud.† Item præmitto,quod nemo poteſt diſponere de iure tertij in eius præiudicium,ſine eius cōnſenſu, uero, ficto, uel præſumpto,etiam ſi ſit in ſpe:dummodo ſit ſpes iuridica.c.primo, in princip.de ſucceſsio.feud.l. ſi cum Hermes,C. locat. Modo his præmiſsis redeundo ad quæſitum, eſt dicendum, quod alienatio rei feudalis facta uni ex agnatis proximioribus,etiam non cōſentientē Domino,reſpectu Domini,ualet: quia in hoc non offenditur Dominus,
15 nec fit contra naturam recti feudi,nec cōtra legis prudentiam: †cum feuda uadant in deſcendētes & agnatos,c.1. §. hoc autem notan. qui feu.da.poſſ.& not.in glo.in c.omnes filij.ſi de feu.fue. controuer. & in c. 1. de ſucceſsio. feud. & de grad. ſuc. in feu.cum ſimi.cum igitur mentio ſeu intētio primi datoris ſaltem legis prudentia, fuerit quod feudum ueniret etiam in infinitum, in ſucceſſores deſcendentes ex primo vaſallo:non fit contra legem,ſi uni ipſorum fiat alienatio feudi. Liquet igitur,quod in agnatos cuiuſcūq; gradus ꝓximiores tamē ſint permittitur alienatio quoad dominū:qa in hoc ipſe nō offenditur.Cōcluſio eſt ergo breuis,quo ad dominū dicta alienatio ualet, ſi
16 fuerit facta in agnatum proximiorem. † Capio modo perſonam alienantem:nam dicendum eſt quod rei feudalis alienatio in quemcunq; fiat, ualet in præiudicium ipſius alienantis: quia ſi eſt iuridica: ex ea obligatur,ſecundum naturam ipſius obligationis.Si autem nō ſit approbata dicta alienatio,alienans perdit iura ſua,ut in c.1.uerſ.alioqn de aliena.feu.& in c.1.de eo,qui finem feud.fecit.& D.Innocen.in c.

ex parte de feu.& per D.Bald.in titu.quibus mod.feud. amitta.uerſ. uel ſi cum filia. Ex prædictis apparet quod reſpectu vaſalli alienantis tenet alienatio,quo ad ſui præiudicium de feudo in agnatos, ſeu aliquem ex eis etiam in gradu remotiori:& hoc modo poſſunt intelligi multa iura,puta c.1.§.ſed & res. per quos recipi. inueſtitu. ibi niſi tibi,uel alii ꝓximiori.in c.1. de alienatio.feu.paterni ibi.tamen ſi pa-
17 ternum &c.† Capio modo perſonam agnatorum non conſentientium,qui ſunt in anteriori gradu,quam ſit agnatus,in quem facta fuerit alienatio,& hic eſt diligenter animaduertendum: aut eſt facta habenti parem in gradu agnationis ſeu ſucceſsionis : & tunc ualet irreuocabiliter ſeu irreſolubiliter alienatio: quia ſi non fuiſſet facta dicta alienatio feudum ad eum deueniret,mortuo feudatario tanquàm ad proximiorem,in ordine ſucceſsionis, ſeu in gradu agnationis : ut in c.1.de ſucceſ.feud.& in c.1.de gra.ſuc.in feu.cum ſimili.Si uero haberet parilem in gradu:tunc non tenet efficaciter. qui mortuo alienatore reuocatur ſeu reſoluitur reſpectu parilium proportionibus,quę
18 ad dictos ſpectaſſent pariles alienatione non facta,quia † quod noſtrũ eſt,ſine facto noſtro,a nobis auferri non poteſt, l.ſi Stichum. §. fin.ff. de noua.& in reg.iuris, id quod ueſtrum eſt. & quia nemo poteſt diſponere de iure tertij,ut in tit.ne fi.ꝓ pat.& in tit.ne uxor pro mari. & facit c.1.§.ecõtrario.de inueſti.de re alie.fact.& in l.fin.§. ſed quia ueſtra C.communia de leg.quod not.D.Bald.in c.1.de alie. feud. pater.& in c.1. per quos fi. inueſti. Vbi autem fieret alienatio non proximiori agnato aliis non conſentientibus,per proximiores non conſentientes reuocari poteſt,licet alienatore uiuente ualeat:tamen reuocari põt per dictos proximiores non aſcendentes, ſecundũ formã dicti c.1.§.ſed & res.& eo mortuo reſoluitur ipſo iure, niſi obſtet annalis curſus uel conſenſus ſuperueniens, c. Titius, & ibi gloſ. ſuper uerb.per annum,ſi de feu.fue.contro.& D.Bald.in c.ſi clientulus. de aliena.feu.& ibi D. And.Iſer.concluditur ergo ex prædictis omnibus quod feudum in perpetuũ non poteſt alienari, niſi proximiori agnato parilem non habenti,uel proximiori in gradu in ordine ſucceſsiuo,& hanc partem puto veriſsimam:quia procedit ſecundum diſpoſitionem iuris communis,& equitatem, & cõſuetudinem feudorum,
19 ut patet per iura & authoritates in ſuperioribus allegat.† Circa quintũ articulum,uidelicet,quo quæritur, an agnatus proximior præferatur agnato ſequenti uel extraneo in emendo,dummodo uelit tantum dare de prætio quantum extraneus? Reſpondi agnatum eſſe præferendum,ſecundum D.And.Iſer.in c.1. per quos fi. inueſtit. in uerſ. & hic agnatus præfertur, & eſt glo. in uerſi. proximiori, in c. 1. in §. ſed & res,titu.per quos fi.inueſti.in uerſ.glo.quod agnati,& eſt caſus

in c.1.§.ſed & res,tit.per quos fiat inueſtit.ibi,niſi tibi uel alijs proxi-
20 miori,pro equali pretio accipere uoleti. † Circa ſeptimum,quo quę-
ritur,an ſaltem potuerit alienari feudum in agnatum remotioris gra
dus ſucceſsibilis : tamen conſentientibus agnatis primi uel ſecundi
gradus in præiudicium agnatorum tertij uel quarti gradus.in hoc ar-
ticulo uariant maiores noſtri : nam collegium Mediolanenſe tenuit
alienationem feudi paterni: etiam ſine conſenſu ſuperioris poſſe fie-
ri in agnatos remotioris gradus. Contrariam uero partem tenuit
collegium Bononienſe, inter quos fuit D. Io. de Ligna. ut ipſemet
D.Io.ponit in clemen.1.ſi plures. de iure patronat.in clementinis. in
hoc autem difficili articulo placet mihi amplecti deciſionem famoſiſ-
ſimi collegij Bonon.a quo diſcedere nefas eſſe putarem, uidelicet ut
alienatio fieri non poſsit inter quoſcunq; agnatos remotiores in gra
du,& primo ponam authoritates pro hac parte : ſecundo rationes &
iura.Primo,authoritatem D.Iaco.de Bel.in medium afferro. in titu.
de prohibita feudi alienatio.per fedri.circa principium in uerſ.Quæ-
ritur nunquid vaſallus hodie poſsit alie.agnatis:qui reſpondit, quod
ſic proximiori qui ſucceſſurus ſit,in feudum poſt eum alienantem,&
non alij, ut de alienatio. feu. §. & ſi clientulus. in fin. & per quos ſi.
inueſtit.§.1.uerſ. ſed & res. Sed dictus Iac. in quem eſt facta alienatio
non eſt immediate ſucceſſurus in feudum, poſt eum D. Petrum alie-
nantem.ergo non ualuit alienatio.Idem tenuit D.And.de Iſer. in c.1.
de ſucceſ.feu.quia ſucceſsio reuocatiua habet locũ de gradu in gradũ
& alleg.l.cum pater §.libertis ff.de lega.ij. ſed melius facit l. fin. C.
qui admitti ad bono.poſſeſsio. poſſunt. Idem tenet ut dixit D. Ioan.
de Ligna.in clementi.1.de iure patrona.Idem tenuit Collegium Bo-
nonien.& pro hac parte eſt caſus in c. Titius. ſi de feudo fuerit con-
trouerſia ubi alienatio eſt prohibita in agnatum non proximiorem,
21 & ideo proximior reuocat.† nam attendendum eſt,quod feudum eſt
inalienabile ſine conſenſu Domini: ut in c.1. de prohi. feud. aliena.
per Federic.& ibi per Dominos Iacob.de Bel.& Andr.de Iſer.& Bal.
22 † ubi autem uoluntate Domini alienaretur feudum paternum & an-
tiquum,non ualet alienatio, niſi intercedat uoluntas agnatorum pro-
ximiorum ad quos feudum ſpectat,c.1.de aliena.feud.pater. & ideo ſi
in alienatione feudi paterni interueniret conſenſus illius, ad quem
feudum pertinere debet, immediate ex ſucceſsione, non poſſet ab
ipſo reuocari & firma remaneret alienatio, caſus in c. 1. §. præterea.
quibus modis feud.amitta.& gloſſ.in uerſ.conſentientibus.in c.1.de
alienatio.feudi pater. & ſic patet quòd eſt prohibita alienatio feudi
23 ſiue in extraneũ ſiue in agnatum nõ proximiorem.† hinc eſt,quòd ſi
uaſallus haberet unum agnatum proximiorem, & immediatum illi

alie-

alienaret, ualeret alienatio, neque requireretur alterius conſenſus: cum de nullius agitur præiudicio, nec Domini nec alterius coniuncti. Si uero haberet plures eque proximos & alios remotiores & alienatio facta foret uni ex illi proximioribus intercedēte conſenſu omniū æque coniunctorum, tenet alienatio, cum de præiudicio remotiorū in gradu non agatur, extantibus proximis, qui non conſenſerunt. c. 1. per quos fi. inueſtit. Sed ubi fit alienatio in agnatum remotioris gradus conſentientibus agnatis primi gradus, & non conſentientibus agnatis ſecundi gradus tunc alienatio non tenet in præiudiciū agnatorum non conſentientium: ut in c. 1. de aliena. feu. pater. quia non ualet alienatio, niſi agnatis omnibus conſentientibus, ad quos beneficium quandocunq; ſit reuerſurum. & debet intelligi in quoſcūq; fiat alienatio, ſiue in proximiores, ſiue in extraneos, dummodo ſint alij proximiores non conſentientes, cum utrobiq; ſit ratio prohibitionis ex mente legis. Et pro hac parte facit etiam regula generalis, l. in cōcedendo ff. de aqua pluuia arcenda, l. nam ita diuus ff. de ado-
24 ptionibus, l. de unoquoq; ff. de re iudica. quia † quod omnes tangit, debet ab omnibus aprobari, & l. peto. §. fratre ff. de legat. 2. Item, facit tex. in d. c. 1. de alienatio. feu. pater. ibi: niſi agnatis conſentientibus, & in c. 1. §. præterea. quibus modis feud. amitta. & in c. 1. per quos
25 fi. inueſtitu. † Præterea, alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri l. iniquiſsimum ff. de iuris & facti ignorantia. Ergo uaſallus nō poteſt alienare in præiudicium tertij agnati. facit l. ſi poſt mortem. §. final. ff. de bonorum poſſeſsione contra tabulas. Idem tenet D. Bal. in cap. 1. de alienatione feu. vbi concludit hanc alienationem non ualere in præiudicium agnati. Circa ſeptimum articulum, quo quæritur, an conſenſus iſtorum agnatorum priorū, qui non cōſenſerunt alienationi noceat eorum filiis, ita ut non poſsint ad feudum uenire, propter alienationem paternam, & admittantur alij agnati tranſuerſales, an uero dominus? Reſpondi hunc articulum duos habere articulos. Primus eſt, an in alienatione feudi antiqui & paterni præferatur Dominus, an uero agnati. Secundus articulus eſt, an filius alienantis con
26 ſentientis excludatur a feudo, & admittantur agnati. † Circa primū articulum eſt dicendum, quando feudum antiquum eſt alienatum ſine conſenſu domini, & agnatorum, agnatos proferri domino, ſi feudum eſt paternum, c. 1. in §. porro. uerſ. in prohibendo autem. titu. quali. pote. olim feu. alie. & gloſſ. magna in c. 1. de ſucceſ. feud. & D. Iaco. de Belu. in c. 1. in uerſ. quæritur an hoc habeat locum, ſiue ſit feu. nouum ſiue paternū, de prohi. feu. alienatio. per Fede. Et iſtud eſt expedirū.
27 † Circa ſecundum articulum, capio pulchram doctrinam, & perpetuo menti tenendam D. Iacob. de Belui. & quam ſequitur D. Bald. dicit

eſſe

eſſe ueram in capitulo 1.circa fin.quæ fuit pri.cau.benefic. amittendi. cum quæritur, an feudum perueniat ad dominum uel ad filios uel ad agnatos, aut uaſallus peccat delinquendo, aut alienando. primo caſu aut in dominum: reuertitur ad dominum omnibus alijs excluſis etiã agnatis: ut d.cap.1.§.deniq; ſepe quæſitũ fuit.quæ fuit pri.cau.benefi. amit.primo reſponſo, aut peccat in alium: & tunc peruenit ad agnatos, & non ad filium nec dominum, ut d.§. deniq;. ſecundo reſponſo. & in ca.ſi uaſalli culpam, ſi de feud. fue. controuer. Secundo caſu, aut alienat legitime: & tunc peruenit ad filios ſi ſuperſint, uel ad agnatos ſi filij nõ ſuperſint cap.1.de ſucceſ.cum ſimi.ſi autem illegitimè alienat: tunc peruenit ad agnatos non ad filios. ſed ſi filij alienantis ſuperſint agnati, etiam uiuo alienatore reuocabunt: ſed non extantibus filijs alienantis: tunc poſt mortem.c.Titius.ſi de feu.fue.contro. & prædicta uera niſi agnati conſenſerunt uel anno tacuerunt, ut in d.c.Titius.ſi uero non extarent agnati: tunc reuerteretur ad dominũ c.1.in fi.quæ fuit pri. cauſa beneficii amit. quæ diſtinctio eſt nor. nam in caſu noſtro, ſi dictus Iacobus, in quem eſt facta alienatio eſſet extraneus: quia a communi parente & ſtipite non deſcendiſſet, qui primo ſuſcepit feudum, uel nõ eſſet ſucceſſibilis, quia ultra gradum ſuccedendi: tunc indubitatum eſſet hanc alienationem eſſe prohibitam & ideo ne dum alienans, ſed etiam filii excluderentur: ſecundum diſtinctionem D.Iaco.& Bald.quod hæc alienatio ſit prohibita: ut per D.Iacob.de Bel.in c.1.de prohibita feud.alien. per Federic. & dixi in ſuperioribus articulis latiſsimè: ideo non repeto. Si autem diceremus dictum D.Iacobum, in quem eſt facta alienatio eſſe agnatũ ſucceſsibilem: tunc etiam excluduntur filij alienantis: quia eſt facta alienatio in caſu prohibito, ualet in agnatum remotioris gradus, ut in d. c.Titius, ſi de feud.fue.controuer.& per D.Iacobum de Belui.in c.1. in princi.de prohibita feu.alie. per Federic. Præterea & filii conſentien.excluduntur, quando pater ſe obligat.ſecus autem, ſi eſſet ſim-
28 plex renuntiatio: ut per D.Iacob.de Bel.in ca.1.de ſucceſ.feud. † quia filius non poteſt uenire contra fidem patris l. ca. quæ. C. de reſtitu.
29 militum, & in cap.1. an agnat.uel fil. † nam conuentio etiam liberatoria habet in ſe obligationem. Licet ſecus in renuntiatione ſimplici, D.Bart.in l.ſi unus §.pactus ff.de pact. D.Bald.in rub.C.de pact.& facit quod not.D.Bal.in c.1.de ſucceſsione feud.in 4.conclu.Præterea ubi ſit alienatio in caſu illicito, & prohibito, ut eſt regulariter in feudis etiã in caſu noſtro: ut in c.1.de ꝓhib.feu.alie.per Fed.& dixi ſupra: tunc excluduntur filii: ut in diſtinctio. Domini Iacobi de Bel. & Bal. quam dixi ſupra ti. quæ fuit pri.cau.ben.amit.c.1.§.fi.idem, ſi in fraudem fieret alienatio; ut per glo.in uerſ.in fraudem huius noſtrę con-
ſue-

ſuetudinis in c. I. per quos fiat inueſt. puta quia forte caſtratus, uel ad eam ætatem peruenit, ut filios habere non poſsit. uel ſi ideo fecit ut priuet eum qui in feudum ſuccedere debet: ut ibi plenè per gloſ. & p D. Iac. de Ardizo. tit. quibus mod. feu. amit. §. eſt & alius caſus. uerſ. ſi tamen plures. & per D. Odoſ. in ſumma, qui. mod. feu. amit. §. item, uaſallus. ubi dicit, quòd in fraudem fit alienatio, quando datur in feudum propter deſperationem filiorum, cum non ſperet habere filios legitimos & naturales, & pro prędictis omnibus facit tex. in d. c. Titius. ſi de feu. fue. contro.
30 † Nec enim eſt dubium, ſi filius alienantis uel conſentientis tacuerit anno, uel conſenſerit alienationi tacite uel expreſſe, uel non petierit inueſtituram intra annum excluditur a feudo: ut in c. I. quo temp. & in d. c. Titius. ſi de feu. fue. contro. & ita intellige D. An. de Iſer. in c. uaſallus culpam. ti. ſi de feu. fue. contro. qui dicit, quòd filius admittitur, licet pater alienet feudum paternū: quia eſt intelligendus in caſu permiſſo: puta quando uaſallus dat in feudum, c. I. §. præterea, de capit. Conra. ſecundum diſtin. D. Iaco. de Bel. & Bal. in d. c. I. in fi. quæ fuit pri. cauſa bene. amit. & pro prædictis bene facit, quod not. D. Iac. de Belui. in c. Titius. in uerſ. opponitur,
31 quod filii ubi concludit, quòd † ſi uaſallus alienauerit legittime, præfertur filius alienantis agnatis, c. I. §. I. de ſucceſ. feud. ubi uero uaſallus alienauit illegittimè: tunc filius non reuocat, ſed agnatus, ut in d. c. Titius. Ratio: quia non poteſt contra factum patris uenire, quia nec poteſt eius hæreditatē repudiare, c. I. an agnat. uel fi. & eſt aduertendum, quod annalis præſcriptio, de qua in d. c. Titius. habet locum quando uaſallus alienauit agnato proximioris gradus, ſecus, ſi prorſus extraneo, ſecundum glo. & Iaco. de Bel. in §. Titius. uerſ. opponitur quòd annalis præſcriptio. Eſt tamen aduertendum ſecundum Iac.
32 de Bel. in d. c. Titius. † ſi filius adierit hæreditatem patris non beneficio inuentarii & ex bonis patris ad eum nihil peruenerit, uel modicū uel legitima tantum, & feudum ſit antiquum: de æquitate filius non excluditur a feudo, licet pater alienauerit illegitime feudum. Tamen tex. uidetur ad oppoſitum in d. c. I. an agnat. & ibi tangit D. Andr. de Iſer. facit quod not. D. Io. Faxo. in ſumma titu. quib. mod. feu. amit.
33 uerſ. item ſciendum. Vbi † ſi uaſallus refutet feudum paternum ſuccedunt agnati non filius refutantis, c. vaſalli. titu. ſi uaſal. feud. pri. cui deferatur. & ſic ordo ſucceſſorij edicti hoc caſu peruertitur; quia poſterior gradus priori præfertur, contra. l. I. ff. de ſucceſſo. edicto.
34 † Circa octauū articulum, quo quæritur, an ſtatim poſſit auocari feudum alienatum, an uero dumtaxat mortuo primo alienatore nō expectata morte agnatorū cōſentientiū alienationi, dixi ſtatim agnatū nō conſentientem alienationi poſſe reuocare hodie cum illicita fuerit

rit alienatio,ut per D.Iaco.de Belui.in c.1.de ſucceſ.feud. quia hodie non expectata morte fratris alienantis agnat. reuocat alienationem : quia quando alienatio eſt facta cõſuetudine refragante: tunc in uita alienantis poteſt reuocari. Secus,ſi conſuetudine approbante ſit facta alienatio,ſed demum poſt mortem reuocatur:ut in d.c.1.de ſucceſsio.feu.nam hodie alienatio eſt prohibita , niſi fiat in feudum , ſecundum quod plene notat gloſ.approbata in c.1.§.prętęrea.de capit. Conrad. in gloſ. magna , fiet reuocatio ſtatim,ut per D.Andream de Iſer.in cap.1.§.rurſus.quibus modis feud.amit.& per D.Bald.in cap. 1.de ſucceſsio.feud.ideo in caſu noſtro,cum non fuerit licita alienatio: quia ſine Domini conſenſu & agnatorum omnium,ſtatim pote-
35 rit reuocari † & facit quod notat gloſſa in c. 1. de ſucceſsio. feu. ubi dicit,quòd poſt alienationẽ illicitã ſtatim reuocatur. Ponderandũ tamen eſt,quòd quando uaſallus dat in feudum , ualet infeudatio feudi in uita tantum infeudantis , agnati tamen infeudantis poſt mortem eius tanquam proximiores reuocant iure ſuo feudum paternum. Quod eſt notabile , ut eleganter ſcribit D. Andre. de Iſer. in c.1. per
36 quos fiat inueſtitura. † Circa nonum articulum , quo quæritur , an prętium ſit numerandum ab agnatis,an uero poſsit ſine prætio auocari a dicto D.Iacobo,eſt diſtinguendum,ut diſtinguit D.Iacobus de Bel.in.c.1.per quos ſi.inueſtitu. Aut agnatus reuocat uaſallo mortuo aut eo ſuperſtite, Et ſi ſuperſtite eo,aut filius habet uaſallus,aut non. Primo caſu , quando reuocat agnatus uaſallo mortuo , aut ſuccedit agnatus tantum in feudo , & non in aliis bonis : & non cogitur reddere prætium,c.Titius.ſi de feu.fue.contro. Aut etiam in alijs bonis ſuccedit:& tunc bone fidei emptori tenetur, ut in cap.1. per quos fit inueſtitura . Malefidei uero non tenetur niſi ſit ſtipulatus uel pactus : ut in c.1.in princi.de inueſtitu.de re aliena facta. Secundo caſu principali quando eo ſuperſtite reuocat agnatus,ſi non habet filios : non tenetur agnatus reddere prætium , d. c. Titius. in principio. ſi uero habet filios,cogitur reddere prætium. d.c. Titius. uerſiculo , quod ſi Titius.& pòteſt eſſe ratio,quia filius de iure communi debet pręferri agnato,& tamen non præfertur,d.c.Titius.argu.l.ulti.§.ſi.C.communia de lega.cum itaq; in caſu noſtro. & ideo putarem prætium reſtituendum , ſi emptor fuerit bonefidei. Secus, ſi malefidei , ſi ſtatim reuocat,alias ſecus. Laus Deo.

*Et ita dicit Martinus Garratus Laudenſis cuius conſilium ſubſcripſerunt Spectabiles Doctores D.Turbertus de Tortis, Luchinus de Curte, Iacobus de Puteo, Laurenghus de Yſimbardis , Bertolameus Moronus Doctor Mediolanenſis , Iacobus de Dugnano, Baſianus de Caxetis, & Ioannes de Zipellis.*

Additio Magn. Equitis & Comitis D. Franciſci Mariæ de Plotis.

IESVCHRISTI *totius Orbis Redemptoris, ac Diuæ Virginis* MARIAE *eius matris ſacratiſsimæ Deiparæ, & Reginæ Cœlorum cuius nomen, cum nomine* Beati Franciſci *viri Seraphici indigne habeo, ſacris numinibus inuocatis,* Decreui *nonnullas Additiones facere ad conſiliũ præſens* Excellentiſs. Iurecõſulti D. Martini

37 Garrati, *patritij* Laudẽſis, *præſertim cum illud ediderit in fauorem* Ill. D. Comitum Caſiri & Opidi Maxini, Diœceſis Vercellenſis, *qui ſunt ex Illuſtri & antiquiſsima familia, ac proſapia, & ſtemmate de* Valperga, *quæ quidem* Domus Valperga, *eſt antiquior ceteris omnibus familijs, & ſtirpibus, non ſolum* Taurini, & Vercellarum, *ac* Aſt, *uerumetiam totius patriæ* Pedemontium, & *omniũ ſubditorum* Sereniſsimi Ducis SABAVDIAE, *qui ea de cauſa ſemper ut plurimum ſolitus fuit, in* Patria & *regione* Pedemontium, *habere pro eius* Vicesgerente, & Locumtenente, *aliquem ex familia* Valperga, *maxime* Comitem Maxini, *qui totius domus* Valpergæ *ſolet eſſe caput: Nec mirum: Nam ſtirps* Valperga *deſcendit ex antiquo illo* Heroe Illuſtriſsimo Alaramo *qui filiam* Imperatoris Romanorũ *duxit in* Vxorem, *a quibus deſcenderunt* Comites *deinde creati* Duces Sabaudiæ, & *antiqui* Marchiones Salutiarum, *ac* Marchiones Ceuæ, & *omnes qui ſunt ex familia* Valperga, *qui* Comites *etiam* Valpergæ *ſunt, & appellantur, præſertim illi, qui ſunt* Comites Maxini, & Domini *opidi* Mazadij *apud* Taurinum, *qui ſunt ex* Valperga *proſapia, &* Comites Valpergæ, *inter quos hodie elucent* Illuſtres Comites Io. Petrus Valperga Iureconſultus Vercellarum Moderator & Io. Baptiſta *eius frater militum* Præfectus *clariſsimus, conſanguinei germani* Magn. D. Angelæ Torniellæ *matris meæ filiæ quõdam* Magn. D. Io. Aloiſij Tornielli *patricij* Nouarienſis, *qui eius ſororem* Magn. D. Angelam Torniellam *amitam meam magnam mattrimonio collocauit* Ill. Co. Domino Seraphino *ex Comitibus* Valpergæ & Domino Mazadij *auo paterno ipſorum* Magn. Dominorum Io. Petri, *ac* Io. Baptiſtæ *fratrum de* Valperga.

38 *Nota ergo ex hoc* Conſilio Garrati *quòd aliud eſt feudum antiquum & aliud nouum,* Nam *feudum antiquum eſt illud quod eſt acquiſitum ab aliquo* Aſcendente *qui fuerit parens comunis* Agnationis, & *aliquando etiam dicitur feudum paternum id quod eſt acquiſitum a patre, uel ab alio aſcendente intra quartum gradum;* Et *hæ duæ ſpeties antiquum & paternum ſæpenumero pro eodem ponuntur,* Feudum *autem nouum eſt quod de nouo conceditur ac de nouo fuit acquiſitũ, & habet initium in perſonam illius qui de eo fuit inueſtitus,* Et *hæc omnia ſequuntur comuniter* Doctores & *hanc eſſe comunem opinionem atteſtatur* Illuſtris D. Iulius Clarus, *ſcientia, moribus, ſanguine ac dignitatibus per eum iure merito habitis clariſsimus,* Senator Regius & Ducalis Excellentiſsimi Senatus Mediolani, *deinde ob eius egregias animi dotes creatus* Præſes Ill. D. Quæſtorum *extraordinariorum reddituum* Dominij Mediolani, *poſtea proprio motu* Sereniſs. Philippi Auſtriaci Regis *ter maximi* Hiſpaniarum & *utriuſq;* Scicilíæ *ac* Mediolani Ducis *factus apud eum* Regens & *quidem merito totius ſtatus &* Ducatus & *di-*

*tionis Mediolani in ſuo diuino opere Sententiarũ communiter receptarũ in lib.4. ſenten.§.Feudum.q.8.uer.inter alias,Curt.Iun.tract.Feud.in 1. par. prin. q. 8. col.2.uer.ſub hac prima,Iaſon trac.feud.num.83.uer.tertia diuiſio, ubi allegat Bal.in uſibus feud.in 3.diuiſione,Aluar.in 6.Iacobũ Arditionũ in ſumma in prin. col.2. Mart.Gar. Lauden.c. 1. in prin.in.3. Diuiſione in tit. qui feud.dare poſ. Sed in effectu modica differentia eſt inter feudũ antiquũ et nouum quia ſicuti in feudo nouo nõ ſuccedũt niſi deſcendentes primi acquirentis inueſtiti, Ita in feudo antiquo, agnati ac collaterales qui tamẽ deſcenderũt a primo acquirente inueſtito de ipſo feudo,c.1.de nat.ſuc.feud.Et ita inquit Iaſ.d.nu.83.uer.3ª diuiſio.*

40 *Et quia Inuictiſsimus Rex Philippus Auſtriacus Diui Caroli Quinti Rom. Imperatoris Filius conceſsit Opidum & iuriſdictionem feudum & merum ac mixtum Imperium & omnimodam gladij poteſtatem Pernati Ill. Comiti & Equiti ac Iureconſulto D. Io.Baptiſtæ Ploto Patri meo Priori Venerandi Collegij Magn. D. Iudicum & Iuriſperitorum Ciuitatis Nouariæ cum clauſula quòd illud habeat iure feudi antiqui Gentilis ac paterni numquid iſtud feudum regulabitur tamquàm feudum nouum,an tanquàm antiquum & paternum,& dic quòd regulabitur tamquàm feudum antiquum & paternum & non tamquàm feudum nouum cum Feudi conceſsio procedat ab abſoluta Principis uoluntate qui tamen de ipſo feudo poſsit diſponere,Et hæc eſt com.& magis com. op. ut inquit idem Ill. & ſplendidiſsimus D. Iulius Clarus perpetui nominis Iureconſultus in d. §. Feudum.q.8. uer. inter alias,in fi.ibi Sed hic occurrit, ubi allegat Bal.c.1. num.2.De alien.feud.pater.Iaſ.con.1.col.3. uer. Secundo principali, uol.3. & con.136.col.4.uer.Secundo ſpecialius uol.4.& in Prælud. Feud.num.90. in fi. Dec.conſ.144.num.3.in fi.Cur.Sen.conſ.49. num.58. uer. Reſpondemus enim, Ruin conſ.5.in prin.& conſ.24.num.5. & conſ.45.num.4.uol.1.Pariſ. conſ.5. num.11.uol.1.& hæc eſt com.& uerior op.quam ipſe Ill. D.Iulius dicit ſemper fuiſſe ſequutum,Ergo ab hac tanti uiri opinione nephas eſſet recedere cum legum Alumnus uideatur ac ſit,& pro hac ſententia facit l.1.cum ibi not. per Bart.ff. de leg.1.& hanc eſſe com.op.etiam inquit Ill.D. Aegid. Boſſius tit. de Principe num.312.uer.Et aduerte,ubi tamen hæc limitat quòd tales clauſulæ non operarentur Feudum tranſmitti. in tranſuerſales non deſcendentes primi inueſtiti ubi extaret Decretum ſeu Conſtitutio prout eſt in Dominio Mediolani de quibus dicam hic inferius num.44.uer.ſed heæ limitationes.*

41 *Ex hoc per pulchro Martini conſilio habes notare quòd Feudum alicui conceſſum pro ſe & hæredibus quòd non intelligitur de hæredibus extraneis ſed ſolum de filijs & deſcendentibus in infinitum per lineam maſculinam & ex legitimo matrimonio ſuſceptis adeo quòd in eorum præiudicium feudum alienari non poteſt & eis deficientibus feudum reuertitur ad Principem concedentem aut eius ſucceſſorem etiam quòd extarent hæredes extranei primi inueſtiti de ipſo feudo uel eius ſucceſſoris quia uerbum hæres in materia feudali capitur ſolum pro deſcendentibus de quibus ſupra & non pro hæredibus extraneis , & hæc eſt com. op.*

Iaſon tract.Feud.num 46.uer.An autem feuda.Alex.& Doc.l.ſi patroni ff.ad trebel.Et quòd in materia feudali hæredis appellatione ueniat ſolum filij & deſcendentes maſculi eſt tex.ad literam in c.1.§.ſed diuerſum obſeruatur uer.& ſi clientulus de alien.feud.in uſibus feud.Et ita etiam uoluit Magn.& acutiſſimus Iurecõſultus D.Io.Franciſcus Catius conciuis meus nobiliſſimus & mihi ſanguine coniunctus ex eius genere materno in eius doctis Annotationibus ſuperius factis ad con.ſextum Martini Garrati in littera h ubi etiam hoc limitat non procedere ubi dictum fuiſſet de omnibus hæredibus quia tunc uult etiam in feudis ſuccedere non ſolum hæredes ſanguinis uerumetiam extraneos non deſcendentes.

43 Et idem ubi feudum eſſet cõceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcumq; qui a tunc etiã ueniunt in feudis non ſolum deſcendentes,uerumetiam hæredes extranei qui a primo inueſtito non deſcenderunt,ut per Iaſ.trac.feud.col.15.poſt num.46. uer.tertio limita Bal.l.1.q.33.& 49.ff.de rerum diuiſ. Alex.d.l.ſi patroni col. pen.in prin.ff.ad trebel. Et idem ſi fuiſſet dictum pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunq; quia etiam tunc ueniunt in feudis etiam hæredes extranei non deſcendentes Bal. in c.imperialem col.6.in prin.uer. Sed quid ſi conceſſum eſt feudum , De prohib. feu.alien.per Fed.Iaſ.d.uer.tertio limita,cum nu.49.ibidem ſeq.uer. iſtũ tamen.

44 Sed hæ limitationes non procedunt in Dominio Mediolani quo per nouas Conſtitutiones Cęſareas in tit.de feudis §. Ne benefitiorum cauetur quòd ne memoria benefitiorum intercedat quòd omnes infeudationes aut conceſſiones qualeſcunq; gratuitæ etiam ob bene merita qualiacunq; ſint factæ aut faciendæ de bonis immobilibus,iuribus,uectigalibus aut immunitatibus quibuſuis clauſulis aut derogationibus amplificatæ & munitæ quæ ius trãſmittendi ad fœminas,aut extraneos, uel de eis aliter diſponendi contineant , tranſire non poſſint niſi tantum ad primi acquirentis deſcendentes per lineam maſculinam maſculos , legitime natos, uel per ſubſequens matrimonium legitimatos , ergo in dominio Mediolani ſi concedantur feuda aut alia iura præmiſſa etiam pro omnibus & quibuſcunq; hæredibus & ſucceſſoribus tam ſanguinis quam extraneis non poterunt fœminæ etiã legittimæ deſcendentes nec hæredes & ſucceſſores extranei non deſcendentes a primo acquirente admitti ad ipſa feuda nec alia iura de quibus ſupra ſtante

45 ipſa noua Conſtitutione quæ locum habet non ſolum in conceſſionibus conceſſis aut cõcedendis a Ducibus Mediolani uerũetiam ab Imperatoribus:qui Mediolanum poſſederũt,ut per D.And.Alciat.cõſ.370.incip.Marchiones Soraniæ nũ.9.

46 Et hoc procedit etiam ſi Princeps donaret feudum uel alia iura de quibus ſupra alicui puta Magn. D. Bernardino de Plotis Iureconſulto & conſanguineo meo pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunq; etiam fœminis & extraneis etiam non deſcendentibus cum iuramento facto per Principem de non contrauenìendo & hoc quia iuramentum debet intelligi ſecundum conditionem actus ſuper quo interponitur l.ſi.C.de non num.pec. ac etiam quia Conſtitutio ipſa uult hoc procedere in quibuſcunq; conceſſionibus quibuſuis clauſulis aut derogationibus munitis & ita in ſpetie inquit D.Alciat.conſ.712. incip.pro Comite Sca-

O ij ramutia

*ramutia. Et hoc etiam quia princeps cui non fuit facta mentio de ipſa noua conſtitutione in §. ne benefitiorum uidetur circumuentus & eius iuramentum uidetur erroneum & per importunitatem extortum ergo non præſumitur uoluiſſe derogare ipſi Conſtitutioni in §.ne benefitiorũ,niſi in ſpetie de ea illi facta fuiſſet men-*
47 *tio,& illi derogaſſet in ſpetie,tex.& Doc.in c.1.de conſtit.in 6. Et hæc procedunt etiam ſi adeſſet clauſula motus proprij ex certa ſcientia & de poteſtatis plenitudine cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq; Conſtitutionibus ordinibus & legibus in contrarium facientibus quia non ſufficerent hæc clauſulæ ad derogationem d.§.ne benefitiorum,ex quo ipſa noua Conſtitutio dicit quòd uult habere locum & habeat in quibuſcunq; conceſsionibus prædictis ut non tranſeant ad fœminas, nec extraneos quibuſuis clauſulis aut derogationibus ſint munitæ, glo.auc.hoc inter liberos C.de teſtam.Et quamuis ipſa glo.reprobetur per Bar. in trac. ad reprimen. uer. non obſtantibus tamen Bar. ibi loquitur ubi agitur de tollēdo ius comune & legē comunē,ut per Bar.ibi quia tunc uult ſufficere dicere nō obſtante aliqua lege derogatoria ſed cū hic agatur de tollendo ſtatuto habente clauſulā derogatoriā ut conceſſa & concedenda in contrarium non ualeant quibuſuis clauſulis & derogationibus ſint munita,Sequitur quòd non debet per ipſas clauſulas cenſeri derogatum d.§. ne benefitiorum, niſi in ſpatie illi ſit derogatum, & de ea in ſpetie cum clauſula derogatoria poſita in ipſa conceſsione facta ſit mentio d.c.1.ubi tex.& Doc.de conſtit.in 6.Bar.d.glo.uer.non obſtantibus dum loquitur de ſtatuto habente clauſulam derogatoriam & facit tex.cum glo. in c. ſuper literis de reſcriptis.*

48 *In uno tamen caſu Magn.Pater meus D. Io.Baptiſta Plotus Iureconſultus limitauit nouiter ipſam Cōſtitutionem,Nam Ill.D.Ludouicus Sfortia tunc Dux Barri & Gubernator ſtatus Mediolani pro Nepote Io. Galeatio Duce Mediolani donauerat cuidam Vigleuanenſi pro ſe & omnibus eius ſucceſſoribus maſculis & fœminis & extraneis ius aquæ ducendæ ex rugia Maura pro faciendo Molandinum in agro Nouarienſi in territorio Sozaghi quàm ipſe Ill. Ludouicus in Nouarienſi fieri fecerat & hoc antequàm eſſet Dux Mediolani, poſtea factus fuit Dux Mediolani eius nepote ueneno malo ſublato, Donatarius ipſe deceſsit relicto filio & nepote ex filio ſed idem filius cum nepote deceſsit relicta unica filia, & Fiſcus Mediolani uigore eiuſdem nouæ Conſtitutionis tanquàm ſucceſſor Ducis Ludouici uolebat in fauorem Sereniſsimi Regis Philippi Ducis Mediolani priuare filiam ipſis aquis ne eis uteretur ad uſum Molandini & Magn.pater meus conſuluit pro ipſa filia quòd non erat in caſu dictæ nouæ Conſtitutionis in §.ne benefitiorum ex quo ipſa Conſtitutio loquitur de donationibus & conceſsionibus factis a Ducibus Mediolani,aut Imperatoribus poſsidentibus Mediolanum ergo ipſa conſtitutio non extenditur ad conceſsiones factas per Ducem Ludouicum antequàm eſſet Dux Mediolani de rebus ſuis priuatis, quia qualitas iuncto uerbo uel participio debet intelligi ſecundum tempus uerbi aut participij tex.in l.titius priuſquàm tribunus ff. de milit. teſtam. & ibi Bar. & Doc.Et ubi uerba legis aut ſtatuti non*

conueniunt nō conuenit etiam eius diſpoſitio Bar.l.dies §.prætor ait col.4. num. 25.uer.ultimo nota ff.de dam.infec.Dec.conſ.222.Et quia in eis ceſſat illa ratio Ne beneficiorum Ducum & Imperatorum poſsidentium Mediolanum memoria intercidat ex quo tunc non erat Dux Ludouicus Sfortia Dux Mediolani, er-
49 go ipſa conceſsio remanet in diſpoſitione iuris comunis ſecundum quod donata etiam a Principe niſi ſint feuda tranſeunt in donatarium & filias eius fœminas & extraneos & per eum poſſunt extraneis libere alienari abſq; Principis conſenſu ubi ea in feudū uel in emphiteoſim nō cōceſsit & in dubio præſumitur libere et non in feudum, nec in emphiteoſim conceſsiſſe adeo quòd habens conceſsionem a Principe poteſt de rebus donatis diſponere tam inter uiuos, quàm in ultima uoluntate in fœminas & penitus in extraneos, Old.conſ.159.ex præſenti Ill. D. Iul. Clarus §.feudū q.17.Iaſ.l.cū dubitatur nu.10.uer.tertio principaliter nota,C. de iure emphit.Et ita fuit per Magnificū Magiſtratū Mediolani pro filia ipſa iudicatum contra fiſcum ſecundū Conſiliū Magn.D.Io.Baptiſtæ Ploti Patris mei.
50 Vlterius ex hoc eodem D.Martini Garrati conſilio nota quòd in Feudo antiquo ut ualeat eius alienatio quòd non ſufficit ſolus Principis & Domini directi & Feudatarij alienantis conſenſus,ſed requiritur etiam conſenſus uel ratificatio Collateralium,& aliorum omnium Agnatorum uocatorum ex inueſtitura & priuilegio feudali ad quos feudum poſſet aliquando forte in futurum ire, & hæc eſt regula firma quam tradit Cur.Iun.trac.feud.in 4. par.in rub.ex quib. cau. feud. amit.num.82.in fi. uer. Tertia erit regula, & de hoc eſt tex. cum glo. in c.1. de alien.pat.feud.& ibi Bal.Iſer.Aluar.& Ill.D.Io.Ant.de S.Georgio Mediolani patritius & Præpoſitus S. Ambroſij poſtea creatus Cardinalis S. Rom. Ecc. Et eſt ratio ut inquit hic D. Mart.Garr.in præſenti conſ.num.2. & 14. & 17. quia Princeps etiam ſi eſſet Imperator nō poteſt nec cenſetur uelle tollere ius tertij & ſic ius aliorum agnatorum natorum & naſciturorum uocatorum ex priuilegio Feudali, l.2.§.merito & § ſi quid a Principe ff. ne quid in loco pub. & in c.quàmuis de reg.iur.in 6.& in c.ſuper eo de offic. deleg. Et hoc procedit etiam
51 ſi Princeps concedat & conſentiat motu proprio ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis cum clauſula non obſtantibus, confirmatio & conſenſus enim Principis circa actum inualidū cum prædictis & alijs clauſulis magis prægnantibus non tollit ius tertij Ripa lib.1.Reſpon.2.incip.clerici num.16. glo. & communiter Doc.in c.fi.de confir.util.uel inutil. Bal. in Prælud. feud. col.14. Dec. conſ.373.num.14.cum ſeq.Neuizan.inter con.Bruni con.12.incip. Patres num.
52 136.ubi etiam inquit quòd etiam per ſecundam & ulteriorem iuſsionem Principis
53 non intelligitur ſublatum ius tertij. Et quòd in omnibus conceſsionibus Principū etiā Papæ & Imperatorū & aliorū Principū ſemper ſubintelligitur clauſula poſita etiā ſi nō ſit ſcripta ſaluo iure tertij eſt tex. in l.autoritatem & l.meminerint C.unde ui ubi tex.glo.& Doc.& l.nec auus C.de emancip.Et aliter conceſſa nō ualent l. quoties & l. nec damnoſa C.de præcibus imp. offer. ubi tex. & Doc.
54 Et ſi Rex concedat priuilegium Caſtro tenendi illud ſub corona & illud alteri nō

in

*infeudandi intelligitur in eius præiuditium, non autem tertij cui caſtrum debe r e tur puta filio ubi caſtrum fuiſſet confiſcatum ob patris delictum* Socin. con. 53. *ſuper uolum.*3.

55 Et *ubi* Princeps *facit aliquem immunem qui de iure communi non ſit immunis non debet hæc immunitas redundare in præiuditium uniuerſitatis & particularium ut teneantur ſoluere pro immune ſed* Princeps *pro oneribus ſibi debitis tenetur diminuere onus & compenſare & tantominus accipere, & pro alijs oneribus quæ alijs & non Principi ſoluuntur puta pro oneribus ſalarij Pratoris refectionis ſtratarum & uiarum & pro fortificatione ſeu munitione Ciuitatis tenetur immunis, quia in tertij præiuditium non uidetur princeps conceſsiſſe talẽ immunitatem & ita ſepius & centies Mediolani fuit ſeruatum Magn. Patre meo* D. Io. *Baptiſta Ploto aduocante ſeu poſtulante pro Magn.* Ciuitate Novariæ *contra eos quos Imperatores &* Duces *fecerant exemptos uidelicet eluetios poſſidentes bona in agro Nouarienſi & alios maxime Magn.* D. Io. Petrum Ciconiã *& fratrem & pro hoc eſt tex. in d. l.* 2. §. *merito & d.* §. *ſi quid a principe ff. ne quid in loco pub. & in d. l. autoritatem & l. meminerint ubi tex. & glo. C. unde ui et eſt in iure expreſſum quòd princeps faciens aliquem immunem non immunem de iure communi quod* Princeps *tenetur pro eo ut late docet Mag.* D. Io. Bapt. Plotus *pater meus ſuper interpretatione Conſtitutionis Mediolani immunitatis duodecim liberorũ, & hoc idẽ inquit* Ill. D. Aegidius Boſſius *Senator tit. de Principe num.* 164. *uer. An ſi Princeps, ubi inquit centies hoc fuiſſe ſeruatum ut princeps compenſet in omnibus ſibi debitis onera quæ ſpectant ad eum quem fecit immunem, & quod immunis ſoluũt onera alia quæ Principi non ſoluuntur ſed in alijs uſibus maximè publicis expenduntur.*

56 *Et præmiſſa maxime procedunt in Dominio Mediolani quo extat nona conſtitutio ſub rub. de iure & priuilegio fiſci qua ſic cauetur ius tertij ſublatum eſſe non intelligatur per donationes, abſolutiones, & quaſuis conceſsiones per Principem tam factas quàm faciendas quibuſuis uerbis conceptas, unde litteræ quæ condẽnatis conceduntur ad nouas defenſiones non tollunt ius & intereſſe partis offenſæ, maxime quia contumax debet prius ſoluere expenſas contumatiæ pro qua tam in ciuilibus quàm in criminalibus quis debet condemnari & eas prius ſoluere antequam audiatur* Ill. Boſsius *lit. de litteris Principis num.* 1. & 2. *facit l. ſancimus* C. *de Iudic.*

57 *Sic etiam reſtitutio in integrum & donatio facta per* Principem *per uiam gratiam* Rebelli *uel condemnato aut alij de bonis confiſcatis non trahitur ad bona medio tempore ante ipſam gratiam alii donatis aut alienatis quia ius tertij tolli non poteſt* Bar. Alex. Iaſon & Doc. *in l. gallus.* §. & *quid ſi tantum ubi* Iaſ. col. 12. *nũ.* 62. & 63. & 64. *ff. de lib. & poſthum.* & *docet late Mag.* D. Io. *Baptiſta de Plotis Comes et Eques ac Peruati* D. *in l. ſi quando num.* 9. *uer. ſic et Reſtitutio.*

58 Et *ſolet dicere idem Mag.* D. Io. Bap. Plotus Pater *meus quòd* Deus *optimus* Maximus *poſuit in ore & corde* Diuo, Carolo Quinto Imperatori Romanorũ Augu-

*guſtiſsimo ut conderet ipſam ſanctam conſtitutionem quòd ius tertij nõ intelligatur ſublatum per quaſcunq; conceſsiones tam factas quàm faciendas quibuſuis uerbis cõceptas unde aliàs emens uel acquirẽs ab Imperatore uel Duce Mediolani qui in eius Ducatu eſt loco Imperatoris: erat tutus ut conueniri non poſſet a ueris dominis rerum; ſed tales debebant agere contra Principem uel eius Fiſcum infra quadriennium per tex. in l. bene a Zenone C. de quad. preſcrip. que lex locũ habebat etiam in eo qui a Duce Mediolani emerat aut acquiſiuerat aut titulo donationis habuerat quia Dux Mediolani habet iura imperij in eius Ducatu ut in ſpecie conſuluit Bal. con. 359. In Chriſti nomine amen quemadmodum Imperator col. 2. uer. 2. concluſio uol. 3. tamen ſtante ipſa conſtitutione Cæſarea quòd ius tertij ſublatum eſſe non intelligatur per quaſuis cõceſsiones quibuſuis uerbis cõceptas: prætendens ius in rebus a Principe alteri alienatis uel donatis; non tenetur agere contra principem ſed poteſt agere contra poſſeſſorem acquirentem a principe nec habet locum d. l. bene a zenone nec præſcriptio quadriennij & ita inquit Ill. D. Aegid. Boſſ. tit. de Principe nũ. 85. uer. princeps ſi uendit rem, in fi.*

59 (margin number beside line 4 above)

60 *Et eadem ratione idem dicerem ſi ſupremus Princeps Principum hoc eſt Papa uel Imperator Romanorum uendit aut donat ſeu alio modo alienat alicui Feudum aut caſtrum ſeu terram aut Prædia uel alia iura cum clauſula ſaluo iure tertij quòd tũc eo in caſu non habet locũ d. l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſcrip. quia uerus dominus & quilibet alius ius prætendens poterit agere contra eum cui Princeps alienauit titulo gratuito, aut oneroſo, etiam poſt Quadriennium, de quo in d. l. bene a Zenone, Nec tenebitur agere contra Principem nec Fiſcum nec Cameram eius nam per illam clauſulam ſaluo iure tertij conſtat Principem non uoluiſſe tollere ius tertij nec illi præiudicare Boſsius d. tit. de principe num. 86. uer. Princeps ſi uendit in fi. Alia autem quæ ad materiam pertinent feudalem uide late & copioſe per Ill. D. Iulium Clarum in d. §. Feudũ: Quem Mag. Pater meus inquit eſſe ex antiquo Romanorum ſanguine licet patria ſit Alexandrinus ex quo Diuus Pius Antoninus Imperator habebat in præſidem prouinciæ Euriptium cognomine clarum a quo Illuſtriſſ. Clarorum deſcendit familia ut eſt tex. in l. 3. §. effracture ff. de offic. pref. uig.*

61 *Et adde quòd etiam in Feudo nouo, conceſſo alicui, puta D. Aloiſio Ploto pro ſe & eius Filijs & Deſcendentibus quòd Pater & ſic D. Io. Aloiſius Plotus non poteſt præiudicare filio illud alienando Din. Bal. Ang. Pau. de Ca. & Alex. l. apud Iul. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 1. ubi Alex. poſt infinitas auctoritates inquit quòd magis com. op. uidetur in hac parte inclinare quòd pater etiam in feudo nouo per eũ habito a Principe non poſsit præiudicare filio, Et ita etiã inquit Ill. D. Aegid. Boſsius lit. de principe num. 311. uer. Et quando nõ eſt hæreditarium, ubi allegando Alex. dicit quòd magis com. op. in hoc inclinat quòd pater etiam in feudo nouo non poteſt filio præiudicare quia filij ueniunt ex mortis cauſa capione, & ex diſpoſitione & donatione Principis concedentis & non patris, Et ubi Feudum gratis fuit conceſſum quia tunc pater filio præiudicare non poteſt ubi renontiatio*

patris

*patris loquitur tantum de ipſo patre quia tunc non nòcet filijs & idem ſi pater renuntiat etiam in præiuditium filiorum quia non ualet ubi filij non ſunt hæredes patris uel ſunt hæredes patris cum beneſitio legis & inuentarij , nam hoc caſu alienatio patris etiam in feudo nouo, non præiudicat filijs, ſecus ſi filij ſunt hæredes patris, abſq; beneſitio legis & inuentarij quia filij ſibi præiudicant nec poſſunt reuocare feudum a patre alienatū, ut per* D. Boſſium *d. tit. de* Principe *nū.* 311. *uer.* Et *quando non eſt hæreditarum in fi. ubi allegat* Bal. *in l. qui ſe patris col.* 8. C. *unde lib. l. fi. §. in computatione, ubi glo. uer.* Non *heæ confundantur , in fi. & ibi* Doc. C. *de iur. debitor.*

62 Sed *ſi feudum eſſet emptum ex pecunia patris uel eſſet feudum hæreditarium conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunq; tunc pater ſicuti de qualibet alia re priuata & hæreditaria poteſt diſponere in præiuditiū filij,* D. Boſſius *d. tit. de principe num.* 310. *uer.* Et *ſi eſt hæreditarium, in fi. & num.* 311. *uer.* Et *quando non eſt hæreditarium, in fi. ibi ſed in alio feudo non gratis conceſſo, ubi uult quòd ſiue feudum ſit emptum ex pecunia patris, ſiue ſit donatum a principe patri pro ſe et filijs contemplatione tamen patris, et non filiorum, puta quia conceſſione feudali eſſent expreſſa in ſpetie, et nō in genere ſolum, merita et ſeruitia patris erga principem, uel alias contēplatione patris et nō filiorū quòd pater poteſt alienàdo feudum nouum ſibi donatum pro ſe et filijs præiudicare filijs, ut per* Boſſium *d. uer. ſed in alio feudo non gratis conceſſo, & allegat* Aret. *in l. apud* Iulianū *§. quod ſi alicui, ff. de leg.* 1. *ſed ſi feudum eſſet antiquum , uel haberet clauſulam , quód habēret naturam feudi antiqui gentilis et auiti , tunc pater non poteſt feudum etiam eius contemplatione pro ſe et filijs ſibi donatum alienare in præiuditium filiorum,* Boſſius *d. uer. ſed in alio feudo non gratis, in fi. ibi ſed in antiquo ſentit* Aret. *d. §. quòd ſi alicui.*

63 Notandum *tamen cenſeo quòd feudum alienatum abſq;* Principis *conſenſu ſi eſt feudum nouum quòd deuoluitur ad* Principem, *tex. in c.* 1. *§. fi. quæ fuer. pri. ca. ben. amit. et in c. imperialem §. callidis de prohib. feu. ali. per* Fed. *c.* 1. *de uaſal. qui con. conſtit. lothar. et in c. quid iuris ſit ſi uaſal. feu. alie. recup.* Cur. Iun. *trac. feud. in rub ex quib. cauſis feudum amittatur in* 5. *par. prin. incip.* Quinta *pars principalis num.* 11. *uer. quarta principalis ſit concluſio,* Ill. D. Iulius Clarus *d. §.* Feudum, *q.* 66. *incip. quærò quando uaſſallus priuatur feudo , in fi. uer.* Alij *uero aliter diſtinguunt ſcilicet inter feudum nouum , & feudum antiquum , ubi* Cur. *&* Ill. D. Iulius *dicunt quòd ita tenent omnes* Doctores *ſequendo glo. in c.* 1 *§. hoc quoq; de feudi ſucceſſ.*

64 Sed *ſi feudum eſſet antiquum tunc ſi eſt alienatum abſq;* Principis *conſenſu nō deuoluitur ad* Principem *&* Dominum *, ſed ad filios alienantis , & alios agnatos eius, uocatos ex inueſtitura feudali quibus per dictam alienationem præiudicari non potuit tex. in d. §. hoc quoq; de feud. ſuc. & ita tenent ibidem glo. &* Doc. Et *hæc eſt com. op. & ita tenent omnes* Doctores *ut ait* Cur. Iun. *d. uer.* Quarta *principalis ſit cōcluſio, & hæc eſt com. & uoriſſima opinio quæ ab omnibus* Doctoribus

*ctoribus magis comuniter tenetur ut inquit Ill. D. Iulius Clarus d. §. feudum q. 66. incip. quæro quando uaſallus priuatur, in fi. ibi hanc etiā opinionem, ubi allegat Soc. con. 112. num. 2. uol. 2. Et ſi in feudo nouo adeſſet clauſula quòd haberet naturam feudi antiqui tale feudum nouum ſi abſq; principis conſenſu alienaretur deuolueretur ad filios alienantis & non ad principem ut dixi ſuperius num. 40. uer. Et quia.*

65 *Et etiam uiuente patre alienante, poſſent eius filij & alij Agnati uocati ex inueſtitura feudali, reuocare feudum antiquum alienatum abſq; principis conſenſu quia propter uitium & nullitatem alienationis deficit initium & ideo ſtatim poteſt reuocari, Bal. d. c. 1. §. hoc quoq; col. 1. num. 2. uer. ſed oppono dicitur hic, de ſuc ceſ. feudi.*

66 *Sed pone Princeps uel eius Locumtenens ob publicam lætitiam facit proclama & Decretum gratioſum parcendo omnibus delinquentibus & pro omnibus delictis faciendo gratiam etiam quòd delicta non ſint delata, ac etiam remittendo omnes confiſcationes bonorum ubi tamen per Cameram non ſint realiter apprahenſa, ut fecit Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. D. Conſaluus Ferdinandus à Corduba, Dux Sueſſe, Locūtenens ac Capitaneus generalis Sereniſſimi Regis Philippi Auſtriaci, Hiſpaniarū Regis &c. & Mediolani Ducis, qui die Iouis uigeſimo Aprilis anni Milleſimi quingenteſimi quinquageſsimi noni publicari fecit Decretum gratioſum tenoris de quo ſupra, ob publicam lætitiam Matrimonij ſacri per ipſum Catholicum Regem cōtracti cum Sereniſsima Iſabella filia Chriſtianiſsimi et ferociſſimi Henrici Francorum Regis, An ſi ante ipſum Decretum gratioſum aliquis abſq; Principis conſenſu alienaſſet feudum adeo quòd feudum ſic alienatum una cum prætio uenditionis eiuſdem feudi deuolueretur ad Principem ſeu alium, an talis pena priuationis feudi & prætij confiſcandi iuxta tit. in c. 1. De prohibita feudi alienat. per Feder. cenſeatur remiſſa per dictum Decretum gratioſum? & dico quòd ſic, quia parcendo & gratiam faciendo pro delictis, cenſetur etiam remiſiſſe dictam pœnam priuationis feudi, & confiſcationis prætij, ex quo alienantes & ementes feudū abſq; Principis conſenſu dicuntur delinquere & comittere delictum, ut inquit Iac. Aluarotus d. c. 1. col. 3. nu. 10. uer. quæro ſubſequenter, ubi dicit quòd emens feudum ſcienter abſq; principis conſenſu dicitur eſſe in mala fide, et perdit prætium, & ut patiatur pœnam ex eius delicto non habet regreſſum de euictione etiam ſibi promiſſa per uenditorem, De prohibita feudi alienat. per Feder. Et hoc idem uoluit Aluar. in d. c. 1. §. ſcriba num. 3. uer. quæro ab extra quid ſi ipſe notarius, ubi uult Notarium qui ſcienter rogauit inſtrumentum alienationis feudi abſq; Principis licentia quòd debet puniri pœna manus etiam ſi eſſet minor annorum uigintiquinq;, quia rogando dictum inſtrumentum dicitur comiſiſſe delictum, ut per Aluarotum d. §. Scriba num. 3. & per Præpoſitum ibidem, ergo ex ipſo Decreto gratioſo cenſetur remiſſum dictum delictum & pœna, adeo quod alienans feudum abſq; principis licentia recuperabit feudum ab emptore, & emptor recuperabit prætium ab eo tot. tit. C. de generali abolitione.*

P 67 Nam

67 *Nam ſicuti, ut alienatio feudi ualeat, & non deuoluatur ad Principem ſufficit con ſenſus principis ſiue præcedat, ſiue ſequatur dictam alienationem,* Iac. Aluar. *d. c.1. col.5. num.15. uer. quæro an conſenſus de prohib. feudi alien. per Fed.* Ita etiã *ſufficit ipſa gratia ſiue abolitio ſequens tot. tit. C.* De generali *abolitione.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Magn. & Ill. Iureconſ. D. Io. Bap. Ploti, menſe Auguſti 1567. prædictas fecit addit.

## SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ex quibus præſumatur contractum & conſumatum ubi ſponſalia præceſſerunt.*
2 *Præſumitur contra erubeſcentem.*
3 *Præſumitur cognitio carnalis inter maſculũ & fœminam iuuenes cõuerſantes.*
4 *Matrimonium præſumitur ex confeſſione uel quaſi poſſeſſione.*
5 *Matrimonium præſumptum eſt ſi poſt matrimonium ſequatur copula.*
6 *Matrimonium ex oſculo uel temptando quando præſumatur, & num.7.*
7 *Teſtes ad probandum copulam carnalem quomodo ſufficiant, & num. 8.*
8 *Matrimonium contrahere quis compellitur ubi illud promiſit cum iuramento ſi non ſit impedimentum.*
9 *Matrimonij fauore in dubio præſumitur pro actore.*
10 *Matrimonij contrahendi ſolemnitas ſacri Concilij Tridentini.*
11 *Matrimonium ubi reperitur factum in dubio præſumitur factum etiam ſeruatis ſolemnitatibus Concilij Tridentini.*

## CONSILIVM XXX.

CONTRACTA ſunt ſponſalia per uerba de futuro cum iuramento inter Simonem & Peregrinã, deinde nata eſt vna filia ex dicta Peregrina per x. menſes poſt contracta ſponſalia, dictus Simon iuit ad domum dictę Peregrinæ pluries & pluries, & eam tetigit & palpauit & eam tenuit & reputauit pro uxore. Item eſt ꝓbatũm per teſtes qualiter dictus Simon tempore noctis extinctis luminibus traxit dictam Peregrinam per ſcalam quandam & credunt quòd dictam Peregrinam cognouerit carnaliter, quæritur an per hoc iudicari debeant Simon & Peregrina maritus & uxor.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. Viſo proceſſu & uiſis atteſtationibus agitato & receptis coram Domino Epiſcopo per & inter Peregrinã ex una parte & Simonem ex alia, quæritur quid iuris. Videtur igitur dicendum de iure ſalua deliberatione cuiuslibet rectius ſentientis præfatũ D. Epiſcopum pronuntiare debere dictam Peregrinam eſſe uxorem dicti Simonis, & dictum Simonem eſſe maritum dictæ Peregrinæ

grinæ, nam ſponſalia ſunt probata ut apparet ex proceſſu quia ipſa Peregrina promiſit Simoni accipere eum in uirum & ſponſum, & dictus Simon ꝓmiſit dictæ Peregrinæ eam accipere in ſponſam & uxorem & ita ipſe partes iurarunt ex quibus ſunt probata ſponſalia, ut ꝑ Io. An. in ſumma quarti, in prin. in primo folio & ꝑ Gofre. in ſumma in prima col. & in c. ex literis el. 2. extra de ſpon. Item quia † erubuit
2 dictus Simon in reſponſione quam fecit dictus Simon Domino Epiſcopo an cognouerat dictam Peregrinam carnaliter præſumptio eſt contra eum quòd eam cognouerit l. de minore §. tormēta ff. de quæſtioni & hoſti. in c. cum cauſam de teſti. Item † confeſſus eſt dictus Si-
3 mon quòd eam manezauit tetigit & oſculatus eſt &c. ergo præſumptio eſt cognitionis carnalis, quia a iuuene & Cupido credatur reddita uirgo? quaſi dicat non, glo. in l. ſi uero non remunerandi §. ſi uero non remunerandi §. ſi uero adoleſcens ff. mandati. Item † proba-
4 tum eſt matrimoniū quia poſt ſponſalia dictus Simon tenuit & tenebat dictam Peregrinam pro uxore ut apparet ex confeſsione, licet dicat amplius non tenere, ut per Io. An. in c. ex parte de ſpon. Ibi ſi uero dicat promitto &c. & facit c. ex literis el. primo eodem titulo. Item probatur matrimonium quia dictus Simon confeſſus eſt ſe reputatum maritum legiptimum dictæ Peregrinæ, & propter quaſi poſſeſsionem matrimonij, ut per Bal. in l. neq; natales C. de probat. & facit quòd not. Gof. in ſumma tit. de ſponſali. §. ſponſalia circa finem
5 illius §. Adducitur quoq; quoniam † poſt ſponſalia præſumitur matrimonium præſumptum ſi ſequatur carnis copula c. is qui fidem de ſponſa. & ibi glo. & Io. An. ſed comiſcio ſexuum probatur probata prole quæ eſt hic probata, ut per Io. An. in c. fraternitati de eo qui cognouit conſangui. uxoris ſuæ, ibi unde probata prole &c. Amplius ut dicit Hoſti. & refert Io. An. in c. atteſtationes de ſponſa impu. etiam
6 † temptando dicitur ratificari matrimonium, & hoc fauore matrimonij & propter euitandum animarum periculum, per c. primum §. primo c. tit. lib. 6. ſed ita eſt quòd dictus Simon temptauit ut apparet ex dictis teſtium ſi bene legantur & intelligantur, ergo matrimoniū dicitur eſſe probatum inter dictam Peregrinam & dictum Simonem, nam licet Inno. in c. atteſtationes de deſpon. impu. dicat quòd oſcula uel ſimilis cohabitatio non faciant præſumi matrimonium niſi ſequatur cognitio carnalis, tamen glo. in c. 1. in uerbo modum alium de deſpon. impu. lib. 6. tenet contra, & iſtud etiā tenet Hoſti. & Io. An. in c. atteſtationes in nouella de deſpon. impu. & hæc pars tanquam fauorabilior matrimonio & etiam tutior pro anima eſt tenenda c. iuuenis de ſponſa cum ſy. præterea de hoc eſt caſus in dicto c. 1. ibi niſi per carnis copulam ſubſecutam uel aliquem modum alium ubi pro-

batur ratificatio ſponſalium, & per conſequens matrimonium probatur per alium modum quàm per carnis copulam, & ibi glo. exem-
7 plificat † ſi ſe cõiuges nominabant & amplexabantur ut cõiuges uel quia ſimul habitauerunt, ſed ita eſt quòd dictus Simon & dicta Peregrina ſe tractabant & nominabant ut coniuges & ſe oſculati fuerunt inuicem ut patet in poſitione quadam cõfeſſata, facit etiã quia poſtquàm eſt cognita ut patet ex prole nata potius præſumẽdũ eſt in nobiliorem pręſumptionem uidelicet cognitam a dicto Simone potius eſſe dictam Peregrinam quàm ab alio, maximè quia dictus Simon ſepenumero ibat ad domum dictæ Peregrinæ, facit glo. in c. is qui fidẽ de ſponſali. & l. quint. ff. de dona. inter uirũ & uxorem, maximẽ quia carnis copula probatur ex inditijs l. lutius ff. de condic. & demo. & not. in l. filium ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. Præterea comoditas horę & loci inducit maxime inter ſponſum & ſponſam præſumptionem carnalis cognitionis cum hoc uiſui non pateant ſed ſufficit quòd teſtis reddat rationem per præſumptionẽ quinimo per credulitatem, tex. eſt in c. literis in uerbo credebant de præſump. & ibi glo. quæ incipit non dicit ut ſciebant & Cy. & Bal. in l. teſtium C. de teſti. ſed teſtes producti deponunt de hora cõgrua, ſcilicet de nocte & extincta bina uice lucerna & eam Peregrinam dictus Simon traxit per ſcalam igitur &c. Præterea per unam mulierem deponitur qua-
8 liter per unam uicem &c. † Vltimo & ſi nõ eſſet probatum matrimonium tamen propter iuramentum interpoſitum in ſponſalibus per cenſuram eccleſiaſticam dictus Simon compellendus eſt contrahere non ſubſiſtente impedimento cum dicta Peregrina, tex. eſt in c. ex literis el. 2. de ſponſali. & ibi Io. An. Ex quibus omnibus apparet propter tot & tantas coniecturas & præſumptiones uiolentas eſſe iu-
9 dicandum pro matrimonio † nam licet regula ſit fauendum eſſe reo in dubio, fallit illa regula in matrimonio, ut dicit glo. Io. An. in c. cũ ſint partium de re. iur. lib. 6. in glo. quia fauendum eſt actori in matrimonio. Ex prædictis apparet eſſe cõtractum matrimonium inter dictam Peregrinam & dictum Simonem uel ſaltem compellendum eſſe ad contrahendum matrimonium. *Ego Martinus de Garratis de Laude legum ſcolaris in terra Pontremuli conſulo ut ſupra.*

Additiones Magn. Equitis & Comitis D. Franc. Mariæ de Plotis.

10 SACRVM *Concilium Tridentinum ad tollenda matrimonia clandeſtina & difficultatem probationis, & ne fiant in caſu illicito ordinauit matrimonia fieri non debere, niſi tribus diebus denoncientur prius in Eccleſia a Parrocho, & poſtea fiant in facie Eccleſiæ, præſente Parrocho, uel ubi eſſet probabilis ſuſpitio ex talibus denontiationibus malitioſe poſſe impediri, niſi Ordinarius eis omiſsis con-*

*ceſſerit*

*ceſſerit fieri poſſe matrimonium præſentibus Parrocho uel alio Sacerdote de Ordinarij aut Parochi licentia & duobus uel tribus teſtibus, & niſi præmiſſa ſeruentur Sacrum Concilium annullat ipſa matrimonia, ut patet ex Seſsion. 24. Cap. 1. incip. Tametſi.*

11 *In dubio autem ubi matrimonium reperitur cõtractum, uel coniuges eſſe in eius poſſeſsione, præſumitur ritè ac rectè & ſeruatis prædictis ſolemnitatibus Sacri Concilij Tridentini contractum, donec probetur contrarium, Cor. conſ. 42. uiſis & conſ. 250. uiſo in fi. uol. 1. & con. 11. pro deciſsione col. pen. & conſ. 42. in hac, num. xi. uol. 2. & con. 89. uiſa uol. 3. & con. 145. uol. 4. Crau. con. 1. num. 7. Ill. Doc. D. Io. Bap. Plotus pater meus in Rep. l. ſi quando num. 354. uer. perpetuo not. C. und. ui per tex. in l. ab ea parte ff. de prob. et in l. ſi quis C. de fabric. lib. x.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

Saluo ſemper Diuino iuditio ſummi Pontificis Romani, & Sanctæ matris Eccleſiæ, 1567. menſe Septembris.

## SVMMARIVM.

1 *Matrimonialis cauſa, eſt cauſa magni præiuditij ſolum per Doctorem Iudicem terminanda.*

*Matrimonialis cauſa ſi delegetur alicui qui non eſt Doctor nõ ualet delegatiò.*

2 *Diffinitione rei prius eſt inchoandum. Sponſalia quid ſint.*

3 *Sponſaliorum duo ſunt genera uidelicet de præſenti & de futuro*

*Sponſalia de futuro quot modis fiant.*

4 *Sponſalia de futuro cum minoribus quomodo contrahantur.*

5 *Sponſalia ualida multis modis diſſoluuntur de quibus late hic.*

6 *Sponſalia inualida ſeu illicita de ſe ſunt nulla.*

7 *Matrimonijs & ſponſalibus conſenſus eſt de ſubſtantia, & num. 9.*

*Sponſalibus conſenſus eſt ſubſtantialis, & num. 9.*

8 *Sponſalia de futuro promiſſa quando quis compellatur conſumare contrahendo matrimonium.*

*Sponſalia quando & quibus caſibus diſſolui poſsint ac ſeparari.*

9 *Sponſalia & matrimonia metu contracta non ualent, & uide uſq; ad fi. con.*

10 *Metus probatur ex coniecturis.*

11 *Perſuaſio falſa æquiperatur compulſioni ſiue errori.*

*Error & perſuaſio falſa æquiperantur.*

12 *Metus inducitur ex cõminatione damni et incomodi notabilis in rebus proprijs*

13 *Temporis ratione probatur metus & compulſio, & num. 14.*

*Matrimonia uel ſponſalia facta cum puella dum eius pater laborat in extremis præſumuntur compulſiua ſeu meticuloſa, & num. 14.*

*Sponſalia facta cum Puella dum eius pater eſt in extremis præſumuntur compulſiua & inualida, & num. 14.*

14 Mortis

14 *Mortis extremis ubi laborat pater, ſi filia contrahit ſponſalia præſumitur amens & non ualent, & uide num. 13.*

15 *Sponſalia uenalia ſeu redempta pecunijs ſunt inualida.*

16 *Sponſalia facta cum habente uxorem ſunt nulla.*

*Sponſalia prima ſi ſunt ualida tunc ſecunda ſunt inualida.*

17 *Metus facilius probatur in fœmina quàm in maſculo.*

18 *Sponſalia contracta cum puella habente cuſtodiam uidentur metu facta.*

19 *Sponſalia facta in fortilitio Raptoris ſunt nulla.*

20 *Sponſalia facta in nemoribus & de nocte præſumuntur nulla.*

21 *Sponſalia uidentur metu facta ubi puella ad plura loca fuit translata.*

*Matrimonium præſumitur metu factũ ubi ad plura loca puella fuit trãslata.*

22 *Matris dictum probat pro puella ſponſalia eſſe contracta metu.*

23 *Matrimonia & ſponſalia metu contracta præſumuntur ubi puella pluries (fuit proteſtata.*

*Metus probatur ex proteſtatione.*

25 *Sponſalia & nuptiæ inuitæ ſolent habere malum exitum.*

26 *Raptoris pœna Sacri Concilij Tridentini.*

*Matrimonium Raptoris cum Rapta quando fieri poſſit.*

27 *Raptor punitur pœna capitis & bonorum amiſſione quæ debentur Raptæ, uel monaſterio ſi rapta erat monialis.*

28 *Raptoris bona monaſterio debentur ſi rapiatur monialis etiam quòd ſtatutum confiſcaret bona.*

26 *Raptor pœna capitis non punitur ſed mitius ubi præceſſit tractatus matrimonij contrahendi.*

## CONSILIVM XXXI.

DOMINVS Ioannes de Marano de Parma defunctus eſt relicta uxore & una filia ętatis annorum xj. hærede, Comes Angelus inſpecta hęreditate quę magna erat uoluit iſtam filiam deſponſare, ſed Atanaſius procurator Parmenſis cupidus huius hæreditatis doloſe dixit dicto Comiti Angelo quòd apud ſe erat quoddã teſtamẽtum legiptime factum per dictum Ioannem cuius uigore nõ ſpectabant huic filiæ niſi mille floreni, nomine dotis, cui Atanaſio credidit dictus Comes Angelus nec curauit ob paucitatem dotis accipere in uxorẽ dictã filiam D. Ioãnis, Imo Comes Angelus rogatus a dicto Atanaſio ut ſibi uellet auxilium & fauorẽ præſtare taliter quòd poſſet dictam filiam Ioannis dare in uxorem cuidam ſuo filio præſtitit auxilium & fauorem, quia dictus Atanaſius promiſit ſibi quòd faceret eum liberari ab omnibus debitis quæ habebat cum dicto Ioanne de Marano, cum ipſe Attanaſius haberet omnia inſtrumenta crediti

dicti Ioannis, Et ſic iſtis perſuaſionibus Comes Angelus non curauit de filia dicti Ioannis, imo utſupra requiſitus impulit matrem dictæ filiæ & eius affines ut dictam puellam in ſponſam traderent filio dicti Atanaſij, quæ puella dolens de morte patris, quia hæc fuerunt facta per ij. horas ante mortem patris, & neſciens quid faceret. Impulſa & coacta hinc & illinc nunc ex comite Angelo nunc ex alijs circumſtantibus qui inducti erant per Atanaſium tandem uerbo matris quę etiam nō ſciebat quid faceret dolens de extremis uitæ mariti etiam uerſata a Comite Angelo & aſtantibus præbuit conſenſum deſponſationi filię in filium dicti Atanaſij ut aſſeritur, licet non ſit probatū dixit tamen mater dum conſentiret huic deſponſationi filia mi fac ut potes & ut uolunt iſti poſtquàm aliter fieri nō poteſt, quo facto puella de domo patris fuit aducta & ducta extra Ciuitatē in monaſterium quoddam, quo ſic acto, Comes Angelus fuit auiſatus de fraude ſibi facta per Atanaſium, & quòd dos & hęrediras huius puellę erat maximi ualoris, & propria auctoritate rapuit dictam puellam, & abduxit a dicto Monaſterio, ad quoddam ſuum Caſtrum, deinde eam duxit in quendam eccleſiam prope caſtrum cuius caſtri quaſi Dominus erat dictus Comes Angelus, & illic eam deſponſauit, ut dicit, ipſa puella tamē ſemper flente & nullum aſcēſum præbente ſicut ipſa aſſerit, licet aliqui præſentes qui erant omnes amici dicti Angeli, & familiares dicant quòd puella conſenſit huic deſponſationi, deinde duxit illam ad caſtrum ſuum, & illā retinebat de die in ſiluis & buſchis ne per officiales Parmæ prouideretur dictæ puellæ contra dictum Comitē tandem ipſam duxit Placētiam in domo Dominę Beatricis de Anguiſolis, quo facto peruenit ad aures Magn. Capitanei qui more boni uiri eam iuſſit reponi in propria libertate & miſit ipſam cum honorabili comitiua in Ripaltam caſtrum ſuum ut ſciretur libera intentio puellæ, quem uellet in ſponſum & maritum. Interim Comes Angelus uadit ad Magn. Capitaneū cōquerēs de eo quia ſibi abſtuliſſet ſponſam ſuam, qui reſpondit ſi liberę uoluntatis puellæ eſſet ipſum in maritū habere quòd illam ſibi ſponte reſtitueret. Et conceſſit ſibi literas directiuas ad Poteſtatem Ripaltæ quòd permitteret dictum Comitem Angelum, alloqui prędictam puellam in publico & priuato & ſiſcitari ſuam opinionem ſi uellet eſſe ſua nec ne, & in ſumma requiſita per Comitem Angelum ſi conſenſit quando illam deſponſauit reſpondit quòd non, imo quando ipſam deſponſauit poterat ita ipſam interficere, quia non erat in ſua poteſtate ſed in poteſtate dicti Comitis Angeli de quibus omnibus informatus Magn. Capitaneus a poteſtate Ripaltę per literas ſuas per aliquos dies poſt miſit literas prædicro Poteſtati, ut in publico præſentibus quibuſuis exploraret liberā uolunta-

luntatem dictæ puellæ, quem uolebat in maritum, & quem elligeret illi traderetur, requiſita itaq; ut ſupra fertur quòd dixit ſe uelle in maritum primogenitũ D. magiſtri Ioannis Marchi de Palmenghis, & ſic per D. magiſtrũ Ioannem Marcum fuit honorabiliter ducta in territoriũ Parmæ. Subſequenter Illuſtriſſ. Princeps noſter motus ex iuſtitia uolens quòd matrimonia & ſponſalia ſint libera ſcripſit per literas duplicatas Magn. Capitaneo quòd propter quærelas quas habebat quotidie apparere ſuum eſſet quòd dicta puella poneretur in libertate ſua, & quòd illum quem elligeret in maritum haberet, quia matrimonia nõ debent eſſe coacta in quarum literarum exequutionẽ mandauit Magn. Capitaneus officialibus Parmæ ut apparere Ill. Domini noſtri quod ſibi uidebatur ſanctũ & iuſtum executioni mandarent citatis partibus ut intereſſent dictæ executioni literarum. Itaq; puella repoſita fuit in domo propria in Ciuitate Parmæ ubi admonita per officiales ſemel bis & ter de apparere Illuſt. Domini noſtri requiſita tandem quem uellet in maritum, reſpondit ut ſupra, primogenitum magiſtri Ioannis Marchi de Palmenghis, & ſequenti die fuit deſponſata per filium magiſtri Ioannis Marchi accedente conſenſu matris & auunculi qui ſunt affines proximiores dictæ puellæ, & accedente conſenſu præfati magiſtri Ioannis Marchi ex parte filij ſui, ut conſtat per publica documenta. Quæritur ex prædictis quæ ſponſalia ſint ualida, an prima contracta taliter qualiter cũ filio Atanaſij, an uero ſecũda contracta cum comite Angelo. An uero
1 tertia contracta cum filio magiſtri Ioannis Marchi. Quoniam † ubi agitur de magna re ſiue de magno periculo ibi conſultius eſt agendũ l. 1. §. ſed & ſi quis ff. de car. edic. & l. legaui in prin. ff. de libera leg. & lxj. di. miramur cum ſy. Nam contractus perſonarum ideſt ſponſaliciorum, uel matrimonij eſt magnum & ſolemne & agitur in eis de magno periculo. Ideo maiori diligẽtia & ſtudio eſt agendum, c. conſultationi de ſpon. ibi cum diligentia inquiren. &c. & ibi glo. Ideo tales cauſæ nõ committuntur niſi Iuriſperitis & qui habent poteſtatem iudicandi, c. 1. in fi. de conſan. & affi. Itaq; antequàm ueniam ad deciſionẽ dubitationũ, ſcilicet utrũ prima, uel ſecũda, uel tertia ſponſalia ualuerint, Prius lauabo manus pręmittẽdo nõnulla quę ad quæſtionis reſultantis ex themate præſcripto deciſionem clariorem dabunt intellectum more Iuriſcõſulti in l. 1. in fi. ff. de ori. iur. & l. ſi quis
2 ex argentarijs §. edere ff. de edendo, & quoniam omnis quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio debet proficiſci a diffinitione, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur ut inquit Cicero in prohemio offitiorum & Iureconſulti dicunt diffinitionem ſiue deſcriptionem in iure l. 1. in prin. ff. de dolo l. 1. ff. de teſt. cũ ſororibus ſuis licet
dicantur

dicantur periculoſæ in iure,l. omnis diffinitio ff. de regulis iur. Ideo primordium hac in re ſit quid ſint ſponſalia. Nam ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſsio,nam ſponſalia a ſpondĕdo, quia mos fuit ueteribus ſtipulari & ſpŏdere uxores futuras unde ſponſi & ſponſe appellatio nata eſt,& ſufficit nudus conſenſus l.1.2.& 3. ff. de ſpon. & l.ſufficit eo.tit.& xxx.q.d.c.uoſtrates. Aduertendũ quoq; eſt quòd
3 † duæ ſunt ſpecies ſponſalium ſecundum Archi. in c. 1. de ſpon. lib.vj. quia alię ſunt de præſenti,aliæ de futuro,ſponſalia de præſenti ſunt illa quæ cŏtrahuntur per uerba præſentis temporis,c.ſi inter uirum de ſpon.duo c.licet & dicuntur impropriè ſponſalia quia uerè eſt contractum matrimonium quod dictum Archi.intelligo uerum in puberibus ſecus in impuberibus,c.1.§.1.de ſponſa.impube.lib.vj. quia tũc dicuntur ſponſalia de futuro & infra dicam. Sponſalia de futuro contrahũtur quinque modis, primo ſimplici ſponſione ut accipiã te,d.c. ſi inter c. 2. & c. is eo. ti. de ſponſa. iuramento interpoſito eo. ti. de illis. Item datis arris ſponſalijs,ſcilicet pecunia,uel alijs rebus C. de ſponſali.l.arris. Item anuli ſubarratione de deſpon. impu. tue. Item
4 dicit Io. An. in ſumma ſuper quarto decretalium quòd † ſponſalia de futuro contrahuntur cum minoribus,ſcilicet impuberes exprimunt conſenſum de præſenti,c.1.§.idem quoq; de ſpon. impub.lib.vj. & c. ſi.eod.tit.minores autem ſeptĕnio tam maſculus quàm fœmina non poſſunt contrahere ſponſalia l.in ſponſalibus ff.de ſponſa. nec oritur tunc publicæ honeſtatis iuſticia ſiue ambo ſint minores ſeptĕnio,ſiuè alter,c.1.in prin.de ſpon.impub.lib.vj.& requiritur quòd ſint completi illi ſeptimi anni,cum iſtud tumpus pro forma ſit a iure limitatũ niſi malicia ſuppleret ætatem,& mulier temptata fuerit c.iuuenis de ſponſa.& ita tenet Archi.& Io.An.in c.1.de ſpon.impub.lib.vj. ſed in matrimonio contrahendo in maſculo xiiij.anni,in fœmina xij.anni. Et ſolet quæri ratio diferĕtię cur in infantia uſq; ad ſeptimũ cŏueniũt mares & fœminæ ſed in pubertate diſconueniunt, ut ſupra iuriſte aiunt quòd natura fecit pubertatem diſparem in ſexu cum percipiamus naturaliter fęminas pubeſcere in duodecim anno,& maſculos in xiiij. anno. & lex poſitiua debet conuenire naturali, inſti.de adopt. circa medium 4.di.c.ut autem & uide Io.An.in c. 1. de ſpon. impub. lib.vj.in nouella facit quãdo tutor uel curator eſſe deſijt §.ſi.& inſti. qui. mo.tutel.fin.in prin.Ait quoq; Inno.in c.puberes de ſponſa.impub.quòd ideo ponitur ætas xij.uel xiiij. annorum quia præſumun-
5 tur potentes generare niſi probetur contrarium.† Qualiter autem diſoluantur ſponſalia,Inno.in c.ſicut de ſpon.dicit quòd viij. modis. nam contrahens cum duobus uel duabus, primis ſponſalibus eſt inherendo ut in d.c.ſicut fallit ſecundum Inno. primo ſi alter ſponſorũ

ad religionem tranſit de conuerſio.coniuga.c. ex publico. Secundo ſi ſponſus uagus non inuenitur de ſponſali.c.de illis autem. Tertio ſi alter coniugum ſit leproſus uel paraliticus uel naſum amittat, uel deterius ei contingat, c. quemadmodum de iureiurando. Quarto ſi perueniat affinitas 27.q.1.ſi quis ſponſa filij & ſufficit hoc caſu ſolam famam probare, c.præterea de ſponſali. Quinto ſi mutuo conſenſu ſe abſoluant,c.pręterea all. Sexto ſi alter fuit fornicatus d.c.quemadmodũ. Septimo ſi cũ alio per uerba de præſenti contraxit de ſponſa. duo.c.1. quòd intelligo in maiore xij. in fœmina, & xiiij. in maſculo aliàs ſecus,c.1.§.1.de ſpon.impub.lib.vj. Octauo ſi in minore ętate fuerit contracta ſponſalia ab ambobus, nam cum ambo ad legiptimã ætatem peruenerint uterq; altero inuito licentiam nubendi obtinebit de ſpon.impub.c.de illis el.primo. Io.An.in ſummula ſuper quarto decretalium addit alios modos, puta propter ſuſceptionem ſacri ordinis quod non habet locum in ſponſalibus de præſenti, ſecũdũ Io. & Bar.27.q.2.de ſponſatum & de conuerſi.coniug. ex parte & uide in c.primo de uoto & uoti redemptio, lib.6. Item cum alter fornicatur ſpiritualiter ideſt tranſit ad hæreſim 28.q.1.non ſolum & c.iam nunc. Item cum quis promiſit contrahere infra certum tempus, nec ſtetit per eum quo minus infra tempus contraheret dicto c. ſicut. Item cũ ſuperuenit cognatio legalis uel ſpiritualis ſecundum Hoſti.in c.ueniens in fi.de cogna.ſpirituali.ar.de eo qui cogno.conſan.uxor ſuę c.
6 ueniens, & prædicta uera in ſponſalibus quæ tenent de iure. Sed † in ſponſalibus quæ non tenent de iure, puta propter metum affinitatẽ & errorem &c. tunc non eſt tractandum de diſolutione quia priuatio & diſſolutio pręſupponerẽt habitum l. manemiſsiones ff. de iu.& iure l.decem ff.de uer.ob.& quod nullum eſt rumpi non poteſt l.nam & ſi ſub conditione §.poſt defectum ff.de iniuſto rupto eo enim caſu quo ſponſalia tenent eſt iuditium eccleſiæ neceſſarium, quando ex aliqua cauſa diſoluitur ſed ſi non tenent non eſt iuditium eccleſiæ neceſſum, Inno. in c.de illis el.primo de ſponſa. impube. Animaduer-
7 tendum quoq; eſt quòd † ſubſtantiale in ſponſalibus eſt conſenſus, l. ſufficit & l.ſponſalia, ff.de ſponſa.& c.1.de ſponſa.lib.6. & ibi dicit Archi.in uerbo conſenſus quòd impedimento iuris ſponſalia nulla præſtant impedimentum publice honeſtatis c.ad audientiam eo.tit. ſed illa quæ ſunt nulla impedimento ætatis non inducunt impedimentũ publicæ honeſtatis, c. literas de ſponſa. impub. ratio diuerſitatis eſt quia adeſt cõſenſus utriuſq; qui ſubſtãtialiter & formaliter inſpicitur nuper.de bigamis qui conſenſus deffectu ætatis deficit, nec fuiſſe fingitur c.cum dilectis eo. tit. In talibus ergo inſpicimus affectum non
8 effectum ſecundum Hoſti.& Innoc.in dicto c. nuper. † Circa ſponſaliorum

ſaliorum ſeparationem facio talem breuem diſtinctionem,aut ſpon-
ſalia ſunt contracta interpoſito iuramento aut non. Primo caſu aut
uterq; conſentit,& tunc diſſoluuntur ſponſalia,c.2.de ſponſali. ſi alter
petit alter non,non debet ſeparari ſed cōpelli ad ſponſalia ipſa con-
ſumanda,c.ex literis de ſpon.niſi rationabilis cauſa ſubſiſterit ut ſupra
dixi ut in d.c.quemadmodum de iureiurando &c. Secūdo caſu quan-
do non interuenit iuramentum, aut ſponſalia ſunt contracta per pa-
rentes,aut per principales perſonas,ſi per parētes aut erant infra le-
giptimam ætatem cōſtituti,& tunc tenentur expectare uſq; quo per-
uenerint ad ætatem,c.1.de ſpon.impube. aut erant ætatis legiptimæ
quando fuerunt ſponſalia contracta pro ipſis per parentes & tunc ſta
tim poſſunt reſilere,c.1.eo.tit.ſi uerò per principales perſonas con-
tracta ſint & tunc aut erant infra ætatem cum ſponſalia contraxerunt
& tunc ante ætatem nullatenus ſunt audiendi c. de illis el.primo, de
ſponſa. impub. aut unus erat in maiori ætate, alius in minori tunc ſi
minor reclamauerit poſtquàm peruenit ad ætatem legiptimam poſ-
ſunt iudicio Eccleſię ſeparari dicto c.de illis §.2.aut ille qui in maio-
ri ætate erat petit diuortium & non debet audiri,ut d.c. de illis, in fi.
& hoc intellige niſi ſit uiolentia illata quia tunc ſunt nulla & ſeparari
poſſunt c.de illis in fi.& c. ex literis in fi. & de ſpon. impub. & c. ue-
niens de ſponſali. His ſic poſſetenus diſcurſis uenio & deſcendo ad
dubitatā deciſionem & dico dicta ſponſalia prima cū filio Atanaſij &
ſecūda cum Comite Angelo eſſe nulla,& cōſequēter tertia ſponſalia
canonicè contracta cum filio primogenito magiſtri Ioannis Marchi
ualida & de iure debere ſortiri effectū quod egreg.infra demōſtratur.
9 †Sponſalia & matrimonia dependent ſubſtantialiter a conſenſu l.nu-
ptias,ff.de regul.iur.& l. ſponſalia ff.de ſponſali.c. ueniens el. 2. & c.
cum locum de ſpon. in tantum ut ſtipulatio pœnę non ualeat,l.ticie
in prin.ff.de uer.ob.& ideo etiam maiores ſeptenio non intelligen-
tes non contrahunt ea glo.in l.in ſponſalibus ff.de ſpon.ſicut etiam
dicimus quòd in cōtractibus rerū nihil tam ſubſtātiale eſt quàm con
ſenſus,l.conſenſu ff.de act.& obli.& Bal.in conſilio ſiſmat. poſito in
6.codicis, ideo in dote matrimonio & ſponſalibus ſpeciali iure re-
ceptum eſt ut ipſo iure non ualeant,ſed ueniant reſcindenda,glo.Ia.
But.& Bar.in l.ſi mulier §.ſi dos ff.quòd me.cauſa d.c. cum locum,&
c.ueniens all. ſed prima & ſecunda ſponſalia non fuere contracta li-
berè & contractu ſpontaneo ſed perſuaſo erroneo meticuloſo & tur
bato ut infra clarè probabo.Igitur ſponſalia tertia ualida ꝓprio con
10 ſenſu contracta prima autem & ſecunda nulla. nam†metus probatur
ex coniecturis quæ Iudicis arbitrio relinquuntur. Inno. in c. cum di-
lectis extra quòd metus cauſa,glo.& Bal.in l.interpoſitas C.de tranſ.

Item ex inditijs probatur cõtractum aliter ſe habere, Bal. in c. 1. de feudo dato inuicem l. comiſ. ſed hic ne dum ex coniecturis ſed ueris ꝓbationibus apparebit in iſtis ſponſalibus conſenſum non adfuiſſe, imo metũ & errorem ut infra. Primo ratione erroris ſiue perſuaſionis & multiplicis ut ita dixerim infeſtationes factę puellę prima ſpon
11 ſalia fuerunt nulla quia † perſuaſionis æquiperantur compulſioni ſiue errori, tex. rotundus in l. 1. §. perſuadere ff. de ſer. corp. glo. & Bal. in l. prima C. ne fi. pro pa. nam nihil eſt tam contrarium conſenſui quàm error l. ſi per errorem in fi. ff. de iur. om. iudi. nam error remouet conſenſum ab actu. Itaq; cum tales perſuaſiones inſtantiſsimè fuerint factæ puellæ in ſponſalibus contrahendo, cum filio impubere Atanaſij relinquitur talia ſponſalia inſtigata ut in ſerie facti proponi-
12 tur fore nulla maximè cum debeant eſſe libera. † Secundo cum probatur ratione metus damni & incõmodi notabilis in rebus proprijs puellæ, nam ſi quis timet graue damnum in rebus proprijs iſte eſt iuſtus metus, Cy. & Bal. in l. interpoſitas C. de tranſ. & Bar. in l. ſi ob turpem ff. de condi. ob tur. cauſam, ſed iſta puella niſi contraxiſſet ſponſalia cum filio iſtius Atanaſij patiebatur magnam iacturam, quia Atanaſius eſt notarius & procurator habens iura & inſtrumẽta paternorum bonorum quæ ſubtraxiſſet & obticuiſſet in graue damnum dictę puellæ niſi ipſa puella cõtraxiſſet dicta ſponſalia prima cum filio Atanaſii. Igitur ſponſalia nulla dicto c. cum locum dicto c. de illis el. 2. cũ
13 ſy. † Tertio ratione temporis demonſtratur hæc ſponſalia non fuiſſe libera ſed compulſiua quia non eſt honeſtum quando pater puellę agit in extremis puellam contrahere matrimonium & ſponſalia, imo ius uult quòd ſponſalia iam contracta differantur propter mortẽ patris l. ſæpe ff. de ſpon. ergo multomagis contrahenda quia turpius eicitur &c. c. quemadmodum de iureiurando maximè quia tunc pater non intelligebat quid ageret cum laboraret in extremis & contrahere ſine conſenſu patris & maxime in tali caſu eſt contra honores & bonos mores & inducit odium capitale l. 3. §. ſi emancipatis ff. de bono. poſ. contra tab. & Bal. in l. omnem C. ad tertul. Itaq; ex hac
14 coniectura colligi talia ſponſalia nõ eſſe libera. † Quarto mortis paternæ cogitatio ſuadet hic ſponſalia non ſpontanea, ſed ut turbata & amẽs puella morte paterna ſic dixiſſe in autem de tri. & ſemiſ. §. illud & l. hac conſultiſsima §. at cum humana fragilitas C. qui. te. fa. poſ. qs enim in morte paterna non turbatur nemo quidem &c. quinimo lex uoluit illo tempore neminem conueniri poſſe l. 2. §. fi. cum l. ſe. ff. de
15 in ius uocan. &c. † Quinto quia arbitrium redemptum nõ debet habere locum in ſponſalibus, l. ſi pater C. de ſponſa. ſed iſte Atanaſius, & iſte Comes Angelus propter diuitias puellę hæc ſponſalia redimebãt

ut

ut apparet in ſerie facti, quia dicebat Atanaſius quòd hæ diuitiæ non ſufficiunt dicto Comiti Angelo, ſed ſuo filio &c. ita ut quodammodo
16 eſſent ſponſalia uenalia. † Nunc uero ad ſecunda ſponſalia uenio, & ſi præſuponeremus dictum Comitem habere uxorem, nemini dubiũ eſſet quòd ſponſalia aut eſſent nulla aut diſſoluta, c. primo de ſpon. duorum & c. ſi inter de ſpon. & Inno. in c. cum apoſtolice de ſponſa. Item ſi præſuponeremus prima ſponſalia ualida, tunc ſecunda ſua nõ ualerent, c. ſicut de ſponſa. ſed quia ut clariſsimè demonſtraui prima ſponſalia ſunt nulla ratione metus uel compulſionis, ideo alia ratione dico dicta ſponſalia Comitis Angeli fore nulla ratione metus uel uiolentię. Ptimo metus probatur ex qualitate pſonę ipſius Comitis Angeli, qui dicitur potens, & ratione potentię probatur metus, glo. in c. cum dilectis, quòd metus cauſa facit l. fi. & pe. C. quòd metus cau
17 ſa, & eſt not. quòd † facilius probatur metus in fœmina quàm maſculo quia non tantum metus requiritur in fœmina ſicut in maſculo 32. q. 6. indignantur & glo. in c. cum locum de ſponſali. & maximè in hac puella cõſtituta in teneri ætate in impubertate, quia quicquid uidet ignorat eius ætas l. fi. ff. de iur. & fac. igno. & l. 1. C. de fal. mo. cum ſy.
18 Secũdo pſuppono quia iſta non erat in libertate & ſic † ſponſalia ſunt nulla tanquàm nõ libera propterea quia Comes Angelus cepit puellam & eam tenebat nec eam unquam reliquit donec de facto contraxit ſponſalia, & ſic cecentur coacta l. qui neq; ff. de uerbo. ſigni. & Bar. in l. qui in carcere ff. quòd me. cauſa, quia ille qui habet cuſtodiam nõ dicitur in libertate licet non ſit in carceribns, ut dicit Ia. de Are. &
19 Bar. in d. l. qui in carcere. Tertio † qualitas loci hoc mihi demonſtrat quia eam duxit ad fortalicium & caſtrum proprium l. 2. & ibi not. ff. qui ſatiſ. da. co. & facit quòd in ſimili no. Bar. in l. fi. ff. ſi cer. pet. facit quòd not. Inno. in dicto c. cum locum de ſponſa. ubi coactio dicitur
20 ſi capitur uel tenetur uel ligatur & ſimilia. Quarto † temporis qualitas metum oſtendit, quia tempore noctis eam tenebat in nemoribus & qui malè agit odit lucem, c. conſuluit de offi. deleg. et contra ſecreta facile præſumitur, Io. An. in c. ubi periculum de ellec. lib. 6. in
21 no. facit 81. diſtinct. c. cleric. Quinto idem perſtringit † multiplex tranſlatio de loco ad locum ſemel ad monaſterium ſemel ad caſtrum proprium, poſtea ad aliud caſtrum in Ticinenſi Ciuitate, quæ qualitates inducunt non libertatem puellæ ſed meticuloſitatem, nam ſi uerba inducunt metum l. 3. in glo. ff. ex qui. ca. maio. multomagis facta l. de quibus ff. de legibus cum ſy. & hoc fundamentum facit etiam contra filium Atanaſii quia fuit ducta extra ciuitatem Parmæ de domo
22 paterna ad quoddam monaſterium. Facit † quoq; dictum matris quæ dicit iſta ſponſalia non libera neq; ſpontanea quod dictum matris

tris ualde prodeſt tertiis ſponſalibus glo. in c. cõtinebatur de ſpon.
23 impub. in uerbo præſertim. Sexto † contra prima & ſecunda ſponſalia faciunt proteſtationes factæ pluries per puellam quando fuit in libertate quia quamprimũ fuit in libertate dixit dicta ſponſalia meticuloſa & contra eius ſpontaneam uoluntatem fuiſſe contracta ut conſuluit Dominus Oldra. pater legum conſilio 35. c. tue. & c. ad locũ de ſponſa. Et ideo non ob. c. inſuper qui ma. ac. cum ſy. quia loquitur quãdo poteſt aufugere & nõ aufugit, hic uero cũ potuit aufugit ma-
24 ximè quia in dubio † proteſtationes declarant uoluntatem Inno. in c. cum M. Ferrarien. de conſtitut. & ex poſteriori actu proteſtationis declaratur uoluntas præcedens meticuloſa ff. ad macedo. l. item ſi filius al. l. ſed iuli. §. interdum cum ſy. in fi. & glo. in c. is qui de ſponſa.
25 facit † etiam quia nuptie inuitæ ſolent habere malum exitum, quia quod quis non diligit facile contemnit c. requiſiuit de ſpon. & glo. in c. 2. eo. tit. Itaq; Illuſtriſsimus Princeps iuſtiſsimus uolens quòd nemini deſit iuſtitia iuſsit puellam poni in propria libertate ut declaret uoluntatem ſuam ſecundum tex. in dicto c. cum locum de ſpon. qui dixit quòd omnia ſponſalia prima & ſecunda fuere meticuloſa ſed dumtaxat uoluit filium D. magiſtri Ioannis Marchi Phiſici.

*Ita ergo ut ſupra conſulo ego Martinus Garratus de Laude.*

Additiones Magn. Equitis & Comitis D. Franc. Mariæ de Plotis.

26 *Hodie ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini inter Raptorem & Raptam nullũ poteſt conſiſtere matrimonium quamdiu Rapta in poteſtate Raptoris permanſerit, & ſi rapta a raptore ſeparata & in loco tuto & libero conſtituta illum in uirum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habebit, Et nihilominus raptor & illi omnes qui conſilium auxilium & fauorem eidem præbuerunt ſunt ipſo iure excommunicati, & perpetuo infames, omniumq; dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant, & raptor tenetur raptam ſiue eam in uxorem duxerit ſiue non duxerit, decenter arbitrio Iudicis dotare, ut patet ex ſacro Concilio Tridentino in Seſsion. 24. Cap. 6. incip. Decernit ſancta Synodus.*

27 *Et adde quòd raptor mulieris honeſtæ punitur pœna capitis naturalis & ſic ultimi ſupplitij & eius bona ſunt raptæ mulieris l. 1. C. de rap. uirg. Sed ex noua conſtitutione Mediolani bona raptoris cõfiſcantur, et raptor punitur pœna capitis.*

28 *Et hoc intellige ubi rapta non erat monialis, quia ſi erat monialis bona raptoris debentur monaſterio etiam hodie quia ius monaſterij non uidetur ſublatum per ipſam nouam conſtitutionẽ §. [illegible] pen. in auc. de ſan. Epiſ. Iaſ. auc. quas actiones num. 10. C. de ſac. ecc. iunctis not. per Celſum Hugonem trac. clauſularum num. 44. uer. clauſula non obſtantibus alijs conceſsionibus contrarijs, impreſſo in primo tomo trac. Fel. c. nonnulli, num. 19. uer. prima concluſio de reſcrip.*

29 *Prædicta limita nõ procedere de iure ciuili et canonico reſpectu pœnæ capitalis ubi mulier nõ rapitur cauſa libidinis ſed cauſa matrimonij cõtrahẽdi, quia prius præ-*

*ceſ-*

*ſerat tractatus de matrimonio contrahendo, Nam tunc raptor non punitur pœna mortis, ſi non cognouit carnaliter raptam, ſed ſolum punitur arbitraria pœna mitiori abſq; morte per tex. in c. cum cauſa ubi tex. glo. Abb. & Doc. de raptor. And. Barbac. conſ. 71. ſapienter magnus ait pſalmiſta col. 2. cum ſeq. uol. 2. Ill. D. Io. Bap. Plotus pater meus in Rep. l. ſi quando num. 48. uer. Et omnes C. und. ui. fa. tex. in l. 1. in fi. & ibi glo. ff. de abigeis. Et ita declarauit Excell. Senatus Mediolani anno 1556. condemnando Ill. Comitem Franciſcum Landrianum detentum ad perpetuum exilium & bonorum confiſcationem etiam feudalium cũ feuda eſſent noua, ob raptum per eum factum de Illuſtri uirgine D. Barbara Triultia inuita & contradicente raptui & abnepote Illuſtriſsimi & magnanimi Herois D. Io. Iacobi Triultij Mediolani patritij, Marchionis Viglenani, & pro regis Francorum in Italia, ex monaſterio S. Claræ Mediolani eo quod præceſſerat tractatus matrimonij inter eos contrahendi, & illam non cognouerat carnaliter, & a pœna mortis eum liberauit Senatus ipſe Excell. Mediolani.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Verbis aut factis declaratur uoluntas.*
2 *Electione unius ex contrarijs alij cenſetur renontiatum.*
3 *Emphiteotæ caducitas quando cenſeatur remiſſa & num. 5.*
4 *Caducitatis materia ſtricte procedendum.*
5 *Feudatario & emphiteotæ quando cenſeatur remiſſa pœna & caducitas.*

## CONSILIVM XXXII.

DOMINA Donina de Fazardis de Papia in perpetuum fuit inueſtita a Domino Priore & fratribus Sancti Auguſtini de domo una iuris dictæ eccleſiæ, de qua ſpetialiter mentio fit inueſtitura perpetua dictæ D. Doninæ, & hoc ut pro ficto ſingulo anno dicta D. Donina det flo. 8. cum hoc pacto uidelicet, quòd dicta D. Donina teneatur & debeat expendere utiliter & neceſſario in ipſis domo & hædificiis infra tres annos a feſto ſancti Martini proxime futuro in antea numerandos florenos ſexaginta, quos ſi non expendiderit quod ipſa D. Donina cadat & cecidiſſe intelligatur ipſo iure & facto ab omni iure præſentis inueſtituræ & ab omni utili dominio & naturali poſſeſsione quæ ipſa D. Donina reperiatur habere in dicta domo, & hoc ſi eiſdẽ D. Priori & fratribus placuerit, & in dicto caſu liceat & licitũ ſit ipſis D. Priori & fratribus atq; capitulo ſua propria autoritate intrare & apprehẽdere apprehenſamq; retinere domũ &

de prędictis apręhēſamq; retinere pro eorū libera uolūtate. Dicta D. Donina in fine triū annorū reperitur expēdiſſe floren.40.in d.domo tantū & nō flor.60.prout erat inter ipſas partes cōuentū, uerūtamen eſt quòd dicta D. Donina omni anno ſoluit fictum dictæ Eccleſiæ ut apparet ex confeſsionibus generalibus quas habet in quibus generalibus confeſsionibus nulla fuit facta reſeruatio per ipſos D. Priorem & fratres de dictis melioramentis utſupra, nec de aliquo eorum iure competenti dictæ Eccleſiæ occaſione caducitatis dictæ domus, imo prædictæ confeſsiones factæ fuerunt ipſi D.Doninæ puræ & ſine aliqua iuris caducitatis reſeruatione. Modo D.Prior & fratres uolūt auocare dictam domum cum melioramentis factis, eo quia non reperitur quòd dicta D. Donina expenderit dictos flor. 60. in dicta domo ſecundum conuentionem infra terminum, ipſa D. Donina dicit quòd non cecidit propter confeſsiones generales ſibi factas in quibus nulla eſt exceptio caducitatis nec reſaruatio iuris.

*Quæritur quid iuris.*

1 Dicendū eſt de iure dictam D.Doninam non cecidiſſe a iure ſuo. Primo quia a uerbis diſpoſitionis claris non eſt recedendum l. 1. §. ſi is qui nauem uer.in re dubia. ff. de exer. l. ille aut ille §. cum in uerbis ff.de leg.3.& no.glo.in l.ſemper in ſtipulat.ff. de re. iur.cū ſy.ſed ita eſt quòd illa pacta ſunt clara quia dicūt quòd cadat D.Donina ſi placuerit Priori & fratribus & non placuit eo p̄ſupoſito quòd fecerunt confeſsionem liberam recipiendo poſtea canonem ut emphireoricū quia non minus uerbo declaratur uolūtas quàm facto l. de quibus ff. de legi.l.acceptam C.de uſuris & not.Bar.in l. titium & meuiū §. altero,ff.de admi.tuto.& Bal.in tractatu de duobus fratribus in uer.ſed ego dico & glo.in l.repræhendēda C.de inſti.& ſubſti.ſub cōdic.fac.

2 Secundo hoc probatur quia † elligendo unum ex contrarijs uidetur alij renuntiare,l.poſt diem ff.de lege.comiſſa & not.in l.fi.C. de codicill.ſed fratres eligerunt eam in emphiteotam acceptando canonē ergo caducitati renuntiarunt. Tertio pro hoc adducitur glo. com-
3 muniter approbata in l.2.C. de iure emphi.quæ uult quòd † ſi dominus recipiat ſimpliciter canonem intelligatur renuntiaſſe iuri caducitatis emphiteoſis & ita ibi diſtingunt Doct. maxime Bar. & Bal. Quarto hanc partem ſuadet autoritas Domini Bal. in l. comiſsione, in fi.C.de pact.inter emp.& uen. qui dicit notabiliter quòd ſola pe-
4 titio canonis confirmat cōtractum emphiteoticum. Quinto † æquitas huic iuri maxime præſtat fundamentum quia in materia caducitatis ut penali ſtrictè debemus procedere l.cum quidam ff. de libe. & poſtu.& c.odia de re.iur.lib. 6.

*Martinus Garratus de Laude, ſaluo ſemper ſaniori conſilio.*

Additiones Magn. D. Franc. Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

*Dominus recipiendo penſionem præteriti temporis uidetur remittere caducitatem niſi proteſtetur quòd uult illam eſſe ſaluam, & eſt com. op. And. Barb. c. potuit col. 7. uer. Et in quantum, ex locat. Salic. l. 2. q. 7. & ibi Iaſ. num. 124. C. de iur. emphit. Ill. Doc. clariſſimus D. Iulius Clarus in §. Emphiteoſis, q. 10. cuius Ill. D. Iulij Clari Regentis Regij Mediolani Dominij tantæ ſunt animi dotes præclariſſimæ et maxime, licet ipſe corpore, ſit paruus ut de eo dici poſsit illud.*

*Maximus ingenio corpore paruus erat, Sic & Dominus recipiendo ſeruitia a Vaſallo quem ſciebat a feudo cecidiſſe uidetur eidem remiſſiſſe omnem pœnam & caducitatem ſecus ſi ignorabat, uel fuiſſet proteſtatus in contrarium, & eſt com. op. idem Ill. D. Iulius Clarus §. feudum q. 63. incip. quæro nunquid Dominus per Iaſ. d. l. 2. num. 124. per Bal. c. 1. col. 11. quo temp. Mil. & c. quæ in eccleſiarum de conſt.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Fratres modo ſimul, modo ſeparatim uiuentes & acquirentes quomodo poſtea diuidant & uide per totum con. & num. 7. cum ſeq.*

2 *Milites noſtri temporis an gaudeant priuilegijs militaribus.*

3 *Emens ex propria uel aliena pecunia ſibi acquirit & non alij.*

4 *Patientia in his quæ ſunt magni præiuditij puta in translatione dominij non præiudicat.*

5 *Fratrum inſimul habitatio non inducit ſocietatem, fallit num. 7.*

6 *Frater acquirens nomine proprio de pecunia fratris acquirit ſibi & non illi cuius eſt pecunia fallit num. 7.*

7 *Frater fratri in comuni & ex comuni pecunia cenſetur acquirere ubi erat ſocietas uniuerſalis uel ſtatutũ quòd acquiſita per fratrem alteri ſint comunia. Statutum quòd acquiſita per fratrem ſint comunia: intelligitur etiam quòd pecuniã & debita ſint comunia.*

## CONSILIVM XXXIII.

PETRVS & Antonius ſunt fratres & nihil habentes, Petrus receſsit a domo & iuit pro famulo cuiusdam nobilis, cũ nihil ſciret operari, deinde diſceſsit Antonius & effectus eſt armiger & in illa forma eſt ſuperlucratus magnas pecunias, uidens poſtea dictus Antonius Petrũ fratrem ſuũ pauperem ipſum accepit penes ſe, poſtea dictus Antonius emit domum & petiam unam terræ, & fecit fieri inſtruméta emptionis in eius perſonam Petro ſciente, poſtea Antonius miſit fratré ſuũ habitatum in hac domo perſeuerante tamen dicto Antonio in armis & ſuperlucrante & mittebat omni anno denarios & alia mobilia di-

cto Petro de quibus denarijs deberet ipſe Petrus emere poſſeſsiones nomine eius fratris, tamen ipſe accepit uxorem & emit poſſeſsiones prædictas ſed fecit cantare inſtrumentum emptionis in eius tantum perſona & non in perſona Antonij eius fratris.poſt multum tempus Antonius uenit ad locum ubi emerat domum & terras de quibus ſupra, & uidit qualiter Petrus fecerat fieri cartas emptionis omnes in perſona ipſius Petri, & ſic turbatus eſt Antonius, & dictum Petrum uoluit licentiare ab ipſo, ſed reſtauit interceſsionibus amicorum. Qui Antonius commorans interdum domi, interdum in arte bellica accepit & ipſe uxorem,quam conduxit in domum per ipſum emptã ſimiliter cum fratre ſuo & cognata, uiuentibus inſimul Antonio & uxore, & Petro & uxore ad unum cibum & potum. Adhuc receſsit Antonius & in arte armigera ſuperlucratus eſt pecunias de quibus cum interdum ueniret domum emebat proprietates & poſſeſsiones & inſtrumenta emptionalia faciebat cantare in eius ſolius perſonam, tenebat tamen fratrem ſuum in domo, ut ſupradixi. Poſtmodum Antonius ſe fecit caſſari ab arte ſua & uenit domum commoratum in domo propria inſimul cum fratre & cognata ſua, & cum certis filijs eius fratris,edendo aliqua uice ſimul,ſed multoties de per ſe,quo facto dictus Antonius uendidit quandam domum quam emerat Petrus eius frater & inſtrumenta cantabant in nomine tantum ipſius Petri de denarijs tamen quos ei miſerat Antonius eius frater, & hanc uenditionẽ fecit ratificari a dicto Petro eius fratre, Rebus ſic ſe habentibus dictus Petrus ſe de aliquo non impediebat. Imo ſolus Antonius omnia gerebat & locabat ipſe ſolus domos & proprietates tam emptas per ipſum quàm per Petrum fratrẽ ſuum & ſibi ſoli de fructibus reſpõdebatur, quos tamen fructus reponebat in domo in qua ambo ſtabant & hoc uidente & ſciente Petro qui tamen in aliquo non contradicebat Antonio, deinde deceſsit abinteſtato Petrus relictis tribus filijs maſculis paruulis poſt mortem cuius ſemper Antonius diſpoſuit de iſtis proprietatibus & fructis prout ſupra tenendo tamen cognatã cũ nepotibus ſuis penes ſe in domo prius empta per ipſum Antonium in qua habitabant ipſe & Petrus, qui filij Petri faciebant quicquid ei imponebat dictus Antonius tandem factis eis magnis Antonius infirmus timens ne poſt eius mortem dicti nepotes eius mouerẽt quæſtionem filijs ſeu filiabus ipſius Antonij, dicẽtibus ipſis nepotibus debere habere dimidiam bonorum fecit teſtamentum & dotauit tres ſuas filias decenter,nepotibus autem ſuis relinquit perticas ſexaginta terræ et domum unam de terris et domibus emptis per ipſum ſolum et in quem ſolum cantabant inſtrumenta emptionum, et ſic uoluit eius nepotes tacitos et contentos eſſe de bonis

ipſius Antonij et in omnibus aliis inſtrumentis iuribus et aliis rationibus et bonis hæredibus inſtituit uniuerſales Filippum eius filium nullam faciendo mentionem in eius teſtamento de bonis emptis p ipſum olim Petrum fratrem ſuum. In quem Petrum cantabant inſtrumenta emptionum, quo facto liberauit et ſuperuixit Antonius prædictus per multos annos diſponẽdo de bonis & fructibus ꝑut iam ante fecerat non cõtradicentibus in aliquo nepotibus ſuis, tandem deceſsit cum iſto teſtamento et non reuocato. Ex prædictis quæritur an iſti nepotes debeant habere dimidiam partem bonorum et proprietatum emptorum et emptarum per Antonium ex denariis tamẽ quos lucratus fuit in arte ſtipẽdiaria nõ habentẽ aliquod fundamentum ex bonis paternis uel debeant eſſe taciti et contenti de perticas 60. terræ eis relictis in teſtamento per Antoninm eorũ patruum.

In Christi nomine amen. breuiter condeſcendo ad deciſionem dubiorum ſuperius formatorum per concluſiones. Prima concluſio
2 quòd † milites noſtri temporis non gaudent priuilegio militari glo. in l.pe.ff.ex qui.ca.maio. Specu.tit.de procur.§.1.uerſ. item quòd eſt miles, Cy.in l.prima, C.de iuri. et fac. igno. et glo. et Ang.in aut. de
3 man.prin.§.fi. Secunda concluſio quòd † emens et acquirens nomine proprio ex propria pecunia ſibi acquirit uel etiam ex aliena pecunia dummodo nomine proprio emat ſibi acquiſiuerit non autem ei cuius eſt pecunia, licet ad reſtitutionem prætii emens ſuo nomine ſit obligatus ei cuius eſt pecunia, tex. in l. ad probationem in fi. C. de probat. et in l. ſi ex ea pecunia C. de rei uen. glo. et Doc. in l. ſi patatus C. communia utriuſ. iudi. et Bal. in l. 1. C. ſi quis alteri uel ſibi et ideo nihil ob. quòd ſpeciale ſit in milite l. ſi ut proponis. C. de rei uen. q̃a nõ habet locum in militibus noſtri tẽporis ut in prima q̃ſtione dixi.
4 Tertia concluſio quòd † pacientia ſola in his quæ ſunt magni præiudicii ut eſt tranſlatio dominii, non præiudicat l. cum de in rem uerſo cum materia ff. de uſur. & in l. ſi certis annis C. de pact. & Bar. in q. per eũ diſputata quæ incipit quædam mulier habens magnũ patrimoniũ.
5 Quarta concluſio quòd † inſimul habitatio fratrum non inducit ſocietatem l. cum duobus §. idem pap. ff. pro ſotio & l. ex parte §. filius ff. fam. her. Bar. in l. ticium & meuium §. altero ff. de admi. tu. Bal. ti.
6 de fratribus de nouo benefi. inueſti. c. 1. §. ſi duo fratres. † Ex prædictis cõcluſionibus infero àd ſuperius requiſita, uidelicet quòd bona aquiſita ex pecunia ſupraſcripti Antonii nomine Antonii tantum ſunt ipſius Antonij, & bona acquiſita ex pecunia ſupraſcripti Antonii nomine ſupraſcripti Petri tantum ſunt ipſius Petri, ſed ipſe Petrus tenetur ad reſtitutionem pecuniæ ipſi Antonio, & ſic nepotes ſupraſcripti Antonij non debent habere aliquam portionem bonorum acqui-

ſitorum nomine ſupraſcripti Antonii ex pecunia ipſius, ſed debent eſſe taciti & contenti de relictis in teſtamento eis per ſupradictum Antonium,& dictus Filippus hæres Antonii ſupraſcripti non debet habere aliquam portionem bonorum acquiſitorum tantum nomine Petri patrui ſui,ſed bene dictus Petrus ſiue filii eius tenentur ad reſtitutionem prætii & pecuniæ dicto Antonio ſiue dicto Filippo hæredi dicti Antonii cum in themate præſuponatur emptiones factas de pecunia ipſius Antonii.

*Et ita utſupra dico & conſulo ego Martinus de Garratis legum Doctor ad cuius fidem me ſubſcribo.*

Additiones Magn. D.Franc. Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

7 *Præmiſſum conſilium limita niſi probaretur inter fratres fuiſſe contractam ſocietatem uniuerſalem omnium bonorum & iurium, uel niſi ſtatutum diceret quòd acquiſita per Fratrē ſtantem pro maiore parte temporis in comunione ſint comunia alteri fratri,nam tunc ſicuti acquiſita ſunt cōmunia ita etiā præſumitur communis pecunia cū qua facta fuit acquiſitio bonorū etiā ſi in acquiſitione alter ex fratribus numerans pecuniā ſit tantū nominatus, Bal.l.ſi patruus col.2.uer.ego credo et col.3.nu.11.uer.Et prædicta C.com.utriuſq; iud.Crau conſ.159. uiſis num.1. & 2.Et eo in caſu debita etiam erunt communia Ripa rub. ff.de acq. poſ. col.2. uer.tertio infertur, D.Pater meus l. ſi quando num.553.C. und.ui. Alioqnin de iure communi debita et acquiſita unius fratris non ſunt alteri cōmunia Bal.con. 97.incip.in Chriſti nomine quidam Ioannes uol.1. Crau. conſ.26. de duobus.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

SVMMARIVM.

1 *Frater cum fratre uel nepote ex fratre quando uideatur ſocietatem, & quam contrahere,& uide per to.con.de expenſis,debitis,& creditis eorum.*

*Patruus cum nepotibus quando uideatur ſocietatem inire?*

*Societas uniuerſalis,inducitur ex actibus uniuerſalibus, & particularis tantum, ex particularibus.*

2 *Societas cum pupillis quando poſſit contrahi.*

3 *Societatis uniuerſalis natura eſt ut omnia comoda & incomoda et fructus dotis & debita ſint communia ſecus ſi non eſt uniuerſalis num.6.*

4 *Societati uniuerſali imputatur quòd expenditur in honorem filiorum.*

5 *Libri ſtudij ubi ſocietas diuiditur quomodo extimandi & quibus relinquendi, & limita num. 9.*

*Expenſæ melioramentorum & aliorum extimantur ut ex nunc ubi ſocietas erat uniuerſalis,& uide num.9.*

*Societate uniuerſali finita expenſarum extimatio quomodo fieri debet et nū.9.*

6 *Dotis fructus an ſint fratris uxorati, an communes cum altero non uxorato.*

*Fructus*

*Fructus dotis & parafrenalium ad quos ſpectent inter fratres.*
*Fructus bonorum parafrenalium ſi extant ſunt uxoris, & ſi ſunt conſumpti ſunt mariti & eſt com. op.*
7 *L.ſi.C.de pac.con. declaratur.*
*Fructus rerum parafrenalium quando Soceri & quando mariti ſint.*
8 *Expenſæ ſtudiorum filij unius fratris, uel pro dote uxoris unius fratris, poſſunt peti ab altero, ſi inter eos non erat ſocietas uniuerſalis, aliàs ſecus, nũ.4.*
*Studiorum expenſæ an communiter, an in particulari, ſpectent inter fratres aut patruum & nepotem, & uide num.3.cum ſeq.*
9 *Emens de pecunia etiam comuni, præſumitur emere nomine proprio.*
*Libris emptis per fratrem quid debeatur alteri fratri, & uide num.5.*
10 *Societas uniuerſalis tacite ſicut expræſſe poteſt contrahi.*

## CONSILIVM XXXIIII.

DOMINVS Iacobus de Conradis de Laude habet duos
filios N. & B. ex dicto N. nati ſunt tres filii, dictus
N. deceſsit, relictis illis tribus filiis impuberibus di-
ctus B. habuit uxorem quæ portauit dotem & ultra
dotem bona parefrenalia dictus B. couuertit in bo-
nis paternis fructus rerum dotalium & parafrenaliũ
deinde dictus D. Iacobus uenit ad mortem & condidit teſtamentum
in quo inſtituit hæredes dictum B. eius filiũ pro dimidia & dictos eius
nepotes pro alia dimidia & deceſsit facto teſtamẽto B. filius dicti te-
ſtatoris ſtetit ſimiliter cum dictis ſuis nepotibus per annos ſeptem
cõtrahendo emptiones & uenditiones, tam nomine dictorum nepo-
tum quàm nomine eius proprio, dictus autem B. habens iurá para-
frenalia úxoris ſuæ egit ex illis iuribus & obtinuit unam poſſeſsionẽ,
ſed fuit condemnatus ad dandum libras ſeptemcentum uiginti pro
melioramentis quas exburſabat nomine dictæ uxoris. Qui etiam B.
miſit filiũ ad ſtudiũ & ei emit libros. Ex prædictis dicitur de pluribus.
Et primo an fructus perceptos tam nomine dotis quàm rerũ parafre
nalium uxoris dicti B. dictus B. poſsit petere tam tempore dicti D. Ia
cobi quàm poſt mortem. Secundo an illi nepotes poſsint petere di-
ctas libras ſeptemcentum uiginti. Tertio an expenſæ factæ in ſtudio
filio dicti B. poſsint peti. Quarto an libri pro prætio quod conſtite-
1 runt uel nunc ualent debeant comunicari. † Et in primis utar uerbo
Imperatoris diſtinguendum enim eſſet latius factum ut iure congruũ
reſponſum dari poſsit l. ut reſponſum C. de tranſ. cum ſimilibus mul-
tis. Itaq; prius in facto eſſet uidendum an ſit contracta ſocietas uni-
uerſalis an non. Nam ſi eſſet contracta ſocietas, puta quia inter dictũ

B. & nepotes fuiſſet inſimul cohabitatio lucrorum in comune collatio & eius quod alter ſuperlucratur inuicem nō reddita ratione tunc præſumitur ſocietas ratione illius merchantiæ tantum non omnium bonorum quia actus noſtri uoluntarij non extenduntur ultra ea quæ gerimus l.1.§. iull.ff. de iti. acq; priua. & quia limitata cauſa effectum producit limitatū l.age.C.de tranſ.D.Bal.in tractatu de duo fratri.dicit recurēdū ad actus nam talis eſt ſocietas qualis actus qui pręcedūt, nam ex facto uoluntas pręſumitur l.repræhēdenda C.de inſt.& ſubſti. & ideo ſi actus ſunt uniuerſales ſocietas eſt uniuerſalis ſi particulares particularis facit l.3.§.1.& l.cū duobus §. fi.ff.pro ſotio & facit quòd no.Bar.in l.titium §.altero de admi.tu.& Bal.in l.ſi patruus C. comu
2 nia utriuſq; iudi. Item eſt aduertendum quòd † cum pupillis non poteſt contrahi ſocietas,l.ut in conductionibus ff.pro ſocio niſi aucto-
3 ritate tutoris,ideo eſt neceſſe quòd ſint maiores. Nam † ſi pręſupponamus in facto ſocietatem uniuerſalem tunc eſt clarum quòd eſt abſolutum primum dubium quia fructus ſunt communes,quia de natura ſocietatis uniuerſalis , eſt ut omnia comunicentur aduerſa & proſpera l.cum duobus §.fi.cum ſe.ff.pro ſocio & Bal.in dicto tractatu de duobus fratribus & in dicta l. ſi patruus. Nam ab uxore dicti B. dicti nepotes poſsent dimidiam dictarum librarum ſeptemcentum petere ſi de comuni pecunia fuerint ſolutæ l. pen. & l. ex duobus ff. de
4 nego.ge.Bar.in l.1.ff.de impen. †Similiter & ſecundum quia caſus eſt in l.ſi ſocietatem uniuerſarum in fi.ff. pro ſocio ubi comuniter ſocietati uniuerſali eſt imputādum quod fit in honorem liberorum. Idem uult Bar. in l. cum duobus §. ſi fratres in eius repetitis ff. pro ſocio.
5 Reſpectu quarti dubij dico quòd † libri ſunt extimandi ut ex nunc cū omne damnū ſit comune d.l.cum duobus §.fi.facit l.domus ff.deleg. primo & ibi Bar.tamen libri debent remanere filio dicti B. ſtudenti,
6 glo.not.in l.nepos proculo.ff.de uer.ſig. † Nam ſi nō eſt cōtracta ſocietas uniuerſalis ut præſuponitur ex thematis lectura, tunc reſpondeo ad primum dubium iſto modo uidelicet,quia in uita dicti D.Iacobi & etiam fructus ſunt ſui & per conſequens hęreditarij,quia fructus dotis habent tacitam conditionem ut lucrentur ab eo qui ſuſtinet onera matrimonii,l.pro oneribus C.de iure do.& Bal.in l.ſi cum dotem,§.trāſgrediamur ff.ſo.ma.in fi.ſimiliter & poſt mortem ſunt eius & eorum qui ſubſtinuerunt onera matrimonii l. ſi maritus ff. fami. herciſcun.l.ſi filia §.primo eo.ti.De fructibus autem rerū parafrenaliū ſi extant ſunt mulieris l.ſi ſtipulata §.1. ff. de dona.inter uirū & uxorē,ſi non extant ſed ſint conſumpti tunc induſtriales ſunt mariti,naturales non, tex. glo. Cy. & Bar. in l.fi.C. de pact.conuent.& iſta eſt communis ſententia,ut dicit Bar.in dicta l.fi. & ideo cum ſint mariti

poteſt

poteſt petere a cohæredibus dicti B. ꝓ dimidia cũ ꝓ alia dimidia non poſsit cũ ſit dictus B. hæres d. Iacobi ꝓ dimidia l. cũ a matre C. de rei uen. l. debitori C. de pact. cum ſy. ſimiliter petet eos, ut debitor poſt mortẽ nec uſucapione triẽnij uſucapi quãdo ut debiti petũtur ut ſingulariter inquit Bal. in l. eos C. de uſuris in quinra opoſitione &c. nec
7 ob. ſi dicatur † quòd illi fructus rerum parafrenalium acquiruntur patri, ut l. placet ff. de acqu. hær. quia reſpondeo quòd acquirũtur quo ad hoc ut eis poſsit uti, quia tenetur tamen ad extimationem rerũ mobiliũ, l. cum oportet C. de bo. quæ li. Ibi res mobiles uel immobiles l. hoc ſenatus §. primo ff. de uſuf. earum rerum quæ uſu conſu. & ſic l. fi. C. de pact. conuent. quæ loquitur in marito non habet locũ in pa-
8 tre mariti, ſed dumtaxat in marito. † Reſpectu ſecundi poſſunt petere pro dimidia ſi ex comunibus pecuniis ſolutę ſunt dictę libræ ſeptecentum dicta l. ex duobus. Reſpectu tercij poſſunt petere expenſas quia non tenetur facere expenſas illas l. cum plures. §. cũ tutor ff. de admi. tu. & Bal. in d. tractatu & per ſpe. tit. de iudice §. ſequitur uer. quid ſi
9 duo fratres & facit l. ex parte §. filius ff. fam. hercis. † Reſpectu quarti ſolutio quia cum ſint empti de comuni pecunia poſſunt petere pecuniam nõ extimationẽ ut ex nunc ratio quia licet ſint empti libri de communi pecunia, tamen quia emptio non fuit facta nomine proprio l. & magis ff. de ſol. Ideo libri ut comunes non poſſunt peti, ſed pecunias pro dimidia quæ fuit ſoluta nomine librorum l. ad probationem in fi. C. de probat. & l. ſi ut proponis C. de rei uen. & glo. in l. ſi patruus C. communia utriuſ. iudi. & ibi Doc.

*Et ita dico & conſulo ego Martinus de Garratis de Laude.* 1445.

Additiones Magn. D. Franc. Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

10 *Societas uniuerſalis omnium bonorum & iurium non ſolum expreſſe, uerumetiam tacite per coniecturas contrahitur, & eſt com. op. ut ait Socin. con. 291. Dominus labia &c. uiſis col. 2. num. 1. uol. 2. Roman. con. 168. circa primum in 2. dubio, & con. 291. cum iſti. Dec. con. 68. & con. 304. & in auc. quòd locum col. fi. C. de collat. & hæc eſt com. op. licet Pau. de Ca. uoluerit tantum expreſſe contrahi ut refert Cra. conſ. 25. de duobus num. 5. Quæ nam ſint coniecturæ uide per Soc. d. con. 291. per Bal. & Doc. l. ſi patruus C. com. utri. iud. Cra. d. con. 26.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Dotem in pecunia legata petenti poteſt offerri tot de bonis inſolutum.*
2 *Statutum excludens fœminas etiam filias operatur quòd ſi ſunt præterite, teſtamentum non eſt nullum, & uide num. 3.*

3 *Teſtamentum quo filijs & filiabus ac neptibus non relinquitur iure inſtitutionis non ualet fallit in duobus caſibus.*

## CONSILIVM XXXV.

CAsvs eſt talis Ioannes de Boſcho condidit teſtamentum inter cetera fecit legata, poſtmodum dixit hoc modo conſtituo dotes Antoninæ & Auguſtinæ ſororibus nepotibus meis, filiabus quondam Petri olim filij mei, in alijs autem bonis omnibus inſtituo mihi hæredes uniuerſales Iacobum filium meum pro dimidia & Matheum & Antoniũ nepotes meos, fratres, & filios quondam Petri filij mei in alia dimidia. Quæritur an Antonina & Auguſtina ſorores, & neptes dicti teſtatoris ſint dotandæ de bonis & de parte tantum dictorum Mathei & Antonij fratrum ſuorum, an de bonis comunibus & ſic onus ſpectet pro dimidia Iacobo hæredi, & pro dimidia ſpectet onus dotandi Matheo & Antonio hæredibus pro alia dimidia, Et an pro dote poſsit offerri tot de bonis inſolutũ pro pecunijs legatis, & an ualeat teſtamentum ex quo neptibus dotes nõ fuerunt relictæ titulo inſtitutionis. Super primo dubio me refero ad alias per me conſulta quód tale onus ſpectat ad omnes hæredes pro hæreditarijs portionibus, ut dixi in meo con. incip. Caſus ſu-
1 per quo petitur conſilium eſt talis Ioannes &c. † Secundo dubio dico poſſe per hæredes non habentes pecunias legatas offerri tot de bonis inſolutum ad electionem legatariarum Auct. Hoc niſi debi-
2 tor C. de ſolut. † Ad tertium dubium dico quòd ualet teſtamentum ex quo ſtatutum excludit & exhæredat nominatim filias & neptes dotatas à ſucceſsione patris & aui exiſtẽtibus filijs maſculis uel nepotibus ex filio quo caſu tunc teſtamentum non annullatur præteritione filiæ & neptis, Ang. l. papinianus §. ſi quis mortis uer. ultimo allegatur, & in l. poſthumus §. ſi quis ex his ff. de inof. teſt.

*Ego Martinus de Garratis de Laude ſic conſulo.*

Additiones Magn. Equitis & Comitis D. Franc. Mariæ de Plotis.

3 *Conſilium de quo hic meminit D. Mar. eſt ſuperius in con. 10 incip. caſus. Et adde quòd teſtamentum patris & aui eſt nullum ubi filiabus uel nepotibus dos non relinquitur, titulo inſtitutionis, ſed legati etiam dotis, quia teſtamentum non ualet §. aliud quoq; capitulum Auc. ut cum de appell. cog. Dec. con. 105. Diuino &c. In cauſa quæ Nonariæ agitatur, col. 2. uer. ſed tamen his, Fallit ubi eſt ſtatutum excludẽs filias uel neptes ſtantibus maſculis ab inteſtato quia tunc ualet teſtamẽtum, etiam ſi filiæ uel neptes eſſent præter ritæ, uel illis titulo inſtitutionis nihil re-*

*lictum*

*lictum, & hæc eſt com. op. Dec. d. conſ. 105. num. 1. uer. circa primum ubi allegat* Bar. *l. ſi. ff. ad tertul. & in l. 1. §. filium in 4. q. de bo. poſ. con. tab.* Et *hæc eſt magis com. op. & uera ſi inſtituantur filij & alij uocati a ſtatuto, ſecus ſi extranei Ill. D. Iul. Clarus in lib. 3. ſen. §. teſtamentum q. 42. incip. habes, uer. quæ quidem concluſio, & uer. ſecundus eſt caſus, ubi dicit quòd hæc op. eſt æqua & comunis, & allegat* Berou*m in c. rainutius num. 237. de teſtam.* Fallit *etiam ubi in teſtamento eſt clauſula codicillaris ſi non ualet uel non ualebit iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum & omni meliori modo, nam tunc ualet teſtamentum etiam ſi filijs uel filiabus uel neptibus aut matri non ſit relictum titulo inſtitutionis,* Bal. *l. quoties col. 11. uer. quæro ſi pater* C. *de* Her. *inſtit.* Hyp. *de* Mar. *ſing. 36. incip. clauſula omni meliori modo.* Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
2 *Poſſeſſionem alterius inuadens tenetur illam reſtituere ante omnia.*
3 *Statuta debent ſeruari, & intelligi ut aliquid operentur contra ius cõmune.*
4 *Poſſeſſionem alterius inuadens cadit a iure ſuo.*
5 *Sententia lata in ciuili puta ſuper priore uenditione non præiudicat in criminali in interdicto unde ui uel in ſtatuto turbatæ poſſeſſionis.*
6 *Venditio prima præfertur ſecundæ.*
7 *Confeſſio uenditoris poſt uenditionem non præiudicat emptori, & num. 8. Confeſſio unius alteri non præiudicat.*
8 *Confeſſio unius non retrahitur in præiuditium tertij, & num. 7.*
9 *Sententia lata contra unum non præiudicat alij.*
10 *Feudum per uim inuadens cadit a iure ſuo.*
11 *Pœnæ amiſſionis iurium inuadentis poſſeſſionem alterius cẽſentur ſublatæ per pœnam ſtatuti pecuniariam.*
12 *Statuta punientia turbantes poſſeſſionem alterius tollunt pœnam l. ſi quis in tantam* C. *unde ui.*

## CONSILIVM XXXVI.

DOMINVS Baſsianus de Viſtarinis promiſit uendere unum Caſtrum D. Damiano de Modignanis, poſtea eſt confeſſus dictus Dominus Baſsianus ſe promiſiſſe ante, uendere dictum Caſtrum D. Abondio de Fiſiraga, poſtea fuit facta uenditio in dictum D. Damianum ſeu in D. Nazarium de Summaripa, qui habuit cauſam & ceſsionem a dicto D. Damiano per dictum D. Baſsianum, uel eius procuratorem. Deinde dictus D. Abondius propria auctoritate ingreſſus eſt poſſeſsionem dicti Caſtri contra uoluntatem dicti

D. Baſsiani. Poſtea eſt lata ſententia quòd dictus D. Baſsianus uendidit Caſtrum dicto D. Abondio. *Quæritur quid iuris.*

In christi nomine amen. præſupponitur in facto quòd procurator dicti D. Baſsiani habuerit legiptimum mandatum ad cedenda & trāsferenda iura ꝓmiſsionis uēditionis d. Caſtri, de qua ſupra fit mentio, & ad faciēdā uēditionē in D. Nazariū, uel ſuppoſita ratificatione dicti D. Baſiani & ꝑ cōſequens uēditio d. Caſtri fuit celebrata in dictū D. Nazariū. Secundo præſupponitur in facto quòd dictus D. Abōdius poſt cōfeſsionē dicti D. Baſiani ꝓpria auctoritate cōtra uolūtatē dicti d. Baſiani intrauit & occupauit poſſeſsionē d. caſtri in cuius poſſeſsione erat dictus D. Baſsianus. Tertio ſuppoſito in facto quòd dictus D. Damianus & Nazarius habuerunt licentiā a Domino Ciuitatis emēdi dictū Caſtrum. Quarto pręſupponitur ſtatutum Ciuitatis ſi quis res immobiles alicuius inuaſerit uel occupauerit tenetur poſſeſsionem reſtituere in effectu non ob. exceptione dominij. His ſic præmiſsis & omiſsis ſuperfluis allegationibus quoniam gaudent breuitate moderni l. fi. C. de præci. imper. off. cōſy. Dico primo quòd Iuſticia ſtringit quòd dictus D. Abondius teneatur reſtituere poſſeſsionem dicto D. Baſsiano. Secundo quòd dictus D. Nazarius habet potiora iura
1 quàm habeat dictus D. Abondius. † Circa primum conſiderandum eſt quòd dictus D. Baſsianus debet obtinere reſtitutionem poſſeſsionis d. Caſtri, tum ex diſpoſitione iuris cōmunis, tum ex diſpoſitione ſtatutaria. Primo ex diſpoſitione iuris cōmunis quia ante omnia ſpoliatus eſt reſtituendus l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. iul. de ui. pub. c. in literis de reſti. ſpoli. cum multis ſy. Sed dictus D. Baſsianus eſt ſpoliatus poſſeſsione dicti Caſtri a dicto D. Abōdio, quia propria auctoritate ingreſſus eſt Caſtrū, & ſic cenſetur prædo. l. ſi ex ſtipulatione ff. de acquir. poſ. & l. nec ex uera C. de acqui. poſ. & per Bar. in d. l. ſi ex ſtip. Igitur dictus D. Abondius tenetur reſtituere ante omnia poſſeſsionē
2 dicti Caſtri. † Secundo facit quia inuadens poſſeſsionem rerū apud alium conſtitutarum tenetur poſſeſsionem reſtituere, l. ſi quis in tantam & l. inuaſor & l. meminerint C. und. ui. cum ſy. ſed dictus D. Abondius inuaſit poſſeſsionē dicti Caſtri ut d. l. ſi ex ſtipulatione & d.
3 l. nec ex uera igitur &c. † Tertio hoc perſtringitur ob diſpoſitionem ſtatutariam. Nam ſtatuta ciuitatis ſunt ſeruanda l. ſemper §. legem ff. de iure inmu. & per Ray. & Bar. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iure ſed ſtatuto cauetur quod occupans uel inuadens poſſeſsionem rerū immobilium tenetur reſtituere non obſtante exceptione dominij, & iſtud ſtatutum eſt obſeruandum ad unguem ut aliquid addat uel ſaltem fortificet ius cōmune ar. no. per Bar. in l. 3. §. prętor ff. de dam. infec. quia ſtatuta debent aliquid operari ultra ius cōmune, l. ſi quando

4 do ff.de leg.1.cum multis ſy. †Amplius poſſet dici quòd dictus Dominus Abondius ceciderit ab actione ſua propter inuaſionem & uiolentiam dicti Caſtri l.extat ff.quòd metus cauſa,& ibi glo. & Bar. Ex prædictis apparet qualiter dictus Abondius tenetur reſtituere poſſeſsionem dicti Caſtri dicto D.Baſsiano,uel per interdictum unde ui, uel p
5 conditioné ex ſupraſcripto ſtatuto.† Nec obſtat ſententia lata in fauorem dicti D.Abondij cõtra dictum D.Baſsianum quæ poſſet multis modis attentari quos modos omitto pro præſenti,quia reſpondetur clarè quòd illa ſententia ex alia cauſa eſt,& rendit ad alium finem uidelicet ratione prioris uenditionis,nõ autem reſpectu cauſæ interdicti unde ui,nec conditionis ex dicto ſtatuto. Ideo non obſtat l.cum quæritur ff.de excep.rei iudi.&Cy.Bar.& Bal.in l.2.cum ſy.C.de edé.
6 & quia eſt clariſsimum in iure , ideo ulterius non inſiſto. † Circa ſecũdum ſcilicet quòd dictus D. Nazarius habeat potiora iura tali ratione euidentiſsima demonſtratur , quia dictus D. Damianus & per conſequens dictus D.Nazarius ceſsionarius habuit promiſsionem & uenditionem dicti Caſtri ante dictum Abondium , ergo potior eſt in iure dictus D. Nazarius dicto D.Abondio,l.qui tibi C. de her.uel act. l. ſin autem §. ſi duobus & ibi not. ff. de publi. & l. quoties C. de rei uen.& ibi per Cy.& Bal.& ſic apparet dictum D.Nazarium aquiſiuiſſe
7 dominium uel quaſi a dicto D.Baſsiano. † Non obſtat confeſsio dicti D.Baſsiani de qua in facti ſerie narratur,quia reſpõdetur primo,quòd non nocet tertiæ pſonę,ſcilicet dicto D.Nazario l.prima C.de cõfeſ. & ibi Cy.& Bal.& l.ſi.ff.de inter.act.& quia res inter alios acta alteri non nocet.ut l.modeſtinus ff.de excep.& in rubro & nigro C.res in-
8 ter alios acta. Secundo reſponderur quòd †confeſsio non flectit oculos retro in præiudicium tercij,glo.& Bar.in l.ſi in debitum ff.rem ra.ha.& Bar.in l.aliena res iu prin.ff.de pigno. act. & Bal. in l. ſi. C.ad macedo.ergo confeſsio dicti Baſsiani non probat promiſsioné uen-
9 ditionis factæ dicto D.Abondio in præiudicium dicti D.Nazarij.†Nec obſtat ſententia lata in fauorem dicti D.Abondij &c.reſpondetur clariſsimè quoniam res inter alios acta &c.d.l.prima &per totum C.res inter alios acta,& Cy.& Bal.in l.2.C.de edẽdo, ſed illa ſententia fuit lata inter dictum D.Baſsianum & D. Abondium non autem inter dictum D.Nazarium & ideo ei non obſtat.Ex prædictis apparet dictum D.Nazarium habere potiora iura quàm habeat dictus D. Abondius.

*Ego Martinus Garratus Doctor ſic conſulo.*

Additio Magn. Equitis & Comitis D.Franciſci Mariæ de Plotis.

10 *Poſſeſsionem alterius,per uim inuadens,cadit ab omni iure ſuo ſi erat dominus rei, et ſi non erat dominus Rei tenetur ad illius extimationem erga eum quem a poſſeſsione deiecit ut per D.Mar.ſupra num.4.uer.Amplius poſſet dici,et addo tex. in.l.*

*in l. ſi quis in tantam ubi Bart. & late Magn. D. Iacobus Menochius Doctor Regiæ Vrbis Papiæ celeberrimus, & acutiſsimus, Præceptor meus, C. und. ui. ubi ipſe Dominus Menochius num. 247. uer. primus eſt caſus uult præmiſſam pœnam procedere etiam contra inuadentes non ſolum res allodiales uerumetiam feudales, Sed in feudalibus iura inuadentis applicari Principi & nõ poſſeſſori.*

11 *Sed præmiſſa iura communia l. extat ff. quod met. cauſa, & d. l. ſi quis in tantam furoris audatiam C. und. ui, & pœnæ ipſarum ac aliarũ legum quibus inuadentes poſſeſsionem alterius priuantur omni iure ſi quod habent, & ſi non habent condemnãtur in rei inuaſæ extimationem, limitantur non procedere ubi ex forma ſtatuti eſſet impoſita aliqua alia pœna contra inuadentes, aut occupantes, uel turbantes poſſeſsionem alterius, puta pœna librarum centum, aut quinquaginta, aut uigintiquinque imperialium, uel alia pœna quæ ſimilis non ſit pœnis iuris cõmunis ut ponunt ſtatuta Ciuitatum Mediolani, Papiæ, & Nouariæ, ac aliarum Ciuitatum & locorum, quia pœna ſtatutaria etiam ſi eſſet ſolum pecuniaria ac mitior quàm ſit pœna iuris cõmunis tollit pœnam omnem iuris cõmunis in totum adeo quòd peti nõ poteſt pœna iuris cõmunis, etiã ſi eſſet maior in totum nec pro parte, qua pœna iuris cõmunis concurrit cũ pœna ſtatutaria, nec pro ea parte qua pœna iuris cõmunis excedit pœnã ſtatutariã, ſed ſolũ attẽditur pœna ſtatutaria, et omnis pœna iuris cõmunis cẽſetur ſublata et comuniter totus Mũdus ſeruat quòd per pœnã ſtatuti, tollitur in totũ pœna iuris cõmunis, et ita Ianuæ habitũ fuit cõſiliũ et in multis locis et à multis Collegijs Doctorũ, & maximè ab Ill. Collegio Ciuitatis Bononiæ matris Studiorũ, & ita fuit determinatũ ut refert & ſequitur Alber. de Roſ. in 1. par. ſtat. q. 8. incip. ſed an ualeat ſtatutum, & aliàs incip. ſed poſitæ nũ. 4. ubi allegat l. 1. C. de accuſat. & l. agraria ff. de ter. mo. & l. Senatus ff. de accuſ. Io. And. in add. Spec. in tit. de pen. tem. litig. Bal. l. data opera col. 4. C. qui accuſ. nõ poſ. & in l. 2. in fi. C. de reb. cred. et iureiur. Et hãc op. tenet Ill. D. Rol. à Valle Præſes benemeritus Senatus marchionalis Mõtisferrati, & uir ſupremæ autoritatis con. 35. uiſa inquiſitione num. 48. uer. ſed pœna uol. 2. ubi ait quòd communiter ita ſernat totus mundus & quòd ita ſeruatur in pratica & allegat inter alia Alber. d. q. 8. & Dec. c. de cauſis col. antepen. de offic. deleg. Iaſ. in §. quadrupli col. 7. Inſtit. de act. & Gram. conſ. 35. num. 56. cum ſeq. Et per præmiſſa iura ita uidi conſilium fieri per Ill. Patrem meum D. Io. Bap. Plotum in cauſa cuiuſdam magni uiri qui inuaſerat Caſtrum ab alio poſſeſſum annui redditus aureorum trium mille, & conſuluit quòd licet male feciſſet Caſtrum illud per uim inuadere, quòd tamen per hoc non amiſerat ius ſuum quod habebat in ipſo Caſtro ex quo ſtatuta imponebant pœnam librarum centum imperialium contra inuadentes poſſeſsionem alterius, & ſic per pœnam ſtatutariam cenſetur ſublata in totum pœna iuris cõmunis amiſsionis iurium & extimationis rei inuaſæ per not. per Alber. d. q. 8. in 1. par. ſtatutorum, & ſic talis pœna iuris cõmunis non fuit impoſita ipſi inuadenti prædictum Caſtrum.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Allegando & diſputando iura partium, ueritas in lucem deducitur.*
3 *Ciuitas aliqua non habet fiſcum præter Romanam, & numero 23.*
4 *Hæreticorum bona ſunt confiſcanda, & à Principe occupanda.*
5 *Fiſcus loco hæredis habetur.*
6 *Fiſcus agit & conuenitur actionibus dependentibus à bonis confiſcatis.*
7 *Fiſcus hæres eſt in omnibus bonis undecunq; poſitis.*
8 *Apprehenſio bonorum hæretici condemnati, eſt executio ſententiæ. quæ fienda eſt ab ipſo Iudice ſententiante, uel per alterius Iudicis requiſitionem, & uide (infra, num. 27.*
9 *Intellectus c. poſtulaſti, extra de foro competenti.*
10 *Bonorum confiſcatio fit in pœnam damnati, ut nudus exulet.*
11 *Occupatio bonorum fit ad ſubleuationem laborantium.*
12 *Bona hæretici condemnati Domino Duci pertinere debent in cuius loco facta eſt executio contra hæreticum. ſed uide num. 14. cum ſeq.*
13 *Confiſcatio bonorum an ſit acceſſoria ad ſententiam hæreſis, & nume. 30.*
14 *Veritas rerum fundatur auctoritate maiorum, & ex communi ſententia.*
15 *Dominus utilis dominij præfertur domino directo in cõmoditatibus percipien- (dis.*
16 *Occupatio bonorũ hæretici fienda eſt per perſonã publicã, et nõ priuatã.*
17 *Epiſcopus in cuius Diœceſi commiſſum eſt crimen, priuat clericum delinquentem beneficio, in aliena Diœceſi conſtituto. ſed Epiſcopus illius Diœceſis ubi eſt beneficium illud aufert, & alij donat & confert.*
18 *Tutor à Iudice datus, ſuſcipit adminiſtrationem bonorum exiſtentium in territorio Iudicis tutorem dantis.*
19 *Damnatus de hæreſi in uno loco, ubiq; hæreticus eſt.*
20 *Excommunicatus in uno loco, ubique excommunicatus intelligitur.*
21 *Bona hæreticorũ an tanquam uacãtia ab omnibus occupari poſſunt, et nũ. 24.*
22 *Burſæ fiſcales ſunt diuerſæ, & iuriſdictiones ſeparatæ.*
23 *Ciuitas quælibet habet fiſcum de conſuetudine.*
25 *Hæredes omnes ſuccedunt in uniuerſum ius defuncti, & unus habet bona exiſtentia in uno territorio, alius alia.*
26 *Fiſco ex uarijs cauſis bona quæruntur.*
27 *Executio ſententiæ an fiat ad commodum pronuntiantis.*
28 *Apprehenſio bonorum hæreticorum, fit in remunerationem officialium.*
29 *Inquiſitor, qui certam partem de bonis hæreticorum habere debet, de bonis ubiq; poſitis partem habet.*
31 *Iudex ſi per ſententiam abdicet bona alicuius, an alius ea occupare poſſit.*
32 *Bona quæ ad temporalitatem pertinent de bonis hæreticorum in loco Cadrali, an pertinent Duci, uel nobilibus habentibus utile dominium.*
33 *Ciuitas ſicut de conſuetudine reſtituitur, ita et caſtrum & municipium reſtitui debet, & alia priuilegia habere, quæ Reipublicæ competunt.*

34 *Rex an fiſcum habeat.*

35 *Mulctæ & pœnæ an uadant ad dominum immediatum, uel ad ſuperiorem mediatum, primum.*

36 *Feudi dominus an poſſit collectare uaſallos propter bonũ publicũ totius regni*

37 *Pœna Feudatarijs & non Principi applicatur reſpectu ſubditorum Feudata, limita num. 38. & 39.*

*Feudatarijs, an principi, pœna applicetur, amplia, et limita num. 37. 38. et 39.*

*Confiſcatio bonorum Principi an Feudatario debeat ut nũ. 37. & 38. & 39.*

38 *Pœnæ arbitrariæ an Principi an Feudatarijs debeantur.*

39 *Feudatarijs pœna non applicatur etiam reſpectu eorum ſubditorum, ubi ipſi fuerunt culpabiles aut conſcij delicti ſubditorum.*

*Pœna feudatarijs non applicatur ob delictum ſubditorũ ubi de delicto fuerũt (cõſcij.*

40 *Princeps quando ſubditis feudatariorum poſſit collectas imponere.*

*Onera ſubditis feudatariorum quando poſſint per Principem imponi.*

## CONSILIVM XXXVII.

IN facto præſupponitur egregios Ioannem Odonum & Georgiũ fratres, de Solario inueſtitos & infeudatos ab Illuſtriſsimo Domino, SABAVDIAE Duce, de Caſtro, loco, uilla, & territorio Cadralij, mero mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, ac de alta & baſſa Signoria. cũ bãnis, mulctis ac prouentibus uniuerſis, cũ hominibus, & homagijs. & cæteris pertinentijs: ut in inſtrumento infeudationis. Reſeruato ſolummodo Principi inueſtienti iure dominij directi ſuperioritatis & reſorti. Præſupponitur etiam generalis conſuetudo in patria quòd ſi homo aliquis patriæ damnetur de hæreſi, ipſe nobilis, aut dominus in cuius territorio habent bona illa apprehendit & occupat, facta declaratione & remiſsione ad brachium ſeculare per inquiſitorem: iuxta cap. cum ſecundum leges, de hæreti. lib. vj. reſeruata debita portione, ſi priuilegio uel conſuetudine inquiſiti debetur. Nunc contingit quòd quidam in loco Bernecij de immediata iuriſdictione prælibati Domini Ducis eſt damnatus de hæreſi, & habet bona in loco, & territorio Cadralij. Quæritur an bona quæ temporalitati applicantur, quæ in dicto territorio Cadralij ſunt, pertineant prælibato Domino Duci, an uerò præfatis Dominis Ioãni Odono & Georgio.

IESV CHRISTI nomine inuocato, quod in omni recto exordio inuocandum eſt, ut de conſe. diſt in. I. c. omnis Chriſtianus, in fi. quia ipſe Chriſtus eſt uia & ueritas illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum ad ueritatem inueniendam, ut in Euangelio Ioannis, & uigeſima prima diſtinctio. cap. cleros.

Viſo

1 Viſo facto, & diligenter conſiderato, † quia ſcribitur quòd ex facto
oritur iuris diſpoſitio : ut l. ſi ex plagis , ſ. in cliuo Capitolino, ff. ad
leg. Aquil. & l. ut reſponſum, C. de tranſactio. ueniam ad iuris allega-
2 tiones. Et primo arguam ad partes , quia alibi ſcribitur † quòd alle-
gando & diſputando iura partium ambarum , ueritas in lucem dedu-
citur: arg. c. cum ex literis, de in integ. reſtitutio. l. ſi. C. ſi per uim uel
alio mo. l. munerum. ſ. mixta. ff. de muneribus & honoribus.
Et primò arguitur pro Principe. Nam certum eſt, quòd de iure com-
3 muni præfati nobiles non habent fiſcum, † quia nec aliqua ciuitas
habet fiſcum præter Romana , ut C. de bonis uacanti. l. prima, & no.
4 per Angel. in l. non tantum. ſ. ad aptanda. ff. de petio. hæredita. † Sed
bona hæreticorum confiſcantur, ut d. c. cum ſecundum leges , Igitur
nobiles prædicti non poſſunt occupare bona prædicta, ſed à Principe
ſunt occupanda. Secundò , hoc apparet , ſic bona ipſa confiſcantur,
5 hoc eſt in fiſcum deferuntur, † ſed fiſcus eſt loco hæredis † unde actio-
6 nibus dependentibus à bonis cōfiſcatis agit, & conuenitur, C. ad leg.
Iul. de ui publi. & priua. l. tutoris, de bonis damnato. l. ſi. ut proponis,
7 ff. ſolu. matrimo. l. ſi marito, in princ. Igitur † eſt fiſcus hæres in omni-
bus bonis ubicunq; poſitis, ff. de re. iuris l. hæreditas. ff. de acquiren.
poſſeſſio. l. cum hæredes ff. ſi cer. peta. l. eius qui. Igitur fiſcus ipſe qui
eſt hæres, & ſucceſſor in uniuerſum ius, uniuerſa bona habebit. Item
apprehenſio bonorum hæretici condemnati, eſt executio ſententiæ,
8 † ut d. c. cum ſecundum leges, quæ fienda eſt ab ipſo iudice ſentētian-
te per ſe, uel per requiſitionem alterius Iudicis ubi bona ſunt ſita, l. à
Diuo Pio. ff. de re iudica. l. properādum. ſ. ſinautem reus. C. de iudi.
9 † Sic poteſt intelligi c. poſtulaſti, extra de foro competen. Item
10 † confiſcatio bonorum fit in pœnam damnati, ut nudus exultet : arg.
in l. tutelas. ſ. ſi. ff. de capit. diminutio. ff. depo. l. bona fides. C. ad leg.
11 iul. maieſt. l. quiſquis. Sed † occupatio bonorum fit ad ſubleuationē
laborantium, C. de uectigal. & commiſ. l. exceptis, facit in auc. de iu-
dici. ſ. ne autem labor. l. ſi pater. ſ. ſi. ff. de donatio. ibi, eximij laboris.
facit xij. q. ij. c. charitatem, & c. precariæ. c. cū tempus, de offi. ordina.
12 lib. vj. † Ergo bona iſta debent pertinere Domino Duci in cuius lo-
co & iuriſdictione immediatè eſt facta executio ipſius hæretici con-
13 demnati. Prætereà † confiſcatio bonorum eſt acceſſoria ad ſenten-
tiam hæreſis. d. c. cū ſecundum, ſentētia autem limitatur & extēditur
ex terminis loci, & iuriſdictionis ubi lata eſt; arg. l. ſi quis intra. C. de
bon. dam. igitur ſententiam ipſam ſequentur bona ubicunq; ſint.
Nec dubium eſt, quin bona ipſa abdicet iudex ſententians, licet bona
alibi ſint, c. poſtulaſti, allegato. Præmiſsis & ſupra allegatis non ob-
ſtantibus, in cōtrarium arbitror eſſe ueritatem, Motus auctoritatibus
maio-

14 maiorum, † & ex communi ſententia, quibus ſtandum eſt, c. ne inita-
ris, extra de cōſtitut. & rationibus eorum. Cuius rei gratia illud noto
in facto narratum. Quòd burſæ ſunt diuerſæ locorum prædictorum,
& iuriſdictiones diuerſę, licet enim in feudum præfati nobiles teneāt
iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, obuentiones, & bona,
& banna, & ſimilia, tamen ad eos pertinent iura utilis dominij, & eo-
15 dem iure utilis dominij non ſunt prælibati Principis, † & præferūtur
ipſi utiles domini, domino directo in commoditatibus percipiendis,
l. naturaliter, in princ. ff. de acquiren. poſſeſ. l. j. ſi ager uectigal. ff. l. illā
C. de dona. l. iij. C. de noua. Pręſuppoſito igitur quòd burſæ ſint diuer-
ſæ, & diſtinctæ, ut diſtinctio eſt, inter uaſſallum & dominum, & iuriſ-
dictiones ſunt diuerſæ. Quia Princeps præfatus non habet utilem iu-
16 riſdictionem in loco Cadrali, arguo pro hac parte, † Occupatio iſta
bonorum fienda eſt per perſonas publicas non priuatas, d. c. cum ſe-
cundum leges, C. de bonis pro ſcript. l. cum uitia. l. ſi quis intra. & C.
de bon. uacanti. l. fin. lib. x. Sed Iudex loci ubi condemnatio facta eſt,
eſt perſona priuata in loco Cadrali l. fi. ff. de iuriſdic. omn. iudi. c. ut
animarum, de conſtitutio. lib. vj. l. fi. de offi. præfec. urbi, igitur. &c.
Item pro hoc uidetur caſus in allegato c. poſtulaſti, de fo. comp. Epi
17 ſcopus enim in cuius diœceſi commiſſum eſt crimen † priuat clericum
delinquentem beneficio in aliena diœceſi conſtituto, ſed Epiſcopus
illius diœceſis ubi eſt beneficium illud aufert, & alij donat, & confert.
ut in d. c. poſtulaſti, igitur ſic in propoſito noſtro, facit l. cum unus §.
18 is qui ff. de bonis auctorita. iudicis poſſiden. Facit quod dicitur † de
tutore dato, qui ſolummodo adminiſtrationem ſuſcepit bonorū exi-
ſtentiū † in territorio iudicis tutorem dantis l. illud. & l. fi. ff. de excu.
tuto. C. eo. tit. l. ij. & qui pet. tut. l. neque. ff. de teſta. tut. l. quæro, & de
tutori. & curatori. dat. ab hijs, l. pupillo. licet pupillus & perſona eius
committatur indiſtinctè ipſi tutori. Sic ergo dicendum eſt in damna-
to per ſententiam in territorio Principis prælibato. ut licet perſona
eius ſit declarata hæretica, tamen bona eius exiſtētia in loco Cadrali
non occupat Princeps ipſe; maximè, quia ſententia ipſa per Iudicem
19 ſpiritualem lata fuit. Item † damnatus de hæreſi in iuriſdictione Prin
cipis prælibati, ubiq; hæreticus eſt c. ut commiſſi. uer. & contra illos
de hæreti. li. 6. auc. Gazaros. C. eo. ti. Sicut de excommunicato dici-
20 mus quòd in uno loco excommunicatus, † eſt ubiq; excommunica-
tus. iiij. q. v. c. j. & xi. q. iij. c. ij. facit. l. ex ea. ff. de poſtula. Tales enim
pœnæ ſequuntur ut lepra leproſum, ff. de procu. l. quis ergo, l. 3. ff. pro
ſocio. Pro hac parte facit lex tertia C. de bon. uacanti. lib. x. Item
21 talia bona ſunt quodammodo uacantia, † ergo quilibet dominus ubi
ſunt bona illa occupabit, præſuppoſita conſuetudine, de qua in caſus
poſi-

poſitione,quæ habet uim priuilegij, l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff. de
aqua quoti.& æſti.c.ſuper quibuſdã,de uerbo. ſigni. Quòd dominus
occupet ubi ſunt bona ſita facit l.1.& l.3.C.de bo.uacan.l. ſi quis pre-
sbyter.C.de Epiſcopis & cler.C.de exactori. tributo.l.fi. & l.forma.
ff.de cenſib.§.ſi uero agrum. Et hanc partem tenuit Guli. de Cuneo
in l.2.ff.de capit.diminutio. Hanc tenuit Bar. in l.cunctos populos,
22 in fine apparatus,præſupponendo quòd burſæ ſunt diuerſæ † & iuriſ-
dictiones ſeparatæ,prout in caſu noſtro contingit, ubi burſa eſt iuriſ-
dictio utilis & directa,l.1.ſi ager uectigal.& in d.c.poſtulaſti.Idem te-
nuit Bal.in d.l.cunctos populos. Idem ſequitur Butri.in d.c.poſtula-
ſti.Idem diſputando dicitur determinaſſe Io. Calderi. Et inquiſitores
aliàs ſic determinaſſe,de quo per Io.Andr.in c. cum ſecundum leges,
de hæreti.& in addito, Specu.§. ſequitur. Non obſtant in oppoſitum
allegata, Primo,cum dicitur quòd nobiles prædicti nõ habent de iu-
23 re communi fiſcum ; quia fateor. † quòd ſolus Princeps , uel Ciuitas
Romana:ut l. prima. C. de bonis uacantibus. Sic & nulla alia ciuitas
de iure communi, ſed de conſuetudine ; ut in caſu noſtro habebunt
nobiles uicem fiſci:ut per Barto. in d. l. cunctos populos. Præterea,
24 præſupponitur quòd bona hæreticorum occupantur, † ut uacantia,
argument.in l.fi.C.de exacto.tribu.ſecundum Guli.de Cuneo. Non
obſtat quod dicitur, quòd fiſcus loco hæredis &c. Quia reſpondeo
25 quòd non eſt inconueniens unius hominis plures eſſe hæredes † qui
omnes ſuccedunt in uniuerſum ius defuncti ; & unus habebit bona,
exiſtentia in uno territorio,alius alia. Hoc enim non eſt abſurdum
probatur de teſti.c.relatum,ij.in fi.c.cum quis,in fi.de ſepul.in vj.C.
de ſecun.nupti.l.cum aliis,C.de ſuis & legiti.l.cum de emancipatis,
l.1.C.ſi ſocius lib.Imperial.deceſſe.ff. de teſta.milita.§.fin. & l.ſeq.&
maximè,quia ut prædictum eſt bona ut uacãtia occupantur,nimirum
ſi unuſquiſq; habens iuriſdictionem,& dominium , & burſam diuiſam
ab alio occupat bona in ſuo dominio & territorio exiſtẽtia, l.ſi quan
do,C.de bon.uacanti.& l.fi.C.de exacti.tribu.arg.in l.cum unus. §.fi.
ff.de bonis aucto. iudi. poſsidendis. Item fiſco ex uariis cauſis bona
26 quæruntur † & aliquando omnia,aliquando pro parte. l.1. & per totũ
titulum,ff.de iure fiſci,ita quòd non obſtat hic ſecundus articulus cũ
dicitur quòd fiſcus eſt hæres. Non obſtat tertium cum dicitur quòd
apprehenſio bonorum eſt executio ſententiæ, quia fateor , ſed pro-
27 pterea †non ſequitur quòd ad commodum pronunciantis fiat appre
henſio bonorum.patet in c.cum ſecundum leges,de hæreti.lib.6 ubi
licet inquiſitor pronunciet & declaret , tamen dominus temporalis
ad ſui commodum bona apprehendit. Non obſtat aliud cum dicitur
28 quòd apprehenſio bonorum ſit in remunerationem officialiũ,† quia

29 per hoc argumẽtum fateri poſſet,† quòd ſi inquiſitori certa pars debetur, quòd de bonis ubiq; poſitis certã partem habeat. licet de iure communi pro inquiſitione non debeat aliquid exigi: ut not. Archidia. in c. ut officium, de hæreti. lib. 6. probatur in §. hiis inſuper. in auc. ut nulli iudicum. Nec iſte eſt caſus in quo fiat remuneratio, ut patet in d.c. cum ſecundum. Et poſito quòd fiat remuneratio officialibus facientibus negotium, non loquimur de Principe, cui propter hoc nõ eſt debita aliqua remuneratio. Non obſtat quod dicitur quòd confi-
30 ſcatio † eſt acceſſoria ad ſententiam: quia reſpondetur quòd licet ueniat in conſequentiam, tamen bona non ſequuntur ſententiam, ut patet in d.c. cum ſecundum leges; quia alibi, & ad aliũ bona ptinent. Finaliter reſpondetur ad d.c. poſtulaſti, quod facit & decidit pro no-
31 bilibus: quia & ſi iudex ſententians abdicet bona à perſona, † uel potius declaret abdicata, tamen alius occupat. ut d. c. poſtulaſti, & l. ſi quando, C. de bon. uacanti. & d.c. cum ſecundum leges, quare concluditur quòd bona quæ ad temporalitatem pertinent, de bonis hæreti-
32 corum † in loco Cadrali non pertinent prælibato D. Duci. ſed nobilibus de Solario habentibus utile dominium in loco Cadrali.

LAVS DEO. *Ego Martinus de Garratis Laudenſis ſic conſulo.*

*Ego Tubertus de Tortis de Papia ſic conſulo.*

SVBSCRIPTIO D. *Luchini de Curte Papienſis.* V. I. *Doctoris.*

PARTICIPATO & habito colloquio cũ examinatione matura, cũ famoſiſſ. Doctoribus D. Tuberto de Tortis comite & milite, & pręſertim cum clariſsimo Domino meo, D. Martino, apparuit inttepidè concludendum ſicut ipſi concluſerunt: quia ſi diuerſæ ſunt burſæ in territoriis in quibus ſeparatim reperiuntur bona damnati, clara eſt concluſio Doctorum allegatorum ſupra, quòd quilibet dicti territorii ſui bona occupat. An autem poſsit minor Dominus habens merum imperium habere occupationem bonorum, & alia priuilegia fiſci, de conſuetudine patet: quia ſicut de conſuetudine ciuitas reſtituitur ſi-
33 cut Reſpublica, † ita & caſtrum, & municipium reſtitui poteſt eadem conſuetudine: & alia priuilegia habere, quæ Reipublicæ competebãt,
34 l. Reſpublica. ubi latè not. per Alber. C. ex quib. cau. maior. † Ita in ſimili ſicut de rege dicitur. quod habeat ex conſuetudine iura fiſci. uel ſaltem priuilegia aliqua: ut not per Alberic. de Roſa. in l. 1. C. de his qui. ut indig. ubi dicit ſic uidiſſe ſeruari Vltramontes, & tangit in auc. itaq; in fi. C. commu. de ſucceſsio. Ita eodem modo poteſt uindicare locum conſuetudo in Barone inferiore Regis, & Ducis, & Marchionis, ſi tamen habeat territorium, & merum & mixtum imperium, licet de ſtricto iure ſit ſecus, ſecundum Doctores allegatos, & Alberic.

T qui

35 qui nulla allegat, in d. l. 1. Sed eſt pulchrum dubium, † an mulctæ & pœnæ, quæ ſunt fructus iuriſdictionis & iurium, uadant ad dominum immediatum, an ad primum ſuperiorem mediatum, & dicitur quòd ad immediatum: quia non tenetur obedire homines uaſalli ſimpliciter habenti imperium domino feudi. Nec eos poteſt collectare, nec mulctare, & alia ſimilia facere, ſecundum Speculato. in tit. de feudis §. quoniam. uerſ. 14. & ſeq. niſi ubi faceret propter publicam utilitaté
36 totius regni, † quia moueretur bellum contra omnem Regem, ut ibi dicitur. *Ita dico Ego Luchinus de Curte Papienſis Doctor.*

Additiones Magn. D. Franc. Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

37 *De hoc conſilio ſuo facit mentionem Idem D. Mart. Garr. Lauden trac. de Fiſco, q. 24. incip. conſului in cauſa Nobilium de Solario in Dominio Illuſtriſsimi Ducis* SABAVDIAE; *Ex hoc Martini Garrati conſilio collige unum notandum quòd pœnæ mulctæ & confiſcationes bonorum ſubditorum Feudatarijs applicantur non Principi ſed eius Feudatarijs habentibus utile dominium, idem Martin. trac. de Principe in trac. de fiſco concluſ. 24. Boſsius tit. de hæreticis num. 34. idem uoluit Iaſ. con. 57. Redemptoris & c. uiſis litteris, col. pen. uer. nono diligenter aduertendum & uer. Et dum poſtea, uol. 3. Et Brunus con. 31. incip. in cauſa, ubi Iaſon & Brunus uolunt pœnas & mulctas, ac confiſcationes reſpectu ſubditorum Feudatarijs eſſe applicandas Feudatarijs, & non Principi, etiam ſi Princeps aut offitiales Principis cognoſcerent, & non feudatarij, nec eorum offitiales; de cauſa ipſa, ut per Iaſ. d. con. 57. col. pen. uol. 3 & per Brunum con. 31. in cauſa.*
38 *Et hoc intellige reſpectu pœnarum, ac mulctarum & confiſcationum bonorum, quæ ſunt iure ordinario, uel ex arbitrio conceſſo ex forma nouarum Conſtitutionum Dominij Mediolani, aut ex forma ſtatutorum Ciuitatum & locorum, aut ex forma iuris communis, maximè iuxta tit. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. Nam talia cenſentur conceſſa Feudatarijs ex quo habent utile dominium, ut per D. Mart. Garratum hic & per Iaſ. d. con. 57. col. pen. uol 3. & per Brunum d. con. 31. ſed ſi pœna uel mulcta aut confiſcatio imponitur non uigore arbitrij de quo ſupra, ſed ex poteſtatis plenitudine & ex alto & ſupremo dominio quàm, & quod Imperator & quilibet Princeps cenſetur ſibi reſeruaſſe in quacunq; conceſsione ex quo Imperator & quilibet princeps non cenſetur uoluiſſe nec poteſt a ſe abdicare per infeudationem alteri factam aliquam partem imperij, ideſt illius ſuperioritatis, quam quilibet tenetur recognoſcere, ut ait Bald. in l. qui ſe patris col. pen. C. und. lib. & con. 327. col. 3. & con. 333. col. fin. uol. 1. Alex. l. filio quem pater col. fin. ff. de lib. & poſthum. quos refert & ſequitur D. Iac. Mandellus Alberſis con, 62. incip. quamuis dubia excitata col. 4. num. 10. uer. Neq; hic obſtat ſi dicatur, ubi uult hoc procedere in omni infeudatione et conceſsione iuriſdictionis Principis cẽſeatur ſibi reſeruaſſe ius ſuperioritatis niſi cõceſsio ſit facta Eccleſiæ, quia*

*tunc ſi Princeps ſibi expreſſe eam nõ reſeruauit, uidetur etiã ſuperioritatẽ conceſſiſſe Eccleſiæ, ex quo cẽſetur donare ſeu cõcedere Deo Optimo Max. qui nõ habet ſuperiorẽ, ut per Albã d. con. 62. incip. quamuis col. 4. nu. 10. uer. Neq; hic obſtat.*

39 *Secundo etiam præmiſſa non militant ubi feudatarij fuiſſent in dolo, uel culpa, uel conſcij & participes delictorum, Nam tunc pœna mulcta & confiſcatio reſpectu eorum ſubditorum non confiſcabitur nec applicabitur ipſis feudatarijs, ſed parti offenſæ, & reſpectu pœnæ, in quam feudatarij inciderunt, ob præmiſſa applicabitur Principi, & ita per plura concludit Magn. D. Pater meus Io. Baptiſta Plotus Iureconſ. Eques & Comes in tractatu Theologico, canonico, & ciuili per eũ ædito cõtra Blaſphematores qui appellatur tractatus Blaſphemiæ, in q. 40. ubi ad hunc propoſitum allegat l. Sed ſi hac §. proſtituta ubi tex. Bal. Ang. Alex. & Doc. ff. de in ius uocan. et tex. et Doc. in l. 1. C. ſi mancipium ita ueniat ne proſtituatur, & in §. ſancimus itaq; in auc. de rap. mulierum & in §. pen. in auc. Scenicas nõ ſolũ mulieres, Alber. de Roſ. in 2. par. ſtat. q. 97. incip. Quid ſi ſtatuto caſtri caueatur, Abb. Panor. c. poſtulaſti in ult. not. de conceſ. preben. & Ill. D. Rolandũ à Valle patritium Caſalis & olim primarium Senatorem & nunc Præſidem benemeritũ Montisferrati in trac. lucri dotis q. 61. incip. Dubium offertur.*

40 *Ex ſubſcriptione prædicta facta per Magn. D. Luchinum de Curte Papienſem Iurecõſultũ excellentiſsimum ad con. D. Martini Garrati, dum uult idem D. Luchinus quòd Princeps non poteſt collectare nec mulctare ſubditos Pheudatarij niſi ubi faceret propter publicam utilitatem totius ſtatus ipſius Principis, quia contra eum moueretur Bellum, Adde quòd idem conſuluit Ill. D. Rolandus à Valle con. 1. incip. in præſenti conſultatione num. 62. cum ſeq. uſq; ad fi. con. uol. 2. ubi conſuluit Illuſtriſsimum Ducem Mantuæ, Marchionem Montisferrati ob ſtatus & Marchionatus conſeruationem poſſe collectas imponere ſubditis feudatariorum & quòd debet credi Principi imponenti collectam dicenti ſe eam ponere ex cauſa prædicta, ut per Ill. D. Rolan. à Valle d. con. 1. uol. 2. quæ tamen non procedunt contra ſubditos Ill. D. Comitis Lelij Scarampi Comitis Camini, qui deſcendit ex Illuſtri Dominorum de Scarampis familia Aſtenſi, Nam ob eius antiqua & ampla priuilegia titulo oneroſo habita ob recuperatum Clauaſium, fuit conſultum per Mag. Iureconſultum Patrem meum Comitem & Equitem D. Io. Baptiſtam Plotum quòd ſubditi ipſius Ill. Comitis Camini non poſsint aſtringi ad præmiſſa onera per Illuſtriſsimum D. Ducem Mantuæ, & Marchionem Montisferrati digniſsimum D. Gulielmum Gonzagham. 1567.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſulti D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia debet interpretari, ut non ſit ſibi contraria.*

2 *Immunitatem in ſui præiuditium concedere poteſt communitas, ſed non in fiſci præiu-*

*præiuditium, & uide cum ſeq. uſq; ad fi. con.*

3 *Arbitramentalis ſententia æquiperatur tranſactioni.*

*Sententia arbitramentalis & tranſactio æquiperantur.*

4 *Præſumitur pro ſententia antiquiſsima maximè annorũ centum, et uide nũ. 8.*

5 *Arbitramentalẽ ſententiã infringere nõ poteſt cõmunitas ſicut nec trãſactione.*

6 *Immunitas quando extendatur ad onera etiã ordinaria ultra extraordinaria.*

*Onera ordinaria uel extraordinaria quæ dicantur.*

7 *Onera non ſoluens per tempus inmemorabile, præſumitur habere priuilegium a Principe, & num. 8.*

8 *Annorum centum lapſus probat memoriam in contrarium non extare.*

*Poſſeſsio temporis immemorabilis, et priuilegiũ Principis æquiperãtur, et nũ. 7*

*Præſcriptio minoris temporis requiritur in præſcribendo contra feudatariũ quàm contra Principem.*

9 *L. euacuatis C. de Decurion. lib. x. declaratur.*

10 *Feudalibus requiritur infra annũ & diẽ petitio inueſtituræ ſecus in allodialib.*

11 *Executio pro oneribus facta abſq; cauſæ cognitione debet ſtatim reſtitui.*

*Onerum executio facta abſq; cauſæ cognitione contra eum qui non eſt in poſſeſsione ſoluendi debet ſtatim reuocari.*

12 *Sententia in antiquis probat licet non conſtet de actis nec proceſſu.*

13 *Onerum executio quomodo & quando fieri debeat.*

14 *Boues & apta ad culturam quando capi poſsint pro executione.*

## CONSILIVM XXXVIII.

ANTIQVISSIMA quædam Sententia arbitramentalis reperitur, lata inter Communitatem Montisalti ex una parte, & Nobiles de Vairolis ex altera parte, amologata per partes in qua in effectu cõtinetur quòd dicti de Vairolis ſint liberi & immunes ab omnibus cõdictionibus, oneribus, & muneribus dicti Communis pro rebus eorum doneis, ſeu quas nobiliter tenent, & pro ipſis rebus nullas condictias & nulla munera ſubire teneãtur. Item quòd dicti de Vairolis teneantur ad onera mere perſonalia, ꝑut alij homines Montiſalti, ad mere uero realia reſpectu rerum donearum ſeu quas nobiliter tenent non teneantur dicto Communi. Item ſupponitur in facto qualiter dicti Nobiles de Vairolis fuerũt & ſunt exempti ab omnibus oneribus & muneribus tam ordinarijs quàm extraordinarijs reſpectu rerum donearum & quas nobiliter tenent, & ſic dicti Nobiles de Vairolis nunquàm ſoluerunt. Deinde facta fuit derobatio a dicta Cõmunitate Montisalti de nonnullis rebus maximè bobus contra dictos Nobiles de Vairolis. Ex prædictis dubitatur de tribus.

Primo

Primo utrum dicti Nobiles de Vairolis reſpectu rerum donearum teneantur ſoluere alogiamenta Equorum & ſtipendiorum & aliorũ onerum incumbentium dictæ Communitati Montisalti. Secundo quęritur ſuppoſito quòd dicti Nobiles de iure ſint immunes & exempti requiratur confirmatio dictę immunitatis a ſpectabilibus Nobilibus dominis dicti Caſtri Montisalti. Tertio quęritur an boues & alię res derobatę nomine dictæ Communitatis dictis Nobilibus de Vairolis ſine ordine iudiciario ſint quamprimum reſtituendi dictis de Vairolis.

In Christi nomine amen. conſiderandum eſt prout ex facti ſe-
1 rie colligitur quòd † quædam ſunt res doneæ quæ Nobiliter tenentur, quædam autem ſunt res non donęę quæ non nobiliter poſsidentur, & ſic per iſtam ſpetiem ſecundam rerum non donearum non loquitur præſens conſilium quoniam ut ex tenore dictæ ſententiæ arbitramentalis liquet maximè ibi. Item quòd prædicti de Vairolis ad omnia onera tam realia quàm perſonalia teneantur pro dicto communi ſicut alij homines quod capitulum uendicat ſibi locum in alijs rebus non doneis ne aliàs dicta ſententia arbitramentalis ſit inuicem contraria quod non eſt dicendum l. quoties ff. de rebus du. & l. quoties ff. de uer. ob. & per D. Bal. in l. edita, C. de edendo in repetitio. ſecunda quam fecit Paduæ. Capio igitur primam ſpetiem rerum do-
2 nearum & quæ nobiliter † poſsidentur, de quibus in themate quæritur, uidelicet utrum dicti Nobiles reſpectu dictarum rerum donearũ teneantur ſoluere expenſas & alogiamenta Equorum & ſtipendiorũ alogiatorum in dicto Caſtro Montiſalti & aliorum onerum incumbentium communitati Montiſalti, an uerò ſint immunes & exempti a dictis muneribus, & uidetur prima facie dicendum dictos nobiles de Vairolis teneri ad contribuenda onera cum ſua communitate Montiſalti, non obſtante immunitate ſententiæ arbitramẽtalis quoniam conſenſus ciuium uel curiæ nemini pręſtat immunitatem ſed omnes ad munerum ſocietatem conueniantur l. uacuatis C. de decur. lib. x. Igitur hæc ſententia arbitramentalis nõ opitulabitur dictis de Vairolis. Secundo quia tria copulatiue requiruntur de quibus per glo. in
3 l. prima C. de his qui à prin. uacat. accep. eo. lib. † Contrarium de iure arbitror uerius, uidelicet dictos nobiles de Vairolis reſpectu rerum donearum, & quæ nobiliter poſsident fore exemptos & immunes a dictis alogiamentis & expenſis & aliis oneribus, primo quia ualet pactum uel tranſactio facta a priuatis perſonis ſiue a communitate in ſui præiudicium, licet non in præiudicium fiſci imperialis, glo. prima in d. l. uacuatis C. de decur. lib. x. Ibi ſed bene ualet in præiudicium concedentis facit l. epiſtola, §. precium & l. inter debitorẽ ff. de pac.

quas

quas ll.glo.benè allegat.ſed cum in facto præſupponatur adeſſe ſen-
tentiam arbitramentalem quæ de iure æquiperatur pactioni tranſa-
ctionis,ut in aut.ut dif.iud.§.ſi uero contingerit & ibi glo. & no.Bar.
& Ang.in l.elleganter in prin.ff.de condi.inde.& Bal.in l.prçſes C.de
tranſ. Igitur dicta ſententia arbitramentalis quæ tranſactioni parifi-
4 catur obligat dictam communitatem Montiſalti,maximè cum† dicta
ſententia arbitramentalis ſit antiquiſsima pro quibus factis antiquiſ-
ſimis lex præſumit ut per Cy.& Bal.in l. emancipatis C. de fide inſtr.
& per Io.Cal.in c.quoniam cõtra falſam de proba.nam illa ſententia
arbitramentalis uult dictos nobiles de Vairolis nullas condictiones
nulla onera & nulla munera ſubire pro rebus eorum doneis ſeu quas
5 nobiliter tenent dicti de Vairolis. Amplius dicta † Communitas nõ
poſſet reuocare nec infringere priuilegium exemptionis & dictæ ſen-
tentiæ arbitramentalis,cum tranſiuerit in uim pacti,ut per Bar.in l.
2. in fine ff. de iure immunitatis poſtquàm ambæ partes emologa-
uerint ſententiam arbitramentalem l.2. C. communia utriuſ. iudi. &
no.per Iac.But.& Bal.in l.ſi diuerſa C.de tranſ. nec obſtat ſi allega-
6 retur quòd uerba dictæ † ſententiæ arbitramentalis non intelligan-
tur de ordinarijs oneribus poſtquam expreſſum in ea non dicitur l.
1.C.de his qui pub.muner.lib.x. & Ange. in dicta l. uacuatis quia re-
ſpondeo quòd cum iſtç collectæ ſiue onera de quibus quæritur nõ im
ponuntur a lege,nec a Papa, nec Imperatore cẽſentur munus extra-
ordinarium l.muneribus §.qui muneris ff.de excuſ.& uaca.mu.& Bar.
in l.2.ff.de iure immu.in penul.quæſito ad quod extraordinarium ꝓ-
culdubio dicti Nobiles non tenentur propter ſẽtẽtiam arbitramen-
talem. Secundo & fortius reſpondeo quòd illa uerba ſententiæ arbi-
tramentalis ſcilicet quòd dicti Nobiles ſint immunes ab omnibus
cõdictionibus oneribus & muneribus &c. Interpretanda ſunt etiam
ab ordinariis quia nulla potẽtior & melior extat interpretatio quàm
conſuetudinaria.l.minime,& l.ſi de interpretatione ff.de legi.& not.
in l.2.C.quæ ſit lon.conſue. Sed iſti nobiles de Vairolis non conſue-
uerunt ſoluere pro rebus doneis aliqua onera extraordinaria nec or-
dinaria,ut ſupponitur in facto. Igitur dicta uerba ſententiæ interpræ-
tabuntur etiam de ordinarijs oneribus. Hanc quoq; partem incon-
7 uincibiliter ſtringit quoniam† tantum tẽpus cuius initii memoria nõ
exiſtit in contrariũ habet uim conſtituti & legiptimi priuilegij Prin
cipis l.hoc iure §.ductus aquæ,ff.de aqua quotti. & eſtiua. & c.ſuper
quibuſdam. §.prætcrea de uerbo.ſigni.&no.ſcribentes maximè Bal.
in l. uectigalia C. no. uecti. impo. non poſ. ſed. ut ex themate clarè
colligitur iſti nobiles de Vairolis nunquam ſoluerunt aliqua onera
ordinaria ſiue extraordinaria reſpectu rerum donearum ſeu quas no-
biliter

biliter tenent per tantum tempus ſpatium cuius initij memoria non
exiſtit. Igitur per inde eſt, ac ſi iſti nobiles de Vairolis haberent pri-
8 uilegium immunitatis a Principe ſupremo. Eſt † quoq; notandum
quòd cum ex die ſententiæ arbitramentalis lapſi ſint centum anni,
ut ex die ſententiæ arbitramentalis liquet quòd nunquam ſoluerunt
aliqua onera ordinaria nec extraordinaria, ut in facti ſeriè contine-
tur qui lapſus centum annorū probat, nō extare memoriam ſecundū
no. Cy. in l. 2. circa fi. C. de ſer. & aq. Igitur per inde eſt ac ſi d. nobiles
de Vairolis haberēt priuilegiū a Principe, imo poſſet attentari. poſt-
quàm ius exigendi uectigalia & imponendi collectas ſit formatum
in perſona priuati, puta alicuius nobilis, ut eſt in caſu noſtro quadra-
ginta annos ſufficere ad cauſandum ius excipiendi per uiam præſcri
ptionis exemptionis in perſona horum nobilium de Vairolis ſecun-
dum ſcripta per Bar. in l. ſi publicanus in uectigalibus ff. de pub. & per
Bal. in dicta l. uectigalia. Ex quibus omnibus concluditur dictos no-
biles de Vairolis fore immunes & exemptos ab expenſis Equorum
& ſtipendiariorum & ab aliis oneribus reſpectu rerum donearum,
9 † Nec obſtat dicta l. euacuatis all. quia dupliciter reſpondetur. Primo
qnòd illa l. procedit in fiſco non autem reſpectu concedentis, ut ibi
dicit glo. 1. in fine. Secundo reſpondetur quòd illa non ſibi uendicat
locum in Principe qui poteſt cōcedere immunitatem etiam a patri-
monialibus l. ſunt munera ff. de uaca. mu. & glo. in d. l. euacuatis, &
Bar. in dicta l. 1. ff. de iure immu. ſed tantnm tempus cuius initij me-
moria non exiſtit parificatur priuilegio Principis, d. l. hoc iure §. du-
ctus aquæ ff. de aqua quot. & d. c. ſuper quibuſdam §. prӕterea cū alijs
ſuperius all. non ob. l. 1. C. de his qui a Principe quia non loquitur in
caſu noſtro ſed dum petitur immunitas ab officio decurionatus, ut
10 ibi dicit glo. † Circa ſecundum articulum quo quæritur ſuppoſito
quòd dicti Nobiles de iure ſint immunes & exempti requiratur con-
firmatio immunitatis à Spectabilibus dominis dicti caſtri Montiſalti.
dicendum eſt quòd licet in feudalibus requiratur infra annū & diem
petitio inueſtituræ ſiue confirmationis, ut in uſibus feudorum ma-
ximè in conſtitutione Federici c. Imperialem §. præterea tamen ſe-
cus eſt in alodialibus, quia in alodialibus quilibet eſt moderator &
arbitr. nec requiritur aliquid extrinſecus l. in re. C. mandati. & l. non
11 uſq; adeo ff. ſi quis a pa. fuerit ma. in ratione ſua deciſiua. † Circa ter-
tium quo quæritur an boues & aliæ res derobatæ nomine dictæ Com
munitatis dictis nobilibus de Vairolis ſine ordine iudiciario ſint quā-
primnm reſtituendæ dictis de Vairolis, dic quòd regula uulgata eſt
quòd executio de facto facta debet de facto reuocari, l. ſi cum nulla
ff. de re. indi. & Bal. in l. ſi pacto quo pœnam C. de pact. ſed iſta execu-
tio

tio & derobatio bouum non fuit rite facta, quia non ſeruato iuris ordine,& non præmiſſa legiptima cauſæ cognitione l.1.C. de execu. rei. iud. Igitur ſtatim debet fieri reuocatio iſtius minus proprie executionis.

*Et ita utſupra dictum & concluſum eſt, dico & conſulo Ego Martinus de Garratis legum Doctor Laudenſis, ad cuius fidem &c. Et ita etiam conſuluit D. Ioannes de Cipellis de Laude.*

Additiones Magn. Equitis & Comitis D. Franc. Mariæ de Plotis.

12 *Tene, menti, quòd adeo præſumitur pro ſententia antiqua, ut per D. Mart. hic num.4.& 8.quòd ſi reperitur ſententia ſola iudicis, aut arbitri, uel arbitratoris, abſq; proceſſu & abſq; actis,& abſq; citationibus quòd ualet,& præſumuntur omnia acta,& omnia ſolemnia, & alia quæ requiruntur ad ualiditatem ſententiæ interueniſſe, ubi eſt lapſum tempus centum annorum, l. admonendi ubi Bar. num.44.& Iaſ.num.200.ac Ripa num.200. ff. de iur. Bal. l. emancipatione uer.ulterius quæro C.de fid.inſt.Dec.conſ.199. uiſis col.fi.uer.ſecundo poteſt,& conſ.375. iuridicam col. 1. & conſ.558. In cauſa, & conſ. 199. uiſis col. 1. Iaſ.l.2.col.2.C.de teſtam.Innoc.c.cum in iure & ibi alij Doc.de offic. deleg. Ill. D.Rol.à Valle Præſes Montisferrati con.99.uiſo ſtatuto, num.23. & 24. cum ſeq.uol.2.Crau.De Antiq.temp.ubi hoc ubiq; dicit.*

13 *Executio facta pro oneribus abſq; cauſæ cognitione debet ſtatim & in primis & ante omnia reſtitui, ut per D.Mart.hic ſupra num.11.Et hoc intellige ubi fit executio pro oneribus contra eum qui non eſt in poſſeſſione ſoluendi, quia tunc requiritur cauſæ cognitio, & interim executio facta in rebus etiam licitis pignorari, debet in primis reſtitui tot.tit.ex.Reſ.it.ſpol. & l. 1. C. de Exeq. rei iud. Sed ſi executio fiat contra exiſtentem in poſſeſſione ſoluendi onera, non debet relaxari, ſed durante lite debet cogi ad ſoluendum onera, ne interim Fiſcus, aut Vniuerſitas priuetur poſſeſſione ſua, exigendi talia onera, tot.tit.de Reſtit.ſpol. Rom. conſ. 311.Omnipotentis Dei &c.in caſu,ccl.pen.num.6.uer.Quo ad tertium, uſq; ad fi.con. Nam in exigendis oneribus contra exiſtentes in poſſeſſione ea ſoluendi, nõ requiritur ordo iuditiarius, ſed ſufficit Proclama uel bannũ generale, ut omnes ſoluant talem collectam, uel talia onera. Pariſius con.25.Primo aſpectu,nũ.116. uer,Nec obſtabit uol.1.Bal.con.434.licet index uol.3.Signor.con. 108. col.fi. Alex.con.115.Super,col.3. uer.quantum autem uol.4.*

14 *Boues, Aratra, & cetera inſtrumenta aratoria agrorum non poſſunt capi, etiam pro executione ſententiæ tex.in l.executores C. quæ res pig. ob. poſ. Et idem in omni re quæ ad culturam agri pertinet l. pignorum C. quæ res pig. ob. poſ. Et hoc procedit tam in bobus, & inſtrumentis agrorum tributariorum, quàm non tributariorum, ne ſterilitas damno Reipublicæ inducatur, & eſt com. op. Ripa trac.de peſte, Rub. De præſer. remed. con. peſtem, incip. Accedo, num.221.uer. Item boues, aratra, Fallit in ſubſidium ubi non ſunt alia bona pro facienda executione, glo.d.l.executores, per tex.in l.ſtipendia.C.de Exeq.rei iud.cum ibi not.*

*per glo. Sed an pro oneribus publicis, & debito publico capi poſsint, & D. Mar. ſupra num xi. ſentit quòd ſic, Ex quo boues uult relaxari quia executio erat facta ſine cauſæ cognitione, ergo ſi executio aliàs fuiſſet licita Boues reſtitui nō debebant l. 1. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. & pro hac op. facit d. l. executores uer. debita ea quæ ciuiliter, & uer. ex quo tributorum illatio retardetur, Sed tu dic quòd etiam pro oneribus & debitis publicis capi non poſſunt, quia militat ſemper eadē ratio ne damno Reipublicæ inducatur ſterilitas, & quia onera ſtante ſterilitate tardius, & difficilius, ſoluerentur, & ubi eſt eadem ratio debet militare idem ius glo. & Iaſ. l. a titio. ff. de uer. ob. & facit l. digna uox. C. de legib. Et ita alias Reſcripſit Ill. Magiſtratus Mediolani boues captos pro oneribus bonorum Caſsioli ueteris & noui Diœceſis Nouariæ debere reſtitui; quia capi non potuerunt etiam quòd onera deberentur. Et hoc intellige ſemper quòd in ſubſidiū ſi alia bona non reperiantur quòd capi poſſunt, glo. d. l. executores, Ripa d. num. 221. uer. Item boues in fi. ibi ſed quid.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Denunciatus quòd conduxit merces ſine ſolutione datij, quomodo puniatur.*
2 *Caſus ubi eſt, ibi nulla eſt dubitatio,*
3 *Ciuis non debet ignorare ſtatuta ciuitatis ſuæ.*
4 *Gabellas fraudare an licitum ſit.*
5 *Forenſis excuſatur, niſi ſit in ſuprema ignorantia.*
6 *Beſtiæ alienæ non publicantur, niſi ſit conſuetudo in contrarium.*
7 *Ciuis præſumitur habere notitiam ſtatutorum ſuæ Ciuitatis.*
*Statutorum renonciatio ualet ubi ſit per municipes ſtatuti etiam quòd non fiat certioratio.*
8 *Gabellas pro rebus uſus ſui & familiæ quis non tenetur ſoluere, fallit nū. 9.*
9 *Datia quando quis teneatur ſoluere pro rebus uſus ſui aut familiæ.*

## CONSILIVM XXXIX.

STATVTO ciuitatis Bobij cauetur, quòd quęlibet perſona quæ conduxerit, & non extraxerit in ciuitatem Bobij, burgis ſeu diſtrictu aliquam qualitatem pellarum non confectarum ſoluat de qualibet ſoma datiarijs ſolidos decem, ſub pœna ſoldorum quadraginta, & amiſsionis dictarum pellarum, & beſtiarum, ſuper quibus conducentur coria & pelles prædictæ, & teneantur requirere unum ex dictis conductoribus, antequàm exonerentur dictæ ſomæ. Et de qualibet ſoma piſcium de folio anguillarum ſalatarum ſoluan-

uan-

1 uantur ſolidi quattuor, ſemel tantum &c. Vigore † ſtatuti datiarij datij groſsi Communis Bobij denuntiarunt, & accuſauerunt Antonium ciuem Bobij; quia conducere fecit à Ciuitate Genuæ ad Ciuitatem Bobij, tres beſtias oneratas pellibus non confectis, abſque denunciatione & ſolutione datij, quæ accuſa fuit approbata. Quæritur an dictus Antonius accuſatus debeat condemnari in ſolidis quadraginta, & amiſsione pellium & beſtiarum.

Christi nomine inuocato, Omiſsis allegationibus ad ueritatis fontem accedo, & puto dictum Antonium dennnciatum puniendum
2 ſecundum formam dicti ſtatuti: † quia nbi caſus eſt, ibi nulla eſt dubitatio, l. ancillæ. C. de furt. Sed caſus eſt in terminis in ſtatuto allegato, ſub rubrica de piſcibus &c. cum præſupponitur. dictum Antonium conduci feciſſe à Genua ad Bobium pelles ſine ſolutione, & denun-
3 ciatione. † Nec enim poteſt ſe excuſare prętextu ignorantiæ, cum ſit ciuis & habitator ciuitatis Bobij, l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fide catho. per Doctor. & per Barto. in repetitio. l. quod Nerua. ff. depoſi. in vj. col. ibi, iuxta prædicta quæro, an error. facit l. fi. ff. de decret. ab ordi. facien. Nam ciues Bobij non poſſunt prætendere ignorantiam ſtatutorum ſuorum, ut per Barto. in d. l. quod Nerua. Non
4 † obſtat quod ſit licitum decipere gabellas, quia imo non eſt licitum
5 ipſis ciuibus, ut per D. Bar. in l. uectigalia, in prin. ff. de publica. † Nam faterer ſi dictus Antonius eſſet forenſis excuſaretur, niſi eſſet in ſupina ignorantia, l. fi. §. licet. & ibi Bar. ff. de publica. facit l. fi. ff. dę decret. ab ordin. fac. & c. ut animarum, de conſtitution. lib. vj. Item
6 † fateor quod ſi beſtiæ eſſent alienæ non publicarentur, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, l. quoties; §. dominus, & ibi Bar. ff. de publi. & hæc pars fouetur æquitate maxima, quoniam Communitas ſoluit ex datii Poteſtati & officialibus, aliàs eſſet opus imponere collectas dictæ Communitati, ex qua collecta grauarentur non ſolum diuites, ſed etiam pauperes, uiduæ & orphani, ergo apparet dictum Antoniū eſſe condemnandum: quia decepit datia.

*Ego Martinus Garratus Laudenſis ſic conſulo.*

Additio Magn. Equitis & Comitis D. Franciſci Mariæ de Plotis.

7 *Nec enim poteſt ciuis ſe excuſare inquit D. Mart. Garratus prætextu ignorantiæ ſtatutorū ſuæ Ciuitatis quia de eis præſumitur habere notitiam, Adde hoc procedere etiam ſi de eis non fuiſſet certioratus, Barbac. conſ. 12. ſcribitur col. 3. uer. & ſi quiſpiam dixerit Amice uol. 1. Nam municipes præſumuntur habere notitiā ſtatutorum ſeu municipij c. 1. de poſtulat. præl. c. quod dicitis 16. Diſ. c. propoſuiſti. 82. Diſ. c. 11. ubi glo. & Doc. de conſtit. in 6. Barbac. d. con. 12. uol. 1.*

8 *Gabellas fraudare, eſt licitum de iure communi, & in foro Animæ, & conſcientiæ,*

 *ubi*

*ubi non cauſa mercaturæ, & negotiationis, ſed pro uſu ſuo, & familiæ ſuæ tantum emuntur ac portantur & uehuntur, quia tunc pro illis pedagium & uectigal ſolui non debet, Et eſt pœna capitis facienti contrarium, tex. in l. uniuerſi. C. de uectigal. & commiſ. & ibi* Doc. Fr. Ang. *de Carletis de Clauaſio in ſum. Ange. uer.* Pedagium, *num. 3. uer. de quibus debent ſolui pedagia,* Et *conſuetudo in contrarium tamquàm iniuſta & irrationabilis non ualet, ſum. Angel. d. uer.* De *quibus debent ſolui pedagia,* Hoſtien. *in* Sum. De *cenſibus exac.*

9 *Sed hæc primo limita non procedere, ubicunq; ex cauſa legitima tale pedagium, ſeu gabella, uel collectæ, imponerētur ſuper rebus quæ emūtur, uel portantur pro uſu ſuo & famliæ, uel pro uictualibus quotidianis in ſuos ſubditos quia tunc eis de iure, & in conſcientia cum ſint ſubditi non liceret in præmiſsis fraudare, ſed forenſes non tenerentur ad talem gabellam, nec onus, ſum.* Angel. *d. uer. de quibus debent ſolui pedagia,* Secundo *limita, hæc non procedere ubicunq; eſſet conſuetudo cuius initij non eſſet memoria in contrarium ſoluendi uectigal etiam de uictualibus & rebus quæ portantur pro uſu ſuo & familiæ ſuæ prout eſt per totam ferè miſeram* Italiam *olim caput* Mundi, *& prouintiarum* Dominam, *ubi tale uectigal exigatur per habentem poteſtatem legis cōdendæ, & imponendi collectas, quia eſt præſumendum ſi ex more antiquo hoc faciunt, cuius non eſt memoria in contrarium, quòd hæc fecerint fauore publico pro ſubueniendis neceſsitatibus publicis & tunc tales gabellas non eſt licitum fraudare,* Fr. Io. Baptiſta Trouamala *in eius ſum.* Roſella *uer.* Pedagium *num. 6. uer.* Numquid *autem qui faciunt portari, ubi præmiſſa concludit eſſe uera per multas rationes & iura de quibus per eum ibi & ita uidi conſilium factum per Magn. Patrem meum* D. Io. Baptiſtam Plotum Iureconſultum Equitem *&* Comitem, *in fauorem* Ill. D. Comitis Lelij Scarampi Comitis Camini *olim* Diœceſis Vercellenſis, *& nunc* Caſalenſis.

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 Delegatus Ducis *Mediolani an poſsit punire malefactores in aliena iuriſdictione, in ſua repertos, per totum conſilium.*
2 Remiſsio *non fit ad locum delicti.*
3 Actio *furti non datur ex aſsidua cōtractione: quod intellige ut infra nu. 14. et*
4 Furtū *faciens* Florentiæ, *repertus cū furto* Peruſii, Peruſii *poteſt puniri. (16.*
5 Rei *ſuæ nemo facit furtum regulariter.*
6 Rei *mutatione domino ſicut noua naſcitur actio furti, ita mutatione loci & iuriſdictionis.*
7 Argumentum *a dominio ad iuriſdictionem ualet.*
8 Fur *in tot locis puniri poteſt, in quot cum re furtiuā reſidētiam unius diei facit.*
9 Fur *exportando rem in alienam iuriſdictionem, iuriſdictionem prorogare uidetur, nec habet locum pœnitentia.*

10 *Fur per alienas iuriſdictiones diſcurrens, uagabundus dicitur.*
11 *Dolus nemini patrocinari debet.*
12 *Animus ab effectu probatur.*
13 *Reipublicæ expediens eſt ut delicta ubique puniantur.*
14 *Furtum nouum fit noua contractione.*
15 *Delictum unum plures iudices habere poteſt.*
16 *Actio ſi non datur parti, ergo nec Reipublicæ, an ſit bona conſequentia, & ſupra num. 3.*
18 *Fur repertus cum re furata in iuriſdictione diuerſa poteſt ubiq; capi et puniri.*
19 *Homicida animi deliberati, in qualibet parte Mundi poteſt capi & puniri.*

## CONSILIVM XL.

QVATTVOR Ruſtici Vercellenſes iuerunt de die ad ciuitatem Vercellarum, & intrauerunt animo malignandi domum Ioannis, & ibidem interfecerũt tres perſonas, deinde derobauerunt, & furto ſubtraxerunt multa bona ex eius domo, uidelicet, aurum, argentum, & pecunias, & uenerunt ad ciuitatem Nouariæ, quæ eſt diuerſi dominij & iuriſdictionis à ciuitate Vercellarum, & ibi uigore litterarum Illuſtriſsimi Principis Mediolani, fuerunt detenti, qui confeſsi ſunt de plano ſe prædicta facinora comiſiſſe. Quæritur an iſti malefactores debeant & poſsint puniri in ciuitate Nouariæ. Et licet non libenter ſcribam in criminalibus, moriſq; mei ſit in cauſa criminali calamo quietem dare, tamen propter atrocitatem delictorum commiſſorum, tum propter iuſtitiam, tum etiam quia intereſt Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, dicam quid ſentiam in prædictis.

1 Dubium principale eſt. † An delegatus Illuſtriſsimi Principis Ducis Mediolani poſsit ꝓcedere & punire dictos quattuor Ruſticos malefactores in alia iuriſdictione, in qua non ſit delictum perpetratum, & uidetur prima facie quòd non, niſi aliàs ibi forum habeant, ut plenè hæc omnia notantur in l. 1. C. ubi de cri. agi. oport. iuncta auct. ſua,
2 † & de conſuetudine non fit remiſsio ad locum delicti, quando ſunt loca diuerſorum dominorum, ut not. per Glo. & Canoniſ. in c. paſtoralis. de re iudi. & D. Ang. in aut. ſi uero. C. de adulte. & facit quod no. Bar. in l. 1. §. præſides. ff. de requiren. reis. & per D. Bal. in l. 1. C. ubi de crimi. agi oport. & pro hac parte cõſuluerunt Domini Ricar. de Saly.
3 & Io. de Ligna. † per regulam quòd ex aſsidua contractatione non detur actio furti. l. ei qui ff. de furt. ſi ergo non datur parti, ergo nec Reipublicæ. l. non ſolum. §. quamquam. ff. de iniur. facit l. 3. cũ l. ſeq. ff.

de

de furt. In contrarium tamen arbitror eſſe ueritatem. Et primò adducam iura & rationes, pro hac parte breuibus & ſubſtantialibus tamen utendo.
4 † Primò in terminis noſtris D. Bar. in l. ſi dominiũ ff. de furt. ubi concludit quòd ſi aliquis fecerit furtum Florentiæ, & reperiatur Peruſij cum re ſubtracta, poterit puniri Peruſii, idem tenet Bal. in l. unica. C. de confeſſ. in x. col. uer. quæro de tali quæſtione, ubi ait. Quidam fecit furtum Bononiæ, deinde cum re furtiua eſt inuentus Papiæ, & ibi eſt confeſſus maleficium, utrum iudex ipſe poſsit punire & determinat quòd ſic, & dicit hanc opinionem, eſſe naturalem & æquam, quia inuenitur cum re ſubtracta Papiæ, ſed ſi eam uendidiſſet alibi, & prætium conuerteret Papiæ, non poſſet puniri Papię, quia pręſ
5 tium factum eſt ſuum. † & rei ſuæ nemo facit furtũ regulariter l. pen. ff. de côdi. ob. cau. idem tenet D. Bal. in l. ſi abducta. C. de furt. in uerſ. & prædicta faciunt ad ſolutionem, ibi ſolutio, ſatis uidetur iuridicum & equitati conſonum, idem tenet Bal. in l. qui furere. ff. de ſta. ho. Idem tenet D. Ang. in l. de iis. C. de furt. ubi dicit, quòd fauore Rei-
6 publicæ opi. D. Bar. approbatur. Et pro hac parte facit ratio. † Nam ſicut rei mutatione, domino noua naſcitur actio furti l. ſi dominium ff. de furt. ita mutatione loci & iuriſdictionis, ad uindictam publicam.
7 † cum ſit bonum argumentnm a dominio ad iuriſdictionem, l. qui fu-
8 rem, ff. de ſta. ho. † & ideo cõtra furem poteſt procedi tot locis quot locis cum re furtiua facit reſidentiam, & intelligo reſidentiam unius diei, ff. de furt. l. quo deſtinauerit, nam ſi minus ſteterit fur in uno loco cũ re furtiua, non poterit ibi puniri Bal. in d. l. qui furere. Secundo
9 quia † exportando rem in aliena iuriſdictione uidetur prorogare iuriſdictionem de loco ad locum, unde nõ habet locum penitentia ſecun
10 dum Bal. in d. l. ſi abducta. Item tertio † quia ſic diſcurrens uidetur
11 uagabundus, l. 1. & fi. C. ubi de cri. agi. op. Item & quartò, † quia in ipſo initio fur uidetur fuiſſe huiuſmodi propoſiti, ut in alium territorium transferatur, ſecuritatis ſuæ cauſa, & ſic non debet ei us dolus ſibi pa-
12 trocinari, l. in fundo ff. de rei uendi. † qui animus probatur ab effectu l. ſed ſi Iulianus. §. pen. uerſ. ſed ſi ab initio. ff. ad Macedo. & l. quædam, ff. de reb. dub. & facit quod notat D. Ang. in l. ſi dominium ff. de furt.
13 Quinto † hanc partem ſuadet utilitas Reipublicæ ut delicta facilius puniantur. l. ſi ita uulneratus. ff. ad l. aquili. cum ſuis uulg. Vltimo hãc partem tanquàm æquiorem & magis rationabilem inquit D. Bal. in
14 locis prætallegatis. Non obſtat primum argumentum. † quòd ex aſſidua cõtractatione nõ detur actio furti, quia reſpondeo, quòd propter mutationem loci iuriſdictionis ad locum alterius iuriſdictionis, nouũ cõmittitur delictum, ex noua contractatione, ut inquit Glo. in
15 l. ei qui in pr in ff. de furt. Secundo reſpondeo † quòd etiã ſi eſſet unicũ furtum,

furtum, tamen non eſt mirum, ſi unum delictum plures iudices habeat ut C. de ſportul. & ita etiam not. D. Bal. in l. qui furere ff. de
16 ſta.ho. Non obſtat † l.ei qui allegata, quia reſpondeo, quod ex noua
17 contractatione &c. ut dicit Glo. in d.l.ei qui. Præterea † non eſt bona conſequentia, actio non datur parti, ergo nec Reipublicæ ut not. prallleg. Bal. & Ang. in l.tranſigere. C. de tranſ. Ex prædictis igitur uenit & uidetur concludendum, officiales delegatos ab Illuſtriſsimo Duce Mediolani, procedere debere ad condemnationem dictorum homicidiorum & furum.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis Laudenſis V. I. D. &c. Cui Domini Martini conſilio præfato ſe ſubſcripſerunt præſtantiſsimi, ac famoſiſsimi I. V. Doct. Domini Tubertus de Tortis miles & Comes. Ludouicus de Curte, & Iacobus de Puteo.*

Additiones Magn. D. Franc. Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

18 *Fures iſti reperti in ciuitate Nouariæ cum rebus furatis in Vrbe Vercellarum, poſſunt capi & puniri Nouariæ ex rationibus de quibus hic per D. Mart. Adde Ant. But. c. I. de rap. Spec. tit. de comp. iud. ad. Magn. D. Bernardinum Plotum Doctorem accutiſsimum & conſanguineum meum con. 133. incip. Hercules num. 11. uer. Fur. impreſſo in primo Tomo con. cri. diuer. Doct. & per Magn. Iureconſ. D. Io. Bapt. Ziletum compilato anno Domini. 1566.*

19 *Adde quòd iſti quattuor Ruſtici qui ut inquit D. Mar. hic intrarunt domum exiſtentem in Ciuitate Vercellarum Domini Ducis Sabaudiæ, & in ea intrantes animo malignandi occiderunt tres perſonas, & poſtea uenerunt in Ciuitatem Nouariæ Domini Ducis Mediolani, quòd cum tractate & apenſate, ac animo deliberato intrauerint ipſam domum animo occidendi ipſas tres perſonas, quòd capi & puniri potuerunt in Ciuitate Nouariæ & in qualibet Mundi parte etiam ſi nihil furati fuiſſent ex quo homicidium comittens per induſtriam ſeu animo deliberato, in aliqua Mundi parte non eſt tutus, ſed ubiq; capi & puniri poteſt. Nam ſic dixit Deus Optimus Maximus, in Exodo cap. 21. Si quis per induſtriã occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab Altari meo euelles eum, ut moriatur, & in Deuteron. cap. xix. inquit Deus, ſi quis autem odio habens proximum inſidiatus fuerit uitæ eius &c. fugeritq; ad unam de ſupradictis urbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius & arripient eum de loco effugiei, &c. & morietur, non miſereberis eius. Et ita per iſta & alia conſuluit Magn. D. Bernardinus Plotus Doctor excellentiſsimus d. con. 133, incip. Hercules in primo Tomo.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſulti D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Immunitas poteſt concedi a Communitate ob benemerita, uel ex contractu & per eam non poteſt infringi fallit in tribus caſibus de quibus num. 6. 7. & 8.*
2 *Præſumitur partis præſentia in inſtrumento.*
3 *L. euacuatis C. de Decur. lib. x. declaratur.*
4 *L. 1. C. ut nem. lic. in emp. Spec. lib. x. declaratur.*
5 *Immunitas conceſſa pro ſe & filijs legittimis extenditur ad legittimatos.*
6 *Reſtitutio in integrum datur contra exemptionem Communitatis.*
7 *Immunitas non extenditur ad onera belli.*
8 *Statutum quòd immunitas non concedatur ampliatur.*

## CONSILIVM XLI.

MAGNIFICA Communitas Ciuitatis Placetiæ propter benemerita conceſsit immunitatem B. & eius filijs legiptimis, poſtmodum dicta Magn. Communitas uult infringere hanc immunitatem faciendo capitulum in inuentario quòd omnes exempti ſoluant. Quæritur an poſsit dicta Magn. Communitas infringere dictam exemptionem. Secundo quæritur an dicta exemptio trahatur ad filios legiptimatos dicti B. Conſului ego Martinus ſuper primo articulo dictã Magn. Communitatem non poſſe infringere dictam exemptionem per l. quod ſemel ff. de decre. ab or. fa. Secũdo quia Princeps non poteſt contractum ſuum infringere, l. digna uox. per Cy. & Bar. & etiam D. Bal. C. de legi. Tertio per dictum Bar. in l. omnes populi ff. de inſt. & iur. ubi quando lex tranſit in contractum &c. & dat exemplum de ſtatuto quicunq; uenerit ad habitandum &c. & uide l. epiſtola §. pac-
2 tum ff. de pact. † Non obſtat quòd non adſit præſentia partis quia pręſumitur in ſcriptura, glo. & Ang. in l. prima C. de contrahen. ſtip. Non
3 obſtat † l. euacuatis C. de Decur. quia loquitur in præiuditium fiſci, & non Communitatis, & ita uult glo. & Bar. in dicta l. euacuatis faci. not. Guill. in l. ſi unus §. generaliter ff. de pact. & ibi Bal. & Ang.
4 Non obſtat † l. prima & ibi glo. C. ut nemini lic. in empt. Spec. lib. x. quæ dicit quòd tempore guerrę & famis nemo excuſatur, quia illud uerum in præiudicium fiſci, ſecus autem in præiuditium Cõmunitatis.
5 Circa ſecundum articulum † dico legiptimatum comprehendi, quia Comes Palatinus qui legiptimauit habebat poteſtatem iuri naturæ reſtituendi pro quo Bal. in l. eam quam C. de fideicom.

*Ita conſulo Ego Martinus de Garratis Laudenſis.*

Additiones

Additiones Magn.D.Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

6 *Præmiſſum con.* Domini Martini, *limita primo non procedere, ubi ex tali immunitate conceſſa* Vniuerſitas Ciuitatis, Caſtri, *aut* Villæ, *læderetur enormiter, nam contra eam daretur reſtitutio. in integrum l. reſpublica ubi tex.* Pau. de Ca. *&* Doc. C. *ex quib. cau. maior.* Et *hæc eſt com. op.* Magn. Pater *meus* D. Io. B*aptiſta* Plotus, *in* Rep. *l. ſi quando num. 24. uer. & ubi* C. *unde ui.*

7 *Secundo limita non procedere reſpectu onerum inſolitorum quæ de nouo ſuperuenirent maximè ratione belli, uel peſtis, uel alterius neceſſitatis ſuperuenientis de nouo, quia tunc immunitas non intelligitur de ipſis oneribus, & ſi intelligeretur poteſt immunitas reuocari, ex quo ſolum intelligitur reſpectu onerum quæ imminebant tempore conceſſæ immunitatis, non autem ſuperuentorum,* Pariſius *conſ. 25. primo aſpectu col. pen. num. 111. uer. ad quæ, & col. ſeq. in prin. uol. 1.* Alex. *conſ. 216.* Nec *arguendi uol. 2.* Cur. Iun. *con. 61. habita num. 14.* Magn. Pater *meus latè d. l. ſi quando num. 17. uer. ſic & immunitas, & num. 23. uer. & dato,* C. *unde ui.* Iaſ. Soc. Ripa *&* Doc. *in l. ſi ex toto ff. de leg. 1.*

8 *Tertio limita nõ procedere in* Dominio Mediolani *in quo eſt* Conſtitutio *quòd* Communitates *concedere non poſſint immunitatem inconſulto* Principe *uel* Senatu *et aliter conceſſa ſit nulla, quo caſu uertente dubio an aliquis debeat ſoluere onera non poteſt ſuper hoc dubio tranſigi inconſulto* Principe *uel* Senatu, *l. non ſolum* C. *de præd. mi. l. oratio ff. de ſpon.* Magn. Pater *meus* D. Io. B*aptiſta* Plotus Eques *&* Comes *&* Opidi Pernati Dominus *d. l. ſi quando num. 116. uer.* Sic *etiam* C. *unde ui.* Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Notarius quando dicatur mutare ſubſtantiam facti, & conficere falſum inſtrumentum.* Et *an ſi ponit plus in publico, quàm in prothocollo, uel breuiatura dicatur committere falſum, & num. 2. & per totum conſilium.*

2 *Notarius circa ſubſtantiam negocij nihil poteſt extendere, ſed circa alias circunſtantias quæ ſunt de conſuetudine apponi & detruncatas orationes in melius explicare.*

3 Verba *ad dictamen ſapientis operantur ut notarius non poſſit inſtrumentum extendere ultra ſubſtantiam negocij.*

4 *Notarius a falſo quando excuſetur.*

## CONSILIVM XLII.

CASVS, ut res clarius demonſtretur eſt talis. Dominicus Arditius ex Comitibus de Roueſchalla, fecit ſuos procuratores Nicolaum, Vbertum, & Ioannem ad cauſas, & generaliter conſtituens & proteſtans ſe fore contentum, quod Dominus Petrus de Curte habeat poſſeſsionem de Roueſchalla, & quod nunquam

dedit auxilium illis de Petra. Deinde reperitur eſſe mutatam ſubſtan
tiam dictæ procuræ & proteſtationis in publico inſtrumēto ſiue ex-
tenſio,quia fit in eo mentio de commiſsione facta tribus bonis uiris
cognoſcentibus de quæſtionibus uertentibus inter dictos de Curte
& de Comitibus & de Sācto Nazario, & quòd ſunt omnia acta denun
ciata, & quòd habuit noticiam ſciētiæ dictorum trium bonorum ui-
rorum,& ponitur effectus ſententiæ,& etiam approbatio & ratifica-
tio dictæ ſententiæ. Item quòd eſt debitor, & quòd procurabit,quod
prædicta obſeruabuntur &c. Hoc ſic præmiſſo in facto, reſultat iuris
cōcluſio dictam extenſionem,uel mutationem eſſe nullam, quia Ta-
bellio non poteſt matricem ſiue imbreuiaturā extendere ultra ſub-
ſtantiam,ſed debet ſeruare formam contractus, Spe. in tit. de inſtru.
edi.§.inſtrumētum ergo publicum uerſ. Item quòd res fuit aliter ge-
ſta.& Bal.in Rub.C.de fi.inſtru.Et dicit Spe.ubi ſupra,quòd licet No-
tarius in prothocollo, ſiue imbreuiatura ponat ſub compendio for-
mam contractus, & poſsit poſtea in publico inſtrumento uerba am-
pliare,& ponere quæ contractibus ſunt utilia, tamen hoc facere de-
bet ſeruata forma,& ſubſtantia contractus non mutata, ut C. de no.
1 compe.§.adijcientes.Bal. † etiam ubi ſupra notabiliter dicit ibi quar
to quærō in 3.folio,quod circa ſubſtantiam negocii, tabellio nihil po
teſt extendere,ſed circa alias circumſtantias, quæ ſunt de conſuetu-
dine apponi, & detruſicatas orationes in melius explicare, puta re-
nuntiat &c. & poteſt exprimere ſolitas & conſuetas renunciationes
nec propterea ſumptum dicitur eſſe falſum,eo quod in prothocollo
nō reperiatur hoc extenſum,quia ſine alia explicatione habet ſolutū
intellectum. l.fi. C. de fideiuſſo. Aliàs tamen quod ipſe tabellio nihil
3 poteſt exprimere uel declarare. Amplius † etiam ſi in prothocollo
eſſent illa uerba,ad dictamen ſapientis &c. non poſſet inſtrumentum
extendi ultra ſubſtantiam negotii,ut per Bar. & Bal. in l. illa inſtitu-
tio. ff. de hære. inſtit. quanto ergo minus in caſu noſtro, quando in
prothocollo,ſiue matrice,non adeſt illa clauſula, ad dictamen ſapien
tis,& ideo ſolet dici,quòd recurrimus ad matricem tabellionis,ut in
l.Sempronius proculo.ff. de leg.1. cum multis ſimili. Nam Notarius
non debet mutare ſubſtantiam prothocolli, ſiue matricis, & ideo eſt
ſtandum prothocollo ſiue matrici, ut in caſu noſtro non autem ex-
tenſo, ultra ſubſtantiam negotii. Nec obſtat ſupradictis quòd non
mutauerit ſubſtantiam, quia reſpondeo clarè, quòd immo mutauit.
Primo quia fecit mentionem de commiſsione & de ſententia, & de
actis,de quibus nō eſt mētio,in imbreuiatura,ſiue nota pr. Nam lon
ga eſt differentia proteſtari, quòd D. Petrus habeat poſſeſsionem de
Roueſcalla,& poſtea dicere,de commiſsione & actis,& de ſententia,
&

& de ratificatione,& de approbatione. nam hic eſt mutatio ſubſtantiæ, non autem in clauſulis ſolitis apponi in inſtrumentis. ut dicit Bal.& Spe. ubi ſupra, & facit clariſsimè l. ius ciuile ff. de iuſt. & iure. & l.1.§.ſi quis ſimpliciter,ff.de uerbo. obli. cum ſimili. LAVS DEO.

*Et ita utſupra dico & conſulo Ego Martinus de Garratis Laudenſis.*

Additiones Magn.Equitis & Comitis D. Franciſci Mariæ de Plotis.

4 *Plures modos excuſandi Notarium a pœna falſi, uide Bart. de Saxoferrato con. 8.incip.Ser petronius,impreſſo in dicto primo Tomo con.crim. diuer. Doct.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Depoſitum factum Iudicis autoritate operatur quòd nulla culpa malæ electionis Depoſitarij, poteſt imputari deponenti.*

2 *Depoſitum factum Iudicis autoritate operatur ius ad bona & fructus retrodanda uel uendenda & num.5.*

3 *Sequeſtrum tollitur per ſatiſdationem.*

4 *Præceptum reſoluitur in uim ſimplicis citationis per comparitionem ſed limita num. 8.*

5 *Poſſeſſione turbata ut quis non accuſetur ſufficit quælibet cauſa etiam iniuſta, colorata tamen.*

6 *Depoſitum peti debet a Depoſitario, & non a Deponente.*

7 *Argumentum a contrario ſenſu locum habet etiam in contractibus.*

8 *Præceptum iniuſtum reſoluitur per comparitionem in uim ſimplicis citationis, ſed iuſtum non reſoluitur, & num.9.*

*Poſſeſsione ſua quis poteſt perſeuerare non obſtante Iudicis inhibitione ne innouetur, uel ne fiat aliquid de facto.*

## CONSILIVM XLIII.

A. Condemnatus eſt ſoluere B. ad certum terminum centum,dictus A. facit ſecurum dictum B.de illis centum, faciendo in eum liberam uenditionem de petia una terræ iuris ipſius A. dictus uerò B. conceſsit per pactum dicto A. quòd uſq; ad certum terminum poſſit dictam petiam terræ ab eo redimere & recuperare pro centum,& promiſit non alienare in aliam perſonam ſub obligatione bonorum ſuorum, qui dictus A. tenuit tamen & poſſedit dictã petiam terræ ex pacto uſq; ad dictum terminum. Superueniente uerò termino prædicto redimendi utſupra, dictus A. in fine termini prædicti fecit ſolemniter citari dictum B. ut deberet comparere ad acci-

piendum illa cẽtum pro redemptione dictæ petiæ terræ, tandem ipſo B. non comparente pro parte dicti A. fuerunt legiptimè depoſita dicta centum penes idoneum Depoſitarium ellectum per ipſum A. & etiam per Dominum Iudicem. Nunc uerò dictus B. poſt depoſitum factum contra ipſum acceſsit ad domum dicti A. & fecit proteſtationem de uolendo dicta centũ abſente dicto A. pendentibus autem fructibus in dicta petia terræ,& obſeruatis prędictis, dictus B. impetrauit quoddam præceptum de ſequeſtrando ipſos fructus in quo ſequeſtro erat clauſula iuſtificatiua, Dictus uero A. contra dictum ſequeſtrum comparuit & dicit id de iure fieri non poſſe, & in quantum fieri potuiſſet uſq; tunc ſatiſdedit dictus A. de re ſequeſtrata exhibenda ſi opus foret petens dictum ſequeſtrum relaxari debere. His ſic agitatis dictus B. fecit uenditionem de dicta petia terræ in quendam nomine D. ipſo tamen A. inſcio & ſic ſe rebus habentibus dictis D. fecit ſeminare bladum in dicta petia terræ ſuperueniente ergo uero collectione dicti Bladi, dictus A. tanquàm in ſolo ſuo ſeminatum & natũ colligi fecit. Modo dictus D. uult accuſare dictum A. de poſſeſsione turbata dicens ſe habere iuſtum titulum & in poſſeſsione eſſe, eo quia redemptio non fuit facta in termino nec oblatio dictæ redemptionis licet in rei ueritate omnia acta fuerint. Quæritur primo utrũ depoſitum de quo ſupra ſit legittimè factum. Secundo utrum uigore dicti depoſiti dictus A. de iure intelligatur eſſe & ſit in priſtina & eademmet poſſeſsione dictæ petiæ terrę in qua erat ante uenditionem per ipſum A. factam in dictum B. utſupra, & eadem uti poſsit & ualeat non obſtante quòd dictus B. de dicta petia terræ retrodationem non feciſſet. Tertio utrum dictum ſequeſtrum fieri potuerit de iure, & debeat ipſi A. relaxari non obſtante præcepto de ipſo ſequeſtro relaxando ipſi B. conceſſo utſupra. Quarto ſi dictus D. poſsit aliquid opponere iuridicè contra dictum A. uel attentare eo quia dictus A. fecit colligi bladum ſeminatum in dicta petia terræ. Quinto utrum uigente ſtatuto in terra Cremæ, quòd ſi aliquis turbauerit aliquem in poſſeſsione condemnetur in l. nonquid dictus A. poſsit prætextu turbatæ poſſeſsionis accuſari, maximè quia dictus A. dicit ſe eſſe in poſſeſsione & habere antiquiorem titulum & poſſeſsionem. Sexto utrũ dicta proteſtatio facta per dictum B. poſt dictum depoſitum, utſupra franget aut interrumpet uim dicti depoſiti facti per dictum A. Septimo utrum dictus A. poſsit accuſare dictum D. de turbata poſſeſsione, eo quia ſeminauit dictum bladum in dicta petia terræ, licet dictus A. feciſſet colligere tanquàm ſuum & in ſolo ſuo ſeminatum.

In Christi nomine Amen, ut moris mei eſt, breuibus utar & paucis me abſoluam cum uulgo dici ſoleat gaudent breuitate moderni, l.

fi.

1 ſi.C.de præci.imper.offen. Ad primum itaq; † dico depoſitum legiptime factum fuiſſe de iure l. acceptam C. de uſuris l. ſi ſoluturus ff. de ſol. Facit illud uulgare quod depoſitum fit autoritate iudiciaria penes perſonam ellectam tale depoſitum eſt legiptimum., ita & taliter quòd nulla culpa malæ ellectionis Depoſitarij poteſt imputari. Ita ad contextũ decidit Bar. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. nam mala ellectio depoſitarij eſt in culpa, dicta l. ſi ſoluturus, & ideo cõſilium eſt quòd fiat depoſitum apud edem ſacram, uel apud aliquem quem declarauit Iudex ſecundum formam l. acceptam. C. de uſuris. Amplius ſi fiat ellectio alterius perſonæ de qua communiter omnes confidiſſent non poteſt culpa imputari l. eum qui §. fi. ff. como. quia qui facit quod alij faciunt non eſt in culpa tex. in l. pignus in bonis ibi quibus alii publi-
2 ce &c. C. de pigno. Actio. Ad ſecundum dico † uigore ſupráſcripti depoſiti dictum A. habere ius agendi contra dictum B. ut fiat uẽditio & eſt tantæ efficatiæ dicta oblatio conſignatio, & depoſitio facta per dictum A. ut ipſe habeat ius ad fructus & omnia ea quæ percepta ſunt ex fundo, tex. ſingularis in l. 2. in fi. C. de pac. inter emp. & uen. facit l. ſi a te C. eo. & ſic dictus A. qui habet actionẽ multomagis exceptionẽ cũ ipſe A. poſideat fundum l. inuitus §. cui damus ff. de re. iur. l. 1. §. quod ait prætor uer. planè ff. de ſuperfi. facit l. traiectitiæ §. fi. ff. de act. & ob. & l. fi. ff. de lege. comiſ. Ad tertium dico dictum ſequeſtrum fieri non poſſe niſi eſſemus in caſibus exceptis de quibus per glo. Cy. & Bal. in l. 1. C. de prohi. ſe. ſed poſito quòd dictum ſequeſtrum potuerit de iure fieri tamen debuit relaxari dicto A. qui ſatiſdedit, quia per ſatiſdationẽ tollitur ſequeſtrum l. litibus C. de agri. & cenſi. lib. x. Cy. &
3 Bal. in l. 1. C. de prohi. ſeque. & maximè quia † fuit factum cum clauſula ſi quis ſenſerit ſe grauatũ compareat, & ſic tale præceptum reſoluitur in uim ſimplicis citationis, Bar. in l. de pupillo §. meminiſſe ff. de oper. no. nunc. & pulchre per Ang. in l. 1. C. de execut. rei iudi. Ad quar-
4 tum & quintum dico † quòd nihil poteſt attentari de iure contra di-
5 ctum A. nec dictus A. poteſt accuſari de poſſeſsione turbata † uigore ſtatuti de quo ſupra, quia ut ſupra dixi habet ius agendi ad fructus & fundum dicta l. 2. & d. l. ſi a te. aliàs cum a te, Ergo multomagis ius habet retinendi l. 1. §. quod ait prætor uer. plane ff. de ſuperfi. cum ſy. Et maximè quia quelibet minima cauſa excuſat a turbata poſſeſsione & maximè quando ſtatutum loquitur in perſonam, quia tunc requiritur dolus qui dolus dicitur ceſſare ne dum ex iuſta cauſa, ſed etiam ex iniuſta glo. in l. plagij C. ad l. iull. de pla. facit l. 1. §. fi. ff. de abig. l. igitur ff. de liber. cauſ. facit l. ſi quis id quod §. doli mali. ff. de iur. om. Iu. §. 1. Ita elleganter & copioſiſsimè ſcripſit Ang. in dicta l. plagij & Bar. in l. iuſte. in fi. ff. de aquir. poſ. & in l. prima §. non autem ff. ſi quis teſtam.

liber

liber eſſe iuſſus fuerit, ſed hic adeſt iuſta cauſa & iuſtiſsima propter
6 pactum redimendi, propter depoſitum ergo &c. Ad ſeptimum † reſpondetur quòd dicta proteſtatio facta per dictum B. non infringit nec anullat uires depoſiti facti per dictum A. quia per depoſitum factum dictus B. habet ius petendi pecuniam depoſitam a depoſitario non autem a dicto A. l. acceptam in fi. C. de uſuris facit l. obſignatis cum ibi not. C. de ſol. Ideo debuit dictus B. ire ad dictum depoſitariũ uel eius domum, non autem ad dictum A. uel eius domum. Notandũ eſt etiam dictum B. non poſſe alienare, ſi adeſt pactum de non alienãdo cũ hypotheca quia tale pactum afficit rem, l. ſi creditor. §. fi. ff. de diſtra. pig. ſecundum litteram piſanam, & Bar. in l. nemo ff. de pac.
7 & ibi glo. Ad ultimum dico † quòd dictus A. non poteſt accuſari de poſſeſsione turbata uigore ſtatuti, cum ipſe ſemper ſteterit in poſſeſſio dictę petiæ terrę, ut pręſuponitur in facto ut in q. Domini Bal. quę incipit accuſatio de ui turbata &c. Secundo quia adeſt ſpeciale pactũ redimendi in inſtrumento quòd dictus A. ſtet ad poſſeſsionem & gaudeat uſq; ad terminum præfixum redimendi & ſi non redimuerit tũc reſtituat poſſeſsionem &c. ergo a contrario ſenſu ſi redimuerit continuat poſſeſsionem, nam pacta ſunt ſeruanda l. 1. ff. de pact. l. prima §. ſi conuenerit ff. depoſiti facit ff. de acquir. poſ. l. qui abſenti §. primo & ualidiſsimum eſt, ar. a contrario ſenſu l. 1. §. huius rei ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdictio, & iſtud argumentum a contrario ſenſu habet locum in contractibus l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pact. dotali, & Bar. in l. apud antiquos C. de furt.

*Ego Martinus de Garratis Doctor Laudenſis, in opido Cremenſi ita conſulo.*

Additio Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis. & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

8 *Præceptum reſoluitur per comparitionem in uim ſimplicis citationis, ubi erat iniuſtum, ut per D. Mart. ſupra num. 4. puta quia citatus poſsidebat quia non obſtante Iudicis inhibitione, poteſt citatus perſeuerare in ſua poſſeſsione, nec per hoc dicitur innouare, nec ſpoliare, nec turbare nec facere de facto.* Dec. conſ. 460. *uiſo, num.* 20. *uer.* Et *qui continuat,* Et *eſt com. op.* Magn. D. Pater *meus* D. Io. Bap. Plotus *in* Rep. *l. ſi quando num.* 105. *uer. ubi autem citatus* C. *und. ui. Sed ſi præceptum erat iuſtum, puta quia citatus nõ poſsidebat,* Et *tunc per comparitionem, præceptum non reſoluitur in uim ſimplicis citationis, ſed citatus inobediens etiam ſi compareat mulctatur l. de pupillo.* §. *meminiſſe & ibi* Pau. *de Caſt. &* Ripa *num. 23. ff. de op. no. nonc. l. 1. ubi tex. &* Doc. *ff. ſi quis iuſd. non obtemp.* Mag. D. Pater *meus* Dominus PERNATI, *d. uer. ubi autem citatus.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes. 1567.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Feuda alterantur ex inueſtitura feudali quæ eſt conſideranda.*
2 *Feudum nouum ſi concedatur in feudum antiquum cenſebitur antiquum.*
3 *Feudum nouum conceſſum ut antiquum cenſetur antiquum ſiue Domini ſiue Vaſalli ſit præiuditium.*

## CONSILIVM XLIIII.

SPECTABILES Domini Ludouicus & Catelanus de Prouanis tenebant nonnulla bona feudalia ab Illuſtriſsimo D. Duce SABAVDIAE quæ per ſententiam diffinitiuam iuridicè fuerunt adiudicata præfato Domino Duci, ut aperta, & ei deuoluta cum plenaria poſſeſsione bonorum, poſtea præfatus D. Dux ex certa ſcientia in feudũ antiquum auitum & paternum donauit & dedit ea D. Bartolameo de Prouanis pro ſe & ſuis liberis & hæredibus ſecundum naturam feudi & etiam ſucceſſoribus. Quæritur an tale feudum ſit antiquum & pa-
1 ternum uel nouum. VNDE. ut breuibus utar † tenore cuiuſlibet diſpoſitionis regulatur diſpoſitio l.1.§.ſi is qui nauem in re dubia.ff.de exerci. In tantum ut tenor. Inueſtituræ feudalis alteret, naturam feudi, tex.&ibi pulcre D.Bal.in c.primo de duo.fratri.a Capitan.inue
2 ſti. ſed hic eſt quòd tenor inueſtituræ eſt clarus † quia dicit quòd dat & donat in feudum antiquum auitum & paternum: Igitur bene liquet quòd eſt feudum antiquum & paternum, nam a uerbis claris nõ eſt recedendum l.ille aut ille.§.cum in uerbis ff.de leg.3. cum multis ſy. igitur cum uerba ſint clara quòd dat in antiquum auitum & paternum feudum ſtamus uerborum certificantium claritudini, nam quilibet in re ſua eſt moderator & arbitrator l. in re. C. mandati. Ideo præfatus D. Dux in re ſua potuit ponere legem, ut ſit antiquum & auitum feudum & legem poſitiuam tollere & nouum feudum creare antiquũ, ut inquit magnus feudiſta And.de Iſernia ti.qui ſupra & habetur maſ.c.1.& ſic ex prædicta inueſtitura reſultabunt effectus antiqui & paterni feudi, c.1.de ſucceſ.feudi & c.1.de gradi.ſuccedẽdi in feudum & c. 1. de natura feudi cum multis ſy. Item quia adeſt uerbum ſucceſſorum &c. Ex prædictis apparet dictum feudum cenſeri antiquum & paternum, non nouum cum tenor Inueſtituræ alterauerit naturam ipſius feudi dicto c.1.de duo.fratribus.

*Ego Martinus de Garratis Legum Doctor Laudenſis, ita reſpondi de iure.*

*Ego Io. Baptiſta de Summaripa Doctor Laude præmiſſam op. D. Martini Garrati comprobo. 1 4 6 0.*

Ad.

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ Ploti Equitis & Comitis, & Nouariæ Patricij.

3 *Ad confirmationem contentorum in hoc conſilio uide quæ dixi ſuperius in Addit. ad conſ.29.* Incip. *Spectabiles num.40. & num.64. in fi. ubi probaui quòd ea quæ in hoc conſilio inquit* D. Mart. *quod per* Doct. *communiter tenentur uidelicet quòd* Feudum *nouum regulatur ſecundum naturam* Feudi *antiqui, & non noui, ubi* Princeps *illud conceſſit cum clauſula quòd ſit feudum antiquum, uel quòd illud concedit cum hoc quòd habeat naturam feudi antiqui, uel in antiquum feudum, & hæc eſt com.op.ut per* Ill. D. *Iulium* Clarum §. Feudum. *q.8. incip. inter alias, uer.* Sed *hic occurrit, & hæc eſt magis com.op.* Iaſ. *conſ.1. col.3. uer. ſecundo principali uol.3.* Dec. *con.144. num.3.* Pariſ. *con.5. num.11. uol.1.* Et *quamuis* Ill. D. *Iulius in d. q.8. uer.* Sed *hic occurrit. uelit præmiſſa procedere ubi agitur de præiuditio* Domini *quòd tunc ipſum* Feudum *cenſeatur antiquum, non autem ſi agatur de præiuditio* Vaſſalli *qui uelit illud tanquam feudum nouum alienare in præiuditium filij, & ſuper hoc reliquit cogitandum,* Tamen *dico quòd ſiue de odio, ſiue de præiuditio, ſiue de fauore* Domini *aut* Feudatarij *agatur quòd tam in fauorem quàm in præiuditium* Domini *ſeu* Principis *quàm* Vaſalli *& feudatarij quòd dictum feudum nouum, conceſſum tanquam feudum antiquum, ſeu iure antiqui feudi, quòd ſemper regulabitur tanquam feudum antiquum, & non nouũ, quia una & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri l. eum qui edes ff. de uſucap.* Et *quia æqualitas debet ſeruari & contractus non debet claudicare l. fi.* C. *de fruc. & lit. expen. & facit l.1. in prin. uer. quòd ipſe alijs dixit uel dici effecit, & l. ſi quis iniquum ius ff. quod quiſq; iur. in alium ſtat. ipſe eodem iur. utat.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes. 1567.

## SVMMARIVM.

1 Eccleſiæ *contractus ubi eſt nullus, intelligitur ſi placet & utile ſit* Eccleſiæ, *alioquin ualet ſi eſt utile* Eccleſiæ.

2 Eccleſiæ *conſuetudo in contractibus attendi debet.*

Aucten. *hoc ius porrectum, eſt ſublata conſuetudine.*

3 Poſſeſſio *immemorabilis, & priuilegium* Principis *æquiperantur.*

Priuilegium Principis *& poſſeſſio immemorabilis æquiperantur.*

4 Emphiteoticum *ius præſcribitur.*

5 Antiquitas *operatur, quòd conficiens inſtrumentum præſumitur habuiſſe autoritatem illud conficiendi ab illis ad quos ſpectabat; puta* Papa *uel* Imperatore, *uel alio, & uide num.6.*

Solemnitas *etiam extrinſeca præſumitur in antiquis, & uide uſq; ad fi. con.*

6 Sententia *ubi eſt de antiquo: præſumitur habuiſſe proceſſum præambulum &* Delegationem.

Delegatio Principis *præſumitur in* Antiquis.

7 *Fama in antiquis probat dominium.*
*Dominium in antiquis probatur ex fama.*
8 *Inueſtituræ antiquæ an præiudicetur per minores ſolutiones factas.*
*Domino an fiat præiuditium per ſolutiones minoris quantitatis.*
*Solutionibus minus ſoluendo an præiudicetur antiquis inueſtituris.*
9 *Præſcriptio tollitur reſtitutione in integrum ob iuſtam ignorantiam.*
*Reſtitutio in integrum datur contra præſcriptionem ob iuſtam ignorantiam.*
10 *Vnio Eccleſiarum præſumitur ex poſſeſſione decem annorum ſciente, & patiente ſuperiore, & quando præſumatur eius ſcientia.*
11 *Ius patronatus tollitur præſcriptione quadraginta annorum.*

## CONSILIVM XLV.

REVERENDISS. Dominus Epiſcopus Albanenſis cum Clero & Capitulo propter particulares ſolutiones quę fiebant a pluribus annuos redditus ſine ſuperioris auctoritate de qua nō conſtat, locauit in perpetuum dictos redditus, & fuit facta dicta inueſtitura M. C L X X. Deinde ſucceſſor Epiſcopus auctoritate Apoſtolica donauit dictos annuos redditus pro benemeritis domino Rodulfo qui exegit ab omnibus ſolutiones ultrà inueſtituram ueterem de qua ſupra ipſis hominibus ſoluentibus ignorantibus dictam inueſtituram antiquam. Quęritur de duobus dubijs. Primo an dicta inueſtitura primo facta ante donationem & ſine ſuperioris auctoritate ualeat. Secundo quæritur an ſolutio facta per Ruſticos emphiteotas habeat obeſſe ueteri inueſti-
1 turæ uel ne. † Circa primum articulum de iure uidetur dicēdum dictam Epiſcopalem inueſtituram ualidam, primo quia licet cōtractus alienationis celebratus minus ſolemniter ab Epiſcopo ſit nullus illud tamen limitatur ſingulariter eſſe uerum ubi placet eccleſiæ quòd teneat uenditio & alienatio, certè ualet quia hic claudicat contractus l. iul. §. ſi quis a publico ff. de act. empti. l. ſi id quod ff. de reſcind. uen. Ita ſingulariter inquit Inno. in c. 1. in prin. de his quæ fi. a præla. ſine conſenſu capituli. Idem conſuluit D. Raph. Fulg. conſilio 126. quod incipit Reuerendus in Chriſto Pater &c. Sed in facto præſupponitur eccleſiam hunc contractum recepiſſe ut patet per ſucceſſores dicti R. Domini Epiſcopi, maximè illius Epiſcopi qui donauit ſupraſcripto Domino Rodulpho cum auctoritate Apoſtolica l. poſt diem ff. de lege comiſ. & l. quod in hærede ff. de trib. glo. in l. ſi per emptorem §. ſi.
2 ff. lege comiſ. Nam ſi eſſet † conſuetudo illius eccleſiæ Albanenſis

quòd ſine auctoritate ſuperioris poſsit emphiteoſis ab eccleſia cele-
brari illa eſſet ſeruanda inquit D. Alberi. in aut. hoc ius porrectum in fine. C. de ſacroſan. ecc. Azo. in ſumma eiuſdem tituli circa fi. & Odof. in addit. uidelicet ſummæ eiuſdem tituli & Gof. in ſumma de re. ecc. non alie. facit c. ceterum de donat. & c. ea quæ de his, quæ fi. a præla. ſine conſenſu Capituli & plenè no. in c. dudum de reb. ecc. non alie. lib. vj. ubi glo. Io. An. ait quòd conſuetudine non ſeruatur ſolemnitas aut. hoc ius porrectum & ſic per conſuetudinem tollitur ſolemnitas formalis ciuilis uel cano. & attenditur cõſuetudinaria forma maxime in caſu noſtro. Cum ut proponitur in facto illa inueſtitura ſit celebrata in fauorem Eccleſiæ, quia particularis ſolutio redegit ad collectiuam ſolutionem unius & particularis ſolutio non minima affert incommoda. l. planè §. primo ff. fam. hær. & plenè per Bar. in l. quidam extimauerunt ff. ſi cer. pet. & probatur conſuetudo eo ipſo quòd eſſent factæ duæ inueſtituræ ſine auctoritate ſuperioris, Ita ſingulariter inquit Ray. de For. in prima Rubrica C. & allegat Iac. de Bel. ita tenere idem D. Alberi. in l. non eſt nouum ff. de leg. facit l. iij. in fi. C. de epi. audi. & poſſet attẽtari poſſe dari in perpetuum annuos redditus, ut conſuluit Din. in facto per Auct. perpetua. C. de ſac.
3 ſan. eccleſiæ. Item † titulus Papæ, Principis, uel Imperatoris, & conſuetudo cuius hominum memoria non exiſtit parificantur etiam in materia prohibita c. ſuper quibuſdam §. præterea de uerb. ſigni. l. hoc iure §. ductus aquæ de aqua quot. & eſti. ſed reſpectu dictæ inueſtituræ dicitur non extare memoriam hominum cum ſint ducenti anni & ultra & D. Bal. dicit centum annorum non extare memoriam in aut. quas act. C. de ſacroſan. ecc. inf. & Cy. in l. 2. in fi. C. de ſerui. & aqua & faciunt no. per Inno. in c. ueniens de uerb. ſigni. ergo perinde eſt ac ſi iſta inueſtitura fuiſſet auctoritate apoſtolica celebrata cũ dicta conſuetudo habeat uim conſtituti, & decreti Principis. Item facit quia
4 † ius emphiteoticum præſcribitur, Spe. tit. de loc. §. nũc aliqua uer. 53 & Angelus pulchre in l. cum notiſsimi §. fi. C. de præſcrip. triginta an-
5 norum † Item propter antiquitatem & longhiſsimum tempus præſumuntur omnia ſolemnia in hoc inſtrumento & formalia interueniſſe nam propter antiquitatem inſtrumenti præſumitur quòd conficiens inſtrumentum habuerit auctoritatem a Papa uel Imperatore conficiendi inſtrumenta Bar. in l. admouendi ff. de iureiurando, &
6 Bal. in aut. quas act. C. de ſa. ſan. ecc. Item † præſumitur propter ſuam antiquitatẽ proceſſum præceſsiſſe & delegationẽ Principis præceſſiſſe. Io. Cal. in diſtinct. ſuis & vij. di. Bal. in c. de mili. uaſ. qui contumax & quod not. per Inno. & alios in c. bonæ memoriæ el. primo de elect. & in c. cum in iure peritus de offi. dele. c. quoniam contra falſam de
pro-

probat.& Cy. & Bal.in l. emancipati. C.de fi. inſtrum. nam lex ualde fauet antiquis facit l.at qui natura §.cum me abſente ff. de nego.ge.
7 Bal. in l. cum ſuper C.de rei uen. & ideo † in dominijs antiquis probandis magna fides eſt fama Bal.in l. proprietatis C. de probat. facit quòd not.Cy.poſt Iac.de Are.multũ pulchre in l. prima C. de eman. libe.& ſic uel iure præſumptionis propter antiquitatem inſtrumenti inueſtituræ, præſumitur interueniſſe auctoritatem ſuperioris, & alia ſolemnia, uel propter tempus cuius hominum memoria non exiſtit, quòd priuilegio Principis æquiperatur, Dico ualidam inueſtituram etiam ſine auctoritate Principis nam confirmatio propter longum tempus præſumitur interueniſſe Bal.in l.2.C.de ſerui.& aqua.ibi nũc
8 de quinto puncto ibi niſi fortè. † Circa ſecundum, an ſolutio facta per dictos Ruſticos Domino Rodulfo per longiſsima tempora habeat obeſſe ueteri inueſtituræ. dicendum eſt hoc caſu licet ipſo iure noceat de ſtricto rigore, l.ad diem l.cum filius §.in hac ff. de uer. ob. & l.fi.ff.de nauti.feno.tamen quia iſti ſunt ſucceſſores & ſic præſumitur ignorãtia l.in alterius ff.de regulis iuris,& quia in dubio præſumitur ignorantia l.uerius ff.de probat. Ideo ex capite iuſtæ ignorantiæ dictæ inueſtituræ antiquæ datur in integrum reſtitutio glo. not. in d. l.cum filius §.in hac ſuper uerbo.Ignorat,de uer.obli.nam iuſta ignorantia eſt iuſta cauſa dandi in integrũ reſtitutionẽ in qualibet diſpoſitio.l.1.in fi.ff.ex qui.ca.ma.Iuncta glo.dicti §. in hac & glo. fi. Bar. & Bal.in l.2.C.de iure emphi.& Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. uer.18.
9 Amplius † propter iuſtam cauſam ignorantiæ datur in integrum reſtitutio etiã cõtra præſcriptionẽ Bar.in l.prima §.ſi quis propter inundat.ff.de iti.ac que priua.& maximè quia propter inſtrumenta etiam antiqua lex præſumit ſolutionẽ eſſe factã erroneę.Nam error in principio facit errorem in proceſſu & ſic facit deficere conſenſum & ſic poteſt iure dicere a primordio tituli poſterior formatur euentus & a cauſa prima denominatur & regula l. 1. C. de impo. lucra. deſ. lib. x. Et ita in terminis decidit D. Bal. in l. non id circo. C. de iuris & fac. igno.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis Laudenſis.*

Additio Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis. & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

10 *Vide quæ dixi ſupra circa præſumptionem ob temporis Antiquitatem in addit. ad conſ.38. num.12.uer.tene. Et his adde quòd unio Eccleſiæ præſumitur facta à Papa ſi clericus aut monaſterium poſſedit per decem annos duas Eccleſias, ſciente & patiente Superiore, puta Epiſcopo, etiam quòd de unione aliter non conſtet & eius ſcientia ac pacientia præſumitur ex uiſitationibus quas Epiſcopus omni*

*anno per ſe aut eius Vicarium facere debet de Eccleſiis Ciuitatis ſuæ, & Diœceſis Petrus de Anchar. con. 162. incip. In quæſtione Eccleſiæ col fi. Iaſ. l. ſciendum num. 17. ver. ſecundo adde, Ibi Quinto facit, ff. de uer. oblig. & con. 176. circa primum col. 2. uol. 1. Bart. Caſſaneus con. x. uiſo, & con. xi. le cas, Ill. & Reueren. Fer. Loatius Epiſcopus Illerdenſis in amplo con. per eum edito pro Illuſtriſſ. Domino Ludouico Fagiardo Marchione a Velez & Conteſtanorum Prorege in 1. dubitat. num. 36. ver. Et ſi quis, Alex. con. 219. uol. 2. Et cum Reuerendi Domini Monaci S. Hieronimi Nouariæ per annos quadraginta poſsediſſent Eccleſiam parochialem S. Andreæ ſitam in ſuburbio S. Andreæ Ciuitatis Nouariæ, tanquam unitam eorum Monaſterio S. Hieronimi Nouariæ, ſoluendo Quindennia, & Decimas pro ipſa Eccleſia S. Andreæ, tanquam ipſi Monaſterio unita. Et D. Sindici menſe Epiſcopalis Nouariæ prætenderent ipſam Eccleſiam parrochialem ſpectare ad collationem Epiſcopalem, et Ill. ac Reuerendiſſ. D. Hieronimus Gallaratus Vrbis Alexandriæ Epiſcopus & Præpoſitus Dulzaghi Diœceſis Nouariæ, prætenderet dictam Eccleſiam S. Andræ ſpectare ratione iuris patronatus ad eum tanquam Præpoſitum Dulzaghi, fuit conſultum per Magn. D. Patrem meum D. Io. Baptiſtam Plotum præſumi dictam Eccleſiam fuiſſe unitam ipſi Monaſterio ex poſſeſsione dictæ Eccleſiæ Decem annorum dictorum D. Monachorũ Anchar. d. con. 162. In quæſtione Eccleſiæ col. fi. Iaſ. d. l. Sciendum, Ergo multomagis debebat præſumi unio ex ipſa annorum Quadraginta poſſeſsione cum*
11 *etiam ſpatio quadraginta annorum præſcribatur Iuri patronatus Eccleſiarum, & ius patronatus tollatur ſpatio quadraginta annorum lapſorum poſt tempus quo euenit caſus præſentationis aut ellectionis faciendæ, & non fuit facta, ſecus ſi non euenit caſus, Balbus trac. præſcrip. in Quæſtionibus præſcriptionis Eccleſiaſticæ, q. 8. cum ſeq. & facit tit. C. de præſcrip. 30. uel 40. ann. Et ita fuit iudicatum anno præſenti 1567. per Reueren. & Magn. Iureconſultum D. Panetium Pandortium Ciuem Cortonæ, Vicarium Epiſcopalem Nouariæ, qui ſuam tulit ſententiam in fauorem eiuſdem Monaſterij, & D. Monachorum S. Hieronimi de conſilio Ill. & Reuerendiſsimi D. D. Auguſtini Mollignati Iureconſulti acutiſsimi Vercellenſis, & Epiſcopi Bertinorum, uiri ſcientia & moribus clariſsimi, & in ipſa cauſa ellecti conſultoris partium confidentis cum cuius conſilio ipſe D. Vicarius teneretur ſuam ferre ſententiam, quia ipſi D. Monaci allegabant ipſum Reueren. D. Vicarium in ipſa cauſa pro ſuſpecto.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſulti D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 *Expenſæ ſtudij uiuente patre factæ pro filio non imputãtur ipſi filio, et num. 3. Fallit num. 2.*

2 *Pater adminiſtrator bonorum filij cenſetur expendere pro filio de eius filij bonis*

*bonis, fallit num. 3.*

3 *L. fi. C. de Dot. promiſ. declaratur.*

4 *Dos & Donatio propter nuptias debet conferri.*

5 *Legatarius cui eſt relictum legatum ſi ſtuduerit debet ſatisdare de ſtudendo per quinque annos, & interim non tranſmittit legatum.*

6 *Legatum uel Donatio facta ſi ſtuduerit legibus uel medicinæ intelligitur ſi ſtuduerit laudabiliter & fuerit Doctor creatus.*

## CONSILIVM XLVI.

DOMINVS Ticius de Ticionibus Vercellenſis pater habet quinque filios, & duos ex eis mittit ad ſtudia legalia, & eis fecit expenſas debitas pro ſtudio, ut poſſent eorum vitam more ſcolaſtico ducere. Deinde his duobus filijs exiſtentibus in ſtudio decedit pater, ipſis relictis in ſtudio, & alijs domi. Modo oritur controuerſia inter dictos fratres exiſtentes in ſtudio generali, & alios exiſtentes domi, qui alij tres fratres petunt pecuniam ſiue expenſam factam in ſtudio eſſe conferendam ſiue computandam in portionem dictorum fratrum ſtudentium, ipſi autem duo fratres ſtudentes dicunt quòd imo hoc non debent computare.

*Quæritur quid iuris.*

DICENDVM eſt non eundo per longos ſermones, ſed amplectendo
1 meram ueritatem & deciſionem, quòd dicti duos † fratres ſtudentes non tenentur conferere neq; computare expenſas factas a patre uiuente dictis filijs cauſa ſtudij. Caſus eſt de hoc in l. quæ pater filio ff. fami. her. hoc idem tenet D. Bar. in l. 1. in §. nec caſtrenſe ff. de coll. bo. Idem tenet D. Bar. in tractatu de duo. fra. uer. ſecũdo quæro quid ſi pater, in quibus locis dicit D. Bart. quòd quando pater dedit pecuniam filio in ſtudio dicta pecunia non eſt imputanda tempore diuiſionis a fratribus per l. quæ pater filio ſupra all. quod quidem ue-
2 rum eſt † ſecundum eum quando apud patrem non erat aliquid quod eſſet filij, ſed ſi apud patrem eſſet pecunia filij caſtrenſis, uel quaſi uel aduentitia tunc in dubio debet intelligi de pecunia ipſius filij ſeu ſibi aduẽta l. Ne ſenius ff. de nego. geſto. quoniam pater tunc eſt legiptimus adminiſtrator, ideo in dubio præſumitur facere nomine adminiſtratorio l. cum poſt §. fi. ff. de admi. tu. & l. poſt mortem ff. eo. ti. & ibi
3 not. Nec obſtat l. fi. C. de do. promiſ. quia illa loquitur † in dote & donatione propter nuptias quod pertinet ad offitium paternum ut l. qui liberis ff. de ritu. nep. quæ ratio ceſſat in expenſis factis in ſtudio. Hanc eandem partem quòd nõ computentur expenſæ factæ in ſtudio

tenet D.Bal.in dicta l.quæ pater filio ubi D.Bal.dicit quòd filius non tenetur computare expẽſam ſtudij factam per patrem in ſua porcione uel legiptima quod eſt not. ſecundum eum. Idem conſuluit ipſe Dominus Bal.conſilio ſuo quod incipit.Pater miſit filium ad ſtudium in primo conſultationis articulo. In quo conſilio concludit quòd expenſas factas filio in ſtudio per patrem ſuum ipſe filius nõ computat in partem ſuam ſed lucra, & ſic apparet clarè deciſio quæſtionis formatæ, uidelicet quòd dicti duo fratres non tenentur computare pecuniam expenſam in ſtudio in portionem ſuam in diuiſione fiẽda.

4 Quæritur etiam † an dos & donatio propter nuptias ſit conferenda & eſt reſpondendum de iure quòd ſic glo. ordi. in uerbo datorum in aut. ex teſtamento.C.de coll.facit tex.in l.filiæ dotem & l. dot.C. eo.ti.& facit quod plenè notat. D. Bar.in l. pater dotem C.de collat.

*Ita dico & conſulo Ego Martinus Garratus de Laude Legum Doctor, ad cuius fidem me ſubſcripſi & proprio ſignaui ſigillo.*

Additiones Magn. D. Franciſci Matiæ Ploti Equitis & Comitis. & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

5 *Studij expenſæ an ſint imputandæ in parte filiorum ſtudentium, an uero computentur in communi cum alijs fratribus non ſtudentibus uide Bal. optimè diſtinguentem in con.21.In Chriſti nomine amen.quinque quærũtur uol.1.Et ille cui aliquid eſt relictum ſi ſtuduerit in legibus uel medicina non debet habere relictum niſi præſtet ſatisdationem de ſtudendo per quinquennium Bal.con.284.Pater diſponenti ſe ad ſtudium col. 1. in fi. uer. uerba teſtatoris & col. fi. uol. 2. ubi etiam inquit quòd ſi interim moriatur talis legatarius quòd non tranſmittit tale legatum conditionale ad eius hæredes.*

6 *Legatum uel Donatio alicui facta ſi ſtuduerit legibus uel medicinæ intelligitur eidem factum etiam ſi non ſit expreſſum, ſi bene & laudabiliter ſtuduerit, & cum mediocri ſaltem, ac conuenienti legum ſeu medicinæ ſcientia ad apicem Doctoratus peruenerit, alioquin eidem non debetur legatum nec donatio, Iaſ. con.149. Redemptoris crucifixi &c. circa primum conſultationis articulum, col.1.uol.4. uerba enim debent intelligi cum effectu,l.1.§.hæc uerba ff.quòd quiſq; iur.l.pen. §.docere ff. ne quis eum qui & c.relatum de cler. non res. Non enim ſufficit diu ſtetiſſe in ſtudio ſed bene & laudabiliter oportet ſtuduiſſe glo.l.unicuiq; C.prox. ſac.ſcr.lib.12. Studium enim eſt uehemẽs applicatio animi ad aliquid peragendũ cum ſumma uoluntate Bal.l.1.§.huius ſtudij col.1.ff.de iuſt.& iur.& illud uerbum peragendum intelligitur cum effectu quòd ſtudeat diligenter ac doctoretur, Iaſ.d.conſ.149.col.1.uol.4. per l.urbana §.pernoctare ff. de uer.ſig.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis. 1567.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Statuto quòd pro adulterio non procedatur, niſi per Denunciam, uel accuſationem, datam per mulierem, maritum, & c. operatur quòd proceſſus aliter factus eſt nullus puta ſi per inquiſitionem fuerit proceſſum, & uide uſq; ad finem conſilij.*

*Iudei gaudent beneficio ſtatutorum, & uide uſq; ad fi. conſ. limita num.9.*

2 *Statuta loci ordinatiua attendenda etiam in delictis, & num.3.*

3 *Statuta deciſiua attenduntur in loco delicti perpetrati.*

4 *Iudei gaudent ſtatutis locorũ maximè ubi Princeps uult eos tractari ut ciues.*

5 *Inquiſitio & proceſſus eſt nullus ubi eſt facta & factus contra modum procedendi datum a ſtatuto.*

6 *Statuti qualitate ceſſante ceſſat ſtatutum.*

7 *Iudex ex officio ſuo debet pro iuſtitia defendere Reos.*

8 *Iudei dicuntur de populo & gaudent Statutis & habent filios in poteſtate, & eſt com.op. fallit num.9.*

9 *Statutum penale infamiæ & non admiſsionis ad honores locũ non habet contra Iudæos nec Chriſtianos infames, ſed pœna grauior Iuris communis.*

10 *Inditium ex dicto mulieris non oritur contra Chriſtianum nec Iudeum quòd illam per uim uel uoluntarie cognouerit.*

11 *Vſuræ prohibentur Iudæis ſicut Chriſtianis, & eſt com.op.*

*Vſuram comittens punitur pœna arbitraria ſiue Chriſtianus ſiue Iudeus ſit, & amplia num.12.*

12 *Iudeus punitur pœna arbitraria uſuras exigendo ultra metam ſibi a Papa conceſſam.*

*Priuilegium amittit qui abutitur priuilegio.*

## CONSILIVM XLVII.

ANGELVS Iudeus fuit inquiſitus de quodam aſserto adulterio per eum perpetrato & comiſſo cum duabus mulieribus Chriſtianis, quarum una eſt concubina alia eſt maritata, & fuit formata inquiſitio contra dictum Angelum, ex mero Iudicis officio nulla præcedente denunciatione ſeu accuſatione ſuper qua quidẽ inquiſitione per D. Iudicem dictus Angelus cum ſuo ſacramento fuit interrogatus, qua interrogatione ſuperinde facta ipſe Angelus ſponte & in præſentia præfati Domini Vicarij & Iudicis, ut ſupra confeſſus fuit omnia contenta in dicta inquiſitione fuiſſe & eſſe uera, & ſe carnaliter cognouiſſe prædictas duas mulieres in inquiſitione nominatas, quarum una eſt concubina, alia autem maritata. Fuit modo ſtatutuitus terminus defenſionis dicto Angelo octo dierum.

† Mo-

1 † Modo adeſt quodam ſtatutum huiuſmodi, ſi quis comiſerit adulte-
rium non poſsit Poteſtas contra eum procedere niſi per denunciam
uel accuſam datam per mulierem, maritum eius, patrem uel atinen-
tem ſuum, quæ ſi data fuerit tunc procedatur contra talem adulte-
rum & condemnetur in libras centum nec aliter procedi poſsit, Ita
quòd allegata pro parte ipſius Angeli quòd ipſe non poteſt cōdem-
nari in pœna corporali occaſione contentorum in dicta inquiſitione
utſupra formata, niſi in pœna pecuniaria obſtāte diſpoſitione dicti ſta
tuti, & maximè quia adſunt littere conceſſæ per Dominum Ducem
Mediolani diſponentes quòd ipſe Angelus debeat tractari tanquam
Chriſtianus. Ex prædictis quæritur an dictus Angelus ſit cōdemnan-
dus pœna corporali, an autem pœna pecuniaria mediante diſpoſitio-
ne dicti ſtatuti an ne. Super puncto quo quæritur utrum dictus An-
gelus debeat condemnari, uel abſolui uigore inquiſitionis formatę
2 occaſione adulterij † Eſt præmittendum quòd ſtatuta loci ordina-
tiua etiā in delictis attenduntur in loco in quo proceditur cōtra Reū,
l. 1. C. de cuſto. & exhi. reorum, & quia habens iuriſdictionē habet cū
qualitate ſua, & ita ait. Bar. in repetit. l. cunctos C. de ſum. tri. & fi. ca.
3 ibi octauo circa ſtatuta punitoria &c. Item præmitto quòd † ſtatuta
punientia ſiue deciſiua attenduntur in loco delicti perpetrati; c. ut
animarum §. 1. de conſti. lib. vj. & Bar. in dicta l. cunctos populos.
4 Item præmitto quòd Iudei † utuntur regulis iuris regulariter l. iudei
Romano, C. de iudeis maximè quia adſunt literæ Principis noſtri qui
bus diſponitur dictum Angelum debere tractari ut Chriſtianum.
Item præmitto quòd adeſt ſtatutum quòd Poteſtas non poſsit pro-
cedere contra adulterum, niſi per denunciationem uel accuſam da-
tam per mulierem, eius patrem, uel attinētem ſuum, quæ ſi data fue-
rit tunc procedarur contra talem adulterum & condemnatur iu libr.
centum & non ultra, nec aliter procedi poſsit. His ſic præmiſsis dico
5 † dictum Angelum abſoluendum ratione denegati modi procedendi
Nam regula ſtatutaria negatiua eſt quòd Poteſtas non poſsit proce-
dere contra adulterum & poteſt eſſe ratio huius ſtatuti, ne temere
proſiliatur ad infamiam mulierum plerūq; honeſtarum, ſequitur ex-
ceptio a ſtatuto niſi per denunciam uel accuſam, & ſic non per inqui-
ſitionem cum differat accuſatio, denunciatio, & inquiſitio in extraua-
ganti ad reprimendum & ibi Bart. & in l. 2. §. ſi publico ff. de adul. &
ibi per eundem & per Angelum in l. ſi uacantia C. de bo. uacan. lib. x.
in eius repetitio. facit c. ſuper his & c. cum oporteat & c. qualiter &
quādo, de accuſ. l. reſcript. §. fi. de mu. & ono. cum ſy. multis & ſequitur
in ſtatuto qualitas exceptionis per mulierem, maritum, patrem, uel
eius atinētes, & poteſt eſſe ratio huius qualitatis, quia pietas ſangui-
nis

nis plerunq; conſilium capit pro ſanguine, prout in ſimili ait Iureconſultus in l. nec in ea lege in fi. ff. ad l. Iull. de adul. & ideo cum in caſu de quo quæritur dictus Angelus non fuerit denunciatus uel accuſatus cum qualitate de qua ſupra certè inquiſitio non potuit formari prohibente ſtatuto l. non dubium, C. de legi. cũ ſimilibus uulg. accedat dictum Bar. in l. nam poſtea in prin. ff. de iureiurãdo, & nota
6 qualificatam exceptionem qua † qualitate ceſſante ceſſat diſpoſitio ſtatutaria l. fulcinius §. 1. & ibi Bar. ff. qui ex ca. in poſ. ea. nam eſt excluſa inquiſitio in caſu noſtro a ſtatuto, ergo inquiſitio non eſt perſona legiptima, & ſic non poteſt iuditium fundari l. uniuerſis C. qui da. tu. poſ. nam ſtatutum ideo eſt ſeruandum, cum ueniat ad Iudicij ordi-
7 nationem, ut ſupra demonſtraui. † Quinimo Iudex ex officio ſuo debet defendere Reos l. ſi nõ defendantur ff. de penis, & propter omiſſam defenſionem quæ eſt iuris naturalis omnia cenſentur nulla, cle. paſtoralis de re iudi. l. ut uim ff. de iuſti. & iure, quia ſi non dantur dilationes omnis proceſſus eſt nullus inde ſubſecutus.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis de Lande.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ Ploti Equitis & Comitis, & Nouariæ Patricij.

8 *Iudei cenſentur de Populo loci, quem habitant, Et ideo leges et cõmunes, & ſtatuta loci habent locum in ciuilibus & criminalibus pro eis & contra eos, c. Iudei ubi tex. & Doc. de Iudeis tex. in l. iudei. C. de iude. unde poſſunt gaudere beneficio ſtatuti quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, & habent filios in poteſtate ſicuti Romani: & hæc eſt magis com. op. Soc. con 62. Conſilijs col. 4. uer. circa tertiam dubitationem, & num. 11. & 12. & 13. uol. 1.*

9 *Fallit ubi leges & ſtatuta, ſeu eorum uerba non conuenirent Iudeis ſicuti Chriſtianis, puta ſi dicerent quòd ob falſitatem ſit pœna librarum trecentum & infamiæ & ad honores & officia nõ admittãtur, Nam cũ hæc pœna infamiæ nõ cõueniat Iudeis ſicuti nec pœna nõ admiſſionis ad honores, ex quo ipſo iure ſunt infames et inhabiles ad officia l. fi. C. de iud. Sequitur quòd ipſum ſtatutum in eis locũ nõ habebit, ſed punientur grauiori pœna iuris communis, niſi haberent priuilegiũ quòd in omnibus tractentur ut Ciues, Et ſimiliter prædictum ſtatutum locum non haberet in Chriſtianis infamibus & malis quia punirentur pœna falſi maiori iuris communis, & non mitiori dicti ſtatuti, Socin. d. con. 62. Conſilijs, col. pen. uerſ. quarto & ultimo hæc concluſio uol. 1.*

10 *Fœminæ etiam Chriſtianæ non creditur contra Chriſtianum, nec Iudeum, quòd ab eo per uim uoluntariæ fuerit cognita et eius dictum ſolum non facit inditium contra Iudeum nec Chriſtianum ad inquiſitionem, nec torturam, Iaſ. conſ. 22. uol. 1. Crau. con. 41. Diuino &c. Venerabilis num. 2.*

11 *Vſura prohibetur non ſolum fieri per Chriſtianos, uerumetiam per Iudeos, & eſt*

*com.op.Io.de Ana. c.quia ſuper his col. 1. uer. prꝛterea ſecundum, de Iudeis, Ergo tam Chriſtianus, quàm Iudeus, faciens contractum uſurarium uel dans pecuniam ad uſuram, debet puniri pœna criminis ſtellionatus, & ſic pœna arbitraria, & eſt com.op. Corneus con.19. uidetur nũ.11. uer. non obſtant adducta uol.3. Maran. Spe. aur. q.5. in fi. Car. Mol. trac. uſur. q.10. in fi. Stracha in 1. par. nu.31.*

12 *Et ſi Iudeus haberet priuilegium a Summo Pontifice, dandi pecuniam ad uſuras ſub quadam meta, & ipſe metam excederet accipiendo uſuram ultra metam, uel uſuram uſurarum, debet puniri pœna arbitraria & uſuras reſtituere, perinde, ac ſi non haberet priuilegium, quia abutens priuilegio perdit priuilegium, tex. in l. Iudeos in fi. & ibi glo. uer. temptauerit C. de Iud. Alb. de Roſ. Dic. uer. priuilegium meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, per tex. in c. priuilegiũ 11. q.3. & 25. q. ult. §. his ita per glo. d. l. Iudeos per illum tex.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Frater tenetur alere ſororem ſuam ſi non habet aliunde, non autem nepotes ex fratre uel ſorore.*
*Alimenta per Fratres & nepotes ex fratre quomodo debeantur ſororibus uel neptibus ex fratre.*
2 *Statutum excludens ſororem propter fratrem, intelligitur quòd interim ſoror alimentetur & deinde dotetur a fratre, & num.3.*
3 *Frater excludens ſororem uigore ſtatuti tenetur illam dotare.*
*Alimentandi onus eſt ſubſidiarium.*
4 *Sententia lata fauore alimentorum uel dotis debet exequi etiam pendente appellatione ubi obtinens ſententiam eſt pauper.*
*Appellatio quando non ſuſpendat ſententiam Dotis nec alimentorum.*
*Alimentorum & Dotis ſententia quando exequi poſſit pendente appellatione.*
5 *Alimenta & litis expenſæ quando debeantur per Reum diuitem Actori inopi.*

## CONSILIVM XLVIII.

NOBILIS Dominus Marchinus de Catijs condidit teſtamentum in quo inſtituit hæredem uniuerſalem D. Bertolameum eius filium pro dimidia parte hæreditatis, pro alia uero dimidia inſtituit hæredes Dominum Ioannem Iacobum, Franciſcum, & Chriſtoforũ eius teſtatoris nepotes. Item reliquit iure inſtitutionis & legati D. Caterinæ, Margaritæ, Iſabettæ, Doroteæ, Vrſinę, & Bertolinæ filiabus ſuis, & Franceſchinæ, & Magdalenæ eius neptibus, & cuilibet earum pro Dote, tempore nuptiarũ libras mille, Item

pro

pro bonis dotalibus cuiuſlibet earũ libras quattuor mille imperialiũ. Itẽ uoluit d. teſtator quòd ſi aliqua uel aliquę ex dictis ſuis filiabus decederet ante nuptũ ſuccedat ei dict. D. Bertolameus filius teſtatoris. Si uero aliqua uel aliquę ex dictis ſuis neptibus decedat ante nuptum tunc ſuccedant ei uel eis dicti eius nepotes. Deinde deceſsit dictus teſtator relictis ſupraſcriptis filijs nepotibus, & filiabus & neptibus, uertitur in dubium an D. Bertolameus filius teſtatoris teneatur alimentare ſorores ſuas, & dicti Domini Ioannes Iacobus, Franciſcus, & Chriſtoforus dicti teſtatoris nepotes, filij alterius prędefuncti filij Teſtatoris, ſuas ſorores, an autem communiter debeant alimentare dicti filius & nepotes dictas ſorores omnes pro portionibus hæreditariis & eſt ſtatutum nouum tale. Ille homo qui ex forma iuris municipalis expellit aliquem uel aliquã a ſucceſsione ad quam de iure communi admitterẽtur teneatur alimentare excluſum uel excluſam ſi nõ habuerunt aliunde ſecundum qualitatem perſonarum ipſius ſucceſſionis. Item adeſt aliud ſtatutum qualiter maſculi deſcendentes ex linea maſculina præferantur fœminis etiam gradu proximioribus.

In Christi nomine amen. omnibus omiſsis ſuperfluis uenio ad ueram iuris deciſionem, ſuper articulo, quó quæritur, an dictus filius teneatur alimentare ſuas dumtaxat ſorores & filias teſtatoris, & dicti nepotes dumtaxat ſuas ſorores & neptes teſtatoris, an uero dicti filius & nepotes teneãtur dictas filias & nepotes cõmuniter pro porcionibus hęreditariis alimentare. Ita ut dictus filius pro dimidia ſicut
1 eſt hæres pro dimidia & dicti nepotes pro alia dimidia. † Dicendum eſt dictum filium eſſe obligatum dumtaxat ad alimentandum ſorores ſuas & filias teſtatoris & dicti nepotes ſuas ſorores & neptes dicti teſtatoris non autem pro portionibus hæreditarijs. Primo quia frater tenetur alimentare ſororem ſuam ſi non habet aliunde unde uiuat, glo. in uerbo. iuſte. in l. ſi quis a liberis infra §. Diuus Pius ff. de lib. agno. quam ſequitur communis ſententia Ray. & Bar. ibidem & eſt glo. in l. 1. C. de alen. liberis. Igitur filius alimentabit ſuas ſorores,
2 & nepotes alimentabunt ſuas ſorores. † Secundo ꝓbatur propter ſtatutum ſupraſcriptum nam ſi teſtamentum non eſſet conditum & nõ adeſſet ſtatutum excludens fœminas fauore maſculorum, certè dicti filij & filię teſtatoris & dicti nepotes & neptes ſuccederent in ſtirpes, non in capita. l. 1. §. notandum in glo. ff. de bo. poſ. contra tab. & aut. in ſucceſsione. C. ad tertul. & inſt. i. de hæred. quæ ab inte. §. cum filius, & ſic dictus filius excludit ſuas ſorores a ſucceſsione uigore teſtamenti & ſtatuti & dicti nepotes ſuas ſorores, ergo filius excludens ſorores quæ admitterentur de iure communi ad ſucceſsionem eas, alimentabit & nepotes excludẽtes ſorores a ſucceſsione ad quam de iure cõ-

 muni

muni uenirent debent ſuas ſorores alimentare. Facit l. qui filium ff. ubi pu.edu.debeat & ibi D.Bal.qui dicit quòd frater excludens ſororem a ſucceſsione tenetur eam interim quo dotetur alimentare, & ita facit l.non ſine C. de bonisq; liberis. Præterea ad quem pertinet commodum debet & onus ſpectare l.ſecundum naturam ff.de regulis iuris cum ſy. ſed ſi decedat aliqua ex dictis neptibus teſtator uult ne-
3 potes ſuccedere, ergo ad eos etiam ſpectabit onus alimentandi.† Et ſic non obſtat ſi allegarētur no.Domini Cy.in l.alimenta C.de nego. ge. quia reſpondeo quòd nos non ſumus in caſu Domini Cy. Secundo dico quòd dictum Domini Cy.facit pro hac parte quia Cy. ſe fundat quoniam ille frater habet totam hæreditatem & ſic excludit ſororem,& etiam neptem ſororis,ſed ita eſt quòd in caſu noſtro dictus filius non excludit neptes ſupraſcriptas, ſed dumtaxat excludit filias teſtatoris ſorores ſuas dicto §.cum autem & dicta aut.in ſucceſsione. Igitur dictus filius alimentabit interim quo dotentur dictas filias teſtatoris quas ipſi excludūt a ſucceſsione, ꝓ hac deciſione optimè facit dictū Domini Bar.in dicta l. ſi quis a liberis §. item reſcriptū ff. de lib. agno. ubi onus alimētandi eſt ſubſidiarium. Ex prædictis igitur apparet alimenta eſſe præſtāda a fratribus ſororibus non iure hæreditario.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis Legum Doctor Laudenſis, ad cuius fidem mei ſigilli munimine hic roboraui.*

Additiones Magn.D.Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

4 *Sententia lata in cauſa dotis,uel Alimentorum,debet fauore Dotis, aut alimentorum exequi,ubi ille uel illa pro quo eſt lata ſententia,eſt pauper non habens unde uiuat aliunde,etiam quòd a ſententia fuiſſet appellatum debito tempore, quia in hoc caſu appellatio non habet uim ſuſpenſionis ſed interim pendente appellatione ſententia debeat exequi,Bal.Nouel.trac.de Dote in 9.par. prin. in Priuil. 7. per tex.in l.fi.ff.de appel.recip.& ibi Bar.& Doc.& per Bar.in l. mela ff. de alim. leg. & per tex. in l.ſi inſtituta §.de inoficioſo teſtamento nepos ff. de inof. teſtam.*

5 *Et licet regulariter Reus diues non teneatur dare alimenta & litis expenſas actori inopi tex.in l.Imperatores ff.de tut.& rat.diſtra.Ill.Boſſius tit. De Alimentis præſtandis,num.2. Tamen Filijs,Vxoribus,Fratribus,Sororibus,& parentibus, actoribus,qui ſint inopes,interim dari debent alimenta & ſumptus litis donec lis finiatur Et hoc fauore alimentorum: & proximitatis, ubi tamen ſit præſumptio aliqua pro Agente per tex.in l.qui filium ff.ubi pupil.educ.deb.& ibi Bal.glo.in l.fi.uer.litis ſumptus nota arg.pro ſubdito ut ſi agat contra Prælatum debet interim habere expenſas ab Eccleſia C.de org.eog.latè D. Boſsius d.tit. de alimentis præſtandis uxori atq; filijs ex bonis publicatis.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis. 1567.

SVM.

## SVMMARIVM.

*1 Fratres Minores habent priuilegia acquirendi immobilia & alia.*
*2 Legatum pro fabrica Capellæ dicitur eſſe ad pias cauſas factum.*
*3 Papa ſolus poteſt alterare & commutare teſtatoris uoluntatem, non autem Epiſcopus, nec alius, puta Generalis fratrum, & num. 4. & uide num. 9.*
*4 Epiſcopus non poteſt commutare Teſtatoris uoluntatem, ſed hoc ſoli Papæ eſt reſeruatum.*
*5 Tranſactio ſuper legatis quando fieri poſsit per Prælatum uel Guardianum.*
*Confeſsio Prælati uel Guardiani non nocet Eccleſiæ, & num. 7.*
*7 Reſtitutio in integrum quando detur Eccleſiæ.*
*8 Hæres in præiuditium legatorum alienare non poteſt.*
*9 Papa ſolus commutat Teſtatoris uoluntatem, Epiſcopus uero omnis tanquam eius Delegatus poteſt et debet cognoſcere an Papæ fuerit præcibus obreptũ.*
*Epiſcopus quomodo poſsit cognoſcere de commutationibus uoluntatum ultimarum factis a Papa.*
*10 Concilij Conſtitutio habet clauſulam derogatoriam ad Reſcripta Papæ, niſi ei in ſpetie derogetur a Papa nec ſufficit clauſula non obſtantibus. &c.*
*11 Concilij diſpoſitioni Epiſcopus derogare non poteſt.*

## CONSILIVM XLIX.

DOMINVS Zanotus cõdidit teſtamentũ, & in omnibus ſuis bonis relinquit hæredem Conradũ eius filium, & uult Teſtator ſi dictus Conradus decedat ſine liberis bona ſua perueniãt in eccleſiã Sancti Franciſci in auxilio cõſtruendi unam capellam in dicta eccleſia pro anima ipſius teſtatoris. Deinde deceſsit Zanotus teſtator relicto dicto Conrado eius filio qui nunquam habuit filios. Conradus ſe conuenit cum Guardiano & omnibus fratribus ordinis Sancti Franciſci cum licentia Miniſtri prouinciæ dicti ordinis, hoc modo uidelicet, quia dicti fratres ei fecerunt remiſsionem pro ducentum florenis expendendis pro aptando quendam murum pro canepa dictorum fratrum, quos confeſsi fuerunt habuiſſe & recepiſſe & renunciarunt dicti fratres omni iuri & integrum reſtitutionis qua poſſent iuuari contra dictum Conradum. Deinde dictus Conradus ueniens ad mortem deceſsit ſine liberis, condito teſtamento, in quo teſtamentum paternum in omnibus approbauit & confirmauit, dicens & proteſtans quòd licet appareat per confeſsionem ipſorũ fratrum dictæ Eccleſiæ habuiſſe & recepiſſe florenos ducentum occaſione dicti teſtamenti quòd re uera ipſi fratres nunquam habuerunt niſi

flo

florenos triginta,dicendo ipſe Conradus quòd non uult confeſsionẽ dictorum fratrum ualere in præiuditium dictæ Eccleſiæ Sancti Franciſci. Qui etiam fratres Sancti Franciſci probabunt per teſtes qualiter nunquam receperunt niſi florenos triginta. Modo dicti fratres habent per priuilegia Papalia quód relicta eius conuentui & in poſterum relinquẽda retinere,capere,ac petere poſsint. Quæritur modo an Procurator dicti ordinis poſsit petere bona relicta in teſtamento dicti Zanoti non obſtante confeſsione & quietatione & compoſitione facta cum fratribus.

1 In Christi nomine amen. Omiſsis allegationibus quæ hinc inde fieri poſſent, præmitto quòd non eſt opus diſputare,an fratres minores ſint capaces huiuſmodi relicti de quo ſupra,de quo articulo deciſio eſt in Cle. exiui de paradiſo de uerb. ſigni. & plenè per Bart. in tractatu ſuo elegantiſsimo minorice,& per D.Bar.de Sali.in l.1. C. de ſacroſan.ec.in eius repetitis,quia hic præſupponuntur priuilegia Summorum Pontificum habilitãtia dictos fratres minores ſiue procuratorem dicti ordinis Beati Almi Franciſci utſupra in caſus poſitione fit mentio , & ideo hic remanet concluſio uera dictos fratres ſiue procuratores ordinis poſſe exigere & petere relicta in ultima uoluntate,& quædam ſimilia priuilegia ponit Bar. in tractatu ſuo minorice

2 ubi plenè. † Secundo præmitto quòd dicta bona dicti Zanoti fuerunt relicta ad certum uſum uidelicet,in auxilio conſtruendi unam capellam in eadem eccleſia Sancti Franciſci,& dicitur relictum pium & ad piam cauſam,l.ticia §.fi.cum glo.ff.de aur. & ar. lega. & notat. in l.1.

3 C.de ſacroſan. ecc. † Hijs ſic præmiſsis dico dictam compoſitionem factam a fratribus,dicto Conrado eſſe nullam,& per cõſequens Procurator dicti ordinis poſſe petere relicta in teſtamento dicti Zanoti, quoniam ſolus Papa poteſt diſpenſare & alterare uſum illorum quæ per fideles relicta uel donata ſunt & eſt de reſeruatis Summo Pontifici tex. ad literam in cle. quia contingit de religi. domi. In tex. ibi cum tamen quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium ad illum debeant non alium ſalua quidem appoſtolice Sedis auctoritate cõuerti. Idem tenet Io.An. in glo. apoſtolice Sedis in dicta cle. quia contingit, Sed ita eſt quòd bona dicti Zanoti fuerunt relicta ad certum uſum.uidelicet,ut conſtruatur una capella in dicta eccleſia S. Franciſci, ergo non potuerunt conuerti ad reparationem murorum prout dicta compoſitio facta cum fratribus & Conrado ſignificat,nec auctoritas ſuperiorum dicti ordinis ſufficit,cum requiratur auctoritas apoſtolica , ut dicit tex, & glo.in dicta cle.quia contingit, & ideo ille caſus eſt iungendus cum alijs in c.quod tranſlationem de ofe.leg.

4 Secundo † pro hac parte facit dictum Ia.But. in l. ſi quis ad declinan.

C.de

C.de epi.& Cle.qui dicit ſingulariter circa finem illius l. ita fuiſſe iudicatum & conſultum per Cano. et ponit caſum iſto modo, pone teſtator uoluit ut fieret capella in certo loco Epiſcopus autem uult fieri in Eccleſia fratrum minorum, uel Teſtator uoluit quòd in unam piam cauſam expenderētur ſcilicet in ueſtimētis pauperū, Epiſcopus uult in aliam cauſam expēdere, ſcilicet in redemptione captiuorum, quęro an poſsit & uidetur quòd ſic, quia iſta eſt ita cauſa pia ſicut alia, tu dic contra, quia ubicunq; eſt certa diſpoſitio teſtatoris reſpectu cauſæ perſonæ uel loci, non poteſt per Epiſcopum alterari, clem. quia contingit, Et ita fuit hoc iudicatum & conſultum per Legiſtas & Cano. Iſta ſunt uerba Iac. But. in dicta l. ſi quis ad declinan. in fi. C. de epi.& cle. Idem etiam tenet Bal. in d. l. ſi quis ad declinan. & hoc uidetur iuri conſonum, quia ultima uoluntas eſt ad unguem ſeruanda ubi eſt poſsibile poſtquàm aliud uelle non poteſt, tex. in l. 1. C. de ſa. ſan. eccleſiis & §. deinceps in aut. de nupt. quia habetur uoluntas teſtatoris pro lege. Ex prædictis ergo apparet clarè qualiter dicta compoſitio non ualuit, quia facta ſine auctoritate ſuperioris apoſtolica, quæ neceſſaria erat in caſu præſenti & eſt not. quia D. Iac. Bu. ita dicit fuiſſe conſultum & iudicatum & ſic cum maxima deliberatione, ut in dicta l. ſi quis ad declinan. prout dixit eſt caſus ad litteram in dicta cle. quia contingit de religi. domi. ideo hæc pars eſt uera, quia pro ea ubi eſt caſus legis. Ibi nulla dubitatio eſt uulgata, l. ancillæ C. de furt. quia uoluntas teſtatoris eſt ſeruanda l. meuius l. hæredi. ff. de condi. & demo. cum ſimilibus. Præterea alio capite talis diſpoſitio & quietatio non ſubſiſtit iuribus, quoniam eſt ambitioſa, & ex gratia ut dixerim cum in facto præſupponatur inſtrumentum quietationis & compoſitionis loqui de ducentum florenis, & tamen eſt ueritas quòd nō erant niſi triginta, ut probatur in l. præſes C. de tranſ. & ibi glo. Bar. & Bal. facit l. Imperatores ff. de pac. cum multis ſy. & ſic ex capite graccioſitatis quam non poſſunt facere adminiſtratores, talis tranſactio eſt nulla dicta l. Imperatores ff. de pact. Dicendum quoq; eſt hanc tranſactionem nullam quoniam hæredes dicti Conradi habent neceſſe ſtare confeſsioni & diſpoſitioni dicti Conradi teſtatoris in aut. de iureiurādo a mor. præſti. l. 1. & l. filios C. de reuo. his qui in frau. cred. l. cū a matre C. de rei uendic. cum ſy. Sed ita eſt quòd dictus Conradus utſupra in facto pręſupoſito in ſuo teſtamento, uult hanc quietationem & confeſsionem ut competit, haberi pro nulla & teſtamentū
7 primum confirmauit, ergo &c. † Ex prædictis ergo duobus ſiue tribus capitibus apparet dictam confeſsionem fuiſſe & eſſe nullam tam a parte ante propter defectum auctoritatis appoſtolicę uel gratioſitatis, quàm ex parte poſt, propter uoluntatem dicti Conradi, qui anullat

lat dictam quietationem in ſuo eulogio & teſtamento nihil dicendũ arbitror de in integrũ reſtitutionis benefitio quod proculdubio Eccleſiæ læſæ competit c.auditis de in inte.reſti.& glo. in l. res publica C.ex qui.ca.ma.quia nullitas facit ceſſare remedium extraordinariũ in integrũ reſtitutionis,ut l.in cauſæ in principio la.2. ff. de minor.& plenè not.in l.1.C.ex quibus ca.ma. quæ nullitas in ſuperioribus cla
8 rè eſt demonſtrata. † Nec dictus Conradus potuit facere aliquam alienationem uel diſponere de dictis bonis in præiuditium dictorum bonorum relictorum dictæ Eccleſiæ Sancti Franciſci, l.fi. in auten.res quæ C.communia de legatis.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis Laudenſis.*

Additio Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

9 *Commutationes ultimarum uoluntatum, ſolum per Papam fieri poſſunt, non autem per Epiſcopos, nec alios Prælatos, nec Generales, nec Prouinciales, nec Miniſtros, nec alios ut ſupra per D. Mart.Garr. fuit conſultum, Adde tamen quòd in ipſis commutationibus a Papa conceſsis Epiſcopi tamquam Delegati Sedis Apoſtolicæ poſſunt, & debent cognoſcere, an præces fuerint obreptitiæ, uel ne, Nam in ſacro Concilio Tridentino Seſſ.22.cap.6. Sic cauetur. In commutationibus ultimarum uoluntatum, quæ non niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tamquam Delegati Sedis Apoſtolicæ, ſummariæ, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in præcibus, tacita ueritate, uel ſuggeſta falſitate, fuiſſe narratum, priuſquã commutationes prædictæ exequutioni demandentur.*

10 *Omnis autem Concilij Conſtitutio legiptimæ autoritatæ Papæ congregati, tamquam facta ab ipſo Deo debet obſeruari, & habet tacitã clauſulam derogatoriã ad Reſcripta, ut non ualeant, tanquam obrepticia, etiam ſi haberent clauſulam generalẽ, Non obſtantibus iure cõmuni &c. niſi Papa in ſpetie fatiat mẽtionem de*
11 *Concilio illi derogando, cui per Epiſcopum derogari non poteſt, Fel. c. Nonnulli col.3. num.2. in fi. uer. Et nota quòd omnis Conſtitutio Concilij, De Reſcrip. Archid. c. 1. uer. noſcatur in fi. ibi uel dic plenius de conſt. in 6. Bal. l. humanum in 11. not. C. de legib.* Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſsio Procuratoris habentis mandatum ad recipiendum & confitendum quando præiudicet, ubi numeralis ſolutio nõ interuenit, & uide per totũ con.*
*Procurator habens mandatum ad recipiendum & confitendum an poſsit confiteri ſe habuiſſe niſi interueniat ſolutio actualis, & uide per tot. conſilium uſq; ad fi. & maximè in addit.*
*Confeſsio Procuratoris quando non noceat Domino, uel ſibi, uel proſit debitori & uide per totum conſilium uſq; ad fi.*

2 Tutoris

2 *Tutoris confeſſio non probat contra minorem.*
3 *Fideiuſſor non agit contra ſuum principalem ex ſola confeſſione creditoris.*
4 *Fideiuſſoris iuramentum non nocet* Reo *principali.*
5 *Mandatum ad confitendum non intelligitur ad confitendum falſum.*
6 Tutoris *apocha prodeſt debitoribus pupilli & nocet* Tutori.
7 *Procurator generalis cum libera poteſt confiteri.*
8 *Mandatum ad recipiendum & confitendum eſt mandatum ad diuerſas ſpecies.*
*Copula cadit inter diuerſa & copulat extranea diuerſo modo ſignificantia.*
9 *Copula auget ſignificatum copulati.*
10 *Confeſſio quando & in cuius præiuditium probet ueram numerationem, & num.* 11.
11 *Præſumitur quis potius doloſus uel ſtultus quàm* Donator.
12 *Confeſſionis mutui & alius cauſæ differentia.*
13 L. *Lutius* §. *tutelæ ff. de admin. tut. intellectus.*
14 *Confeſſio unius alteri quando præiudicet.*
L. *Deſiderium* C. *Depoſiti declaratur.*
15 Procuratoris *confeſſio liberat* Debitorem, *ubi* Procurator *habebat mandatū ad recipiendum, & confitendum etiam non interueniente numerata pecunia, quia confeſſio præſumitur uera, aliàs ſecus, & uide num.* 17. & 28.
16 *Confeſſio* Procuratoris *quòd recepit mutuo, uel a* Debitoribus, *ſi ratificatur per* Dominum, Dominus *poteſt agere contra* Procuratorem *etiam quòd confeſſio* Domino *non præiudicaret, & num.* 22.
17 *Confeſſio mariti quòd habuit ab* Vxore *præſumitur uera niſi probetur eſſe factum in fraudem* Donationis *prohibitæ.*
18 *Confeſſio* Procuratoris *habentis mandatum ad cōfitendum, an* Domino *præiudicet, & uide num.* 19. *cum ſeq. & ſupra, & infra per totum conſilium, & (num.* 27.
19 *Apocæ confeſſio quando præiudicet.*
*Confeſſio apocæ quando præiudicet.*
20 *Confeſſio procuratoris uel* Sindici *ad confitendum præiudicat* Domino *conſtituenti etiamſi non probetur uerſum in eius utilitatem & num.* 21.
21 *Confeſſio* Tutorū & Adminiſtratorū *in iudicio uel extra quando præiudicet.*
22 *Confeſſio* Procuratoris *quòd habuit a debitoribus* Domini *ſibi præiudicat, nec poteſt contra* Dominum *excipere quòd non recepit ſed tenetur ſoluere* Domino.
23 *Teſtis dictum in* Iudicio *ſummario non præiudicat parti in* Iudicio *plenario, ſed præiudicat ipſi* Teſti *ubi deponeret contrarium.*
24 *Confeſſio ſeu ſolutio facta probat inter perſonas inter quas eſt celebrata.*
*Confeſſio* Procuratoris *habentis mandatum ad recipiendum & ad confitendum præiudicat* Domino *etiam habenti ratum,* Et *hæc eſt opinio contraria prædictæ op. & uide uſq; ad finem conſilij ubi reſpondetur ad contraria.*
25 Ratificatio *an fieri poſſit per* Dominum, *in præiuditiū* Procuratoris *uel tertij.*

26 *Procuratoris confeſsio non nocet Domino ubi mandatum erat ad recipiendũ, & eſt com.op.*

*Confeſsio Procuratoris non nocet Domino ubi mandatum erat ad mutuo recipiendum & eſt com.op. & uide num.26.*

27 *Confeſsio Procuratoris etiam ex alia cauſa quàm mutui, non nocet Domino ubi mandatum erat ad recipiendum.*

*Procuratoris confeſsio non nocet Domino, etiam ſi ſit ex alia cauſa quàm mutui ubi mandatum erat ad recipiendum.*

28 *Procuratoris confeſsio nocet Domino ubi mandatum erat ad recipiendum & confitendum, & eſt com.op.*

*Confeſsio Procuratoris nocet Domino ubi mandatum erat ad recipiendum & confitendum. & eſt com.op.*

29 *Confeſsio Creditoris an proſit Fideiuſſori contra Debitorem.*

30 *Fallentiæ datæ per Iaſ. ad not. num.26. an ſint ueræ.*

31 *Confeſsio Tutoris & Curatoris quando noceat minoribus.*

*Tutoris & Curatoris confeſsio quando noceat minoribus.*

## CONSILIVM L.

DOMINVS Syrus de Faciardis Ciuis Papię per publicum & ſolemne inſtrumẽtum fecit B. Ciuem ſimili Papienſem Procuratorem ſpecialem ad recipiendũ & ad habuiſſe & recepiſſe confitendum pro eo certam quantitatem pecuniarum, in Ciuitate Veronæ a D. ſuo debitore. Dans eidẽ B. Procuratori liberam adminiſtrationem in prædictis & circa prædicta. Factum eſt ut B. procurator accedens Veronam, fecerit confeſsionem ipſi debitori D. de ipſa quantitate debita, quęro nunquid dicendo confiteor habuiſſe & recepiſſe non conſtante aliter de uera numeratione poſsit D. Syrus Faciardus prædictus, contra B. procuratorem ſuum habendo ratam confeſsionem ſuam agere actione mandati cum dictus B. opponeret quòd contra eum non poſſet agi mandati, quia debet intelligi eum poſſe confiteri quod re uera acceperit. Quęritur quid iuris, & ſic utrum ex tali mandato ſtante tali confeſsione Debitor ſit liberatus. Secundo eſto quòd confeſsio illa non liberaret debitorẽ, & ſic non nocet Domino eidemq; creditori. An Dominus ratificans eam ut ueram & bonam, poſsit agere mandati cõtra Procuratorem.

1 AD PRIMVM uidetur dicendũ quòd debitor ex illa confeſsione nõ ſit liberatus à D. Syro. Qui enim dedit mandatum ad recipiendum, & confitendum intelligitur dediſſe ad confitendum quod receperit in ueritate ut ſicut mandatum recipiendi importat naturalem & ue-

ram

ram receptionem, ſic eadem qualitas ueræ receptionis, intelligitur repetita in mandato confitendi, prout hoc determinauit, Bar. in.l.2. in fi.ff.ſi cer.pe.per l.1.§.ſi mutuã ff.ſi quid in frau.pa.ideo ex illa confeſsione non præiudicatur Domino, nec liberatur debitor, & hanc uidetur ſequi Angelus in l.non abſtulit C. de nouat.

2 Secũdo probatur † quòd Tutor habet generalem adminiſtrationem & maiorem quàm habeat Procurator ſpecialis ad recipiendũ & confitẽdum, & tamen eius confeſsio non præiudicat pupillo, in qua confitetur recepiſſe, niſi conſtet de reali numeratione & receptione, l. lutius §.tutellæ, in uerbo ſoluiſſet, ff.de adminiſtra.tut.ubi dicit Iuriſconſultis ſecundum Bar. quòd ideo uſus eſt iuriſconſultis uerbo ſoluiſſet, quia ſi in apocha de qua ibi ſolum confeſsio de recepto contineretur non præiudicaret.

3 Tertio quia † fideiuſſor non agit mandati contractu reum niſi appareat de numeratione manuali facta per fideiuſſorẽ creditori, ita quòd confeſsio creditoris non ſufficeret l.ſi uero nõ remunerandi in principio in glo. magna ibi manualiter. ff.man. eodem modo Dominus non agit mandati contra Procuratorem ex ſola confeſsione de recepto facta per Procuratorem.

4 Quarto † adducitur ꝓ determinatione, glo.in l.duobus §.a fideiuſſore & Bar.& Ange.ibi qui uolunt ex cõfeſsione facta inter duos nõ præiudicari tertio, quia ibi iuramẽtũ fideiuſſoris nõ nocet Reo principali, ut poſsit fideiuſſor agere mãdati cõtra eũ, niſi aliter quàm ꝑ iuramẽtum quod eſt ficta ſolutio appareat de uera ſolutione & numeratione.

5 Quinto quia iſte † habens mandatũ ad confitendũ, non habet mandatum ad confitendum falſum, ſcilicet ad confitendum ſe recepiſſe ſi non recepit l.ſi procurator ff.de condi. inde. quia hoc ſaperet donatio quæ nõ dicitur in mandato l.creditor §.lutius ff.mandati l. contra iuris ciuilis regulas §.fi.ff.de pac.igitur iſta confeſsio non præiudicat Domino, hoc modo arguendo uſqꝫ eſt, Bal.in l.2. in fi. ff. ſi cer.pet.

6 In oppositvm arguitur ſic Tutor, qui facit apocas de recepto conuenitur tutellæ iuditio a pupillo & ſunt ſecuri & liberantur qui appochas recipiunt, l.lutius §.tutellæ ff.de admi.tut. ſed appocha continet ſolũ cõfeſsionis de recepto l.plures apocis.C.de fi. inſtru. ergo confeſsio de recepto habet mandatum ad confitendum & liberat debitorem & nocet Domino, & ita intelligit glo. illum tex. quicquid dicat Bar. ibi, ſed iſte talis Procurator habet mandatum ad confitendum ſicut Adminiſtrator generalis, igitur &c.

7 Secundo † Procurator generalis cum libera poteſt confiteri in præiuditium Domini, & liberare debitorem l.in contractibus C. de non numerata pecunia in uerbo penitus quam ſequũtur omnes, ergo iſte

potuit liberare, quia ſicut ille ratione generalis mandati habet mandatum ad confitendum, ita iſte ratione ſpecialis, & ſicut ille habet liberam, in generali, ita iſte in ſpeciali. modo tantum operatur ſpeciale mandatum in ſuo caſu, quantum generale in ſuo, l. ſi duo ff. de admi. tuto. & etiam plus ut uidetur de mente, glo. in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. poſ. & l. 1. C. con.

8 Tertio qui habet † mandatū ad cōfitendū & recipiendū, habet mandatum ad diuerſas ſpecies, quia copula cadit inter diuerſa, & copulat extrema diuerſo modo ſignificātia, d. l. ſi duo Inſt. per quas perſonas nobilis acquiritur notat in rub. ff. de iure & fact. igno. & in rubr. C. de ſerui. & aqua. & de nouat. Bart. in l. 1. ff. de pact. & in l. 1. ff. de iuſti. & iur. c. cum in cunctis extra de electio. & c. principaliter extra de offi. deleg. ibi in quo differt conſuetudo ab uſu, ergo diuerſo modo debet ſignificare mandatum ad ita confitendum copulatum mandato ad recipiendum ab ipſo mandato ad recipiendum.

9 Quarto † quādo copula copulat idem cū præcedenti extremo quòd fit quando copulatur antecedens & relatiuum ut l. cunctos populos ubi notatur. C. de ſumma Tri. & ſi. cato. tunc copula auget ſignificatū copulati. l. ea tamen adiectio ff. de leg. 3. ergo in hoc caſu ſi iſta copula copulat idē & in aduerſum uidebatur intelligi ſequitur quòd debet augere ſuum ſignificatum, & non minuere præterea nihil operaretur uerbū & ad cōfitendū habuiſſe & recepiſſe contra l. ſi. quando. deleg. 1.

10 Quinto † confeſsio de recepto etiam inter perſonas ubi uera numeratio requiritur, ut inter coniuges probat ueram numerationem, niſi probetur oppoſitum. dictum eſt Bar. in l. ticia ff. de uer. ob. Bal. in l. ſi. C. de ſpon. Idem dicit Bal. in l. per diuerſas C. mandati ubi dicit in caſu illius l. præiudicare confeſsionem & probare ueram numerationem. Idem Bal. in l. deo nobis. C. de epi. rele. & Bar. dicit cōſuluiſſe Iac. de Are. & plures alios. Idē glo. in l. ſponſus §. conceſſa. ff. de dona. int. uir. & uxo. ergo in caſu propoſito iſta confeſsio poterit probare ueram numerationem.

11 Sexto † iſta confeſsio præiudicat ſaltem Procuratori, ut in ſcripto articulo plenius uidebitur, quis ergo ſani capitis dubitabit Procuratorē non confeſſum fuiſſe niſi re uera acceperit aliàs ſibi ipſi præiudicaret, & uideretur iactare ſuum, quod non præſumitur l. cum de indebito ff. de prob. Imo ubi poteſt capi alia cōiectura quàm donatio illa capienda eſt l. campanus ff. de ope. libe. Imo præſumitur potius doloſus quis & ſtultus, quàm donator. Cy. in l. generaliter C. de non numerata pe. ideo iſta confeſsio liberat & probat ueram numerationem & præiudicat, & hanc partem expreſſe tenet D. Angelus in l. à Diuo Pio, §. ſi emptor ff. de re. iudi. ubi dicit ſi uis tollere omnem amaritudinem

facias addi in inſtrumento mandati & ad confitendum & melius, in l. nouare §. pupillus alias l. fideiuſſore ff. de nouat. & idem D. Io. de Imo.
12 Non obſtat in oppoſitum allegata † & primo dictum Bar. in l. 2. §. fi. in fi. ff. ſi cer. pet. quia ipſe ſibi reſpondet in §. tutellæ conſtituendo differentiã, inter cõfitentem ſe habuiſſe mutuũ & confitentem ſe habuiſſe ex alia cauſa, quia confeſsio mutui habet ſpecialem naturam ut mutuũ conſtituatur ciuile contra quòd poteſt opponi exceptio, ſecus in alijs cauſis in quibus ſtatur cõfeſsioni l. generaliter C. de nõ numerata pecunia l. publia in fi. ff. depoſiti, nam ſi principalis confitetur ſe mutuum accepiſſe nõ obligatur, ergo multominus procurator, & ita dicit Bar. in §. tutellæ, licet dicat ibi in Tutore exigi ueram numerationem probari ad præiudicandum pupillo, propter priuilegium pupilli & quòd hæc ſit Bar. intentio, Alibi dicit ipſe quòd cõfeſsio de recepto adiuncta acceptilationi ſignificat ſecundum acceptilationem, quæ dicit nobis nihil eſſe receptum, at quando adiungitur acti de cuius natura eſt uere recipere, tunc probat ueram receptionem, ita ipſe dicit in l. 1. de hijs quæ in frau. credito. Præterea aliud eſt ex confeſsione de recepto obligari Principalem, aliud eſt liberari Debitorem quia fauorabiliores ſumus liberationi, quàm obligationi l. arrianus ff. de acti. & obli. & ideo aditio ad confitendũ in mutuo facta mandato ad recipiendum intelligitur ad confitendum quòd receptum eſt quia de duobus mutuis non fiebat mandatum, ſed de naturali tantũ ideo confeſsio, non poterit obligare ſimpliciter, quia de ciuili non erat mandatum, Non obſtat Ange. in l. non abſtulit C. de noua. quia ipſe ſe corrigit & emendat & clarius loquitur in §. ſi emptor ubi determinat ad literam prima parte.
13 Non obſtat argumentum ſecundum d. §. tutelle, quia ſecundum intellectum glo. & Ang. in §. ſi emptor illa confeſsio erat ſimplex de recepto, & probatur incõuincibiliter. Primo quia loquitur de apocha quæ confeſsionẽ continet. Secundo quia Tutor eſt generalis adminiſtrator, & quaſi Dominus, l. uideamus ff. de in litem iurando, & ſecundum hæc haberet minorem poteſtatem quàm Procurator generalis ad negotia cum libera, qui licet non poſsit donare, poteſt tamẽ confiteri recepiſſe a debitoribus & Domino præiudicare, ut l. in contractibus §. 1. in glo. ſuper uerbo penitus C. de nõ numerata pec. Niſi dicas eſſe illud fauore pupilli, & ſic in contrarium eſt ius commune in alio Adminiſtratore.
14 Non obſtat tertium & quartum, quia † actio mandati quæ quæritur fideiuſſori ſoluenti quæ quia & eſt mandatum quòd ſoluat non quòd donat, acquirat uel confeſſatã ſolutionẽ. Vel aliter & melius ſecundũ Doc. ibi loquitur §. a fideiuſſore de confeſsione facta a creditore qui
nullum

nullum mandatum habet a Reo principali ad confitendũ. Ideo confeſsio facta inter alias perſonas, non præiudicat michi ſicut eſt regula de qua per Bar. in l. ſi is qui §. ſi tu ticium ff. de furt. quia ubi ex aliquo uero facto contrahẽdo inter diuerſas perſonas debeor obligari non ſufficit confeſsio illorum duorum in præiuditium mei. ff. de uer. ob. l. cum filius §. in hac ubi Bar. plenè ff. ad ſilianiam l. 1. §. occiſor. per Bal. & Iaco. de Are. Nam confeſsio duorum non nocet michi, nec prodeſt niſi omnes eam allegamus l. deſiderium C. depoſiti per Bal. Vbi eſt determinatio quęſtionis ſi quis rectè intelligat. ac in caſu noſtro non eſt confeſsio inter alias perſonas, ſed dicitur confeſsio mea, quia me mandante facta. Nam actus Procuratoris eſt actus Domini proprie. l. certè ff. de præcario. facit l. creditor §. lutius ff. mandati, ibi ut Domino, & ita glo. illum §. a fideiuſſore D. Bal. Præterea nota Doctorum ibidem eſt uera & non facit ad propoſitum cum pace illorum qui dicunt eſſe deciſionem in §. a fideiuſſore.

15 Ad ultimum reſpondetur quòd poſſet probari falſam eſſe confeſsionem & Procuratorem non eſſe ſoluendo uel Dominus nollet habere regreſſum contra Procuratorem etiam locupletem, ſed contra debitorem, tunc loquitur motiuum, ſed in dubio præſumitur uera & ex reali numeratione præſumitur pręceſsiſſe confeſsio, ſecundum D. Bal. in l. 2. ubi eſt bene põderandum & ad dictum ſuum aduertendum prout infra dicam in ſexto articulo. Et ſic ſtat concluſio firma quòd debitor eſt liberatus ex tali confeſsione & mandato etiam ſi Procurator non haberet liberam ſicut habuit hic in caſu noſtro.

16 Ad ſecundum † deueniens præſupoſito quòd non eſſet liberatus Debitor, an Dominus ratam habendo confeſsionem poſsit agere contra Procuratorem quaſi re uera exegerit & confeſsio præiudicauerit ſibi. Omiſſo diſputationis ſtudio intrepidè dicerem quod ſic, Et hanc queſtionem format Dominus Bal. in d. l. 2. in fi. duobus modis. Primo in Procuratore dato ad accipiendum mutuum, & in Procuratore dato ad confitendum recepiſſe a debitoribus, & utroq; caſu dicit quòd etiam ſi Dominus non obligatur, in primo caſu ex illo mutuo, confeſſato per Procuratorem tamen ex illa confeſsione obligatur per Procuratorem creditori a quo confitetur recepiſſe l. ſi pupilli. §. 1. in fi. glo. magne ff. de nego. ge. quia ſi ex contractu Procuratoris nõ obligatur Principalis, quia non habuit ratum, uel quia mandatum non ſit ſufficiens, uel appareat non eſſe uerſum in utilitatem Domini, ut in multis caſibus, tunc creditor agit cõtra adminiſtratorem, ibi eſt glo. ſing. quam ſequuntur omnes Doc. Idem dicit Bal. in cõfeſsione Procuratoris dati ad confitendum recepiſſe a debitoribus quia præſumitur uera, & Dominus poteſt eam habere ratam & agere contra eum

quaſi

quaſi realiter exegerit ſicut confeſſus eſt, quia contra confeſsionem ſuam non poteſt uenire l.generaliter C.de non numerata pecu.l.publia in fi.ff. depoſiti c. per tuas extra de proba.ita dicit ad literam D. Bal. Nec habet Procurator unde conqueratur, quia nullus coegit eũ confiteri habuiſſe,& ſi habuerit ut præſumitur quare nõ ſoluit & quis præſumitur confeſſum fuiſſe niſi accepiſſet utſupra uiſum eſt, & non obſtat Ang.in l. non abſtulit ubi uidetur dicere quòd differẽtia eſt inter mandatum ad recipiendum & habuiſſe & recepiſſe confitendnm, & mandatum ſimplex ad confitendum,quia in primo caſu, mãdatum ad confitendum recipit qualitatem primi mandati ad recipiendum, quia primo dictum ſuũ ipſe reprobat in §. ſi emptori. Præterea Bar. quẽ allegat loquitur in mutuo & ratio ſupradicti apparuit manifeſta. Pręterea ipſe non ponit differentiam hoc modo,ſed ponit eam inter mandatum ad recipiendum & confitendum ex una parte & mandatum generale ad omnia,& placet illa differentia quia etiã ſi eſſet uera hic Procurator etiam habet liberam in caſu iſto conceſſo, quæ idem operatur quòd iu generali & plus utſupra uiſum eſt. Sed quicquid ſit Bal.in l.2.in fi.format quartum generaliter in mandato ad confitendum ſiue ſit ſimplex ſiue cum mãdato ad recipiendum quia ratio ſua, ſcilicet quòd ex confeſsione ſua ſibi præiudicet eſt generalis utroq; caſu, & ideo eſt uana differẽtia, quo ad hoc ut teneatur Procurator mandati. Poſſet fortè ualere quo ad hoc ut liberetur debitor ſicut loquitur Ange.& ideo dictum Bal.remanet & eſt deciſio huiuſmodi, quæſtionis & non habet contradicentem & habet in ſe ſummã æquitatem & rationem. Et ita utſupra ſcriptum eſt & concluſum.

*Ego Luchinus de Curte Legum Doctor Papienſis,Dico & conſulo,et ad fidẽ.etc.*

*Idem Dico & conſulo Ego Cato de Sachis Legum Doctor Papienſis.*

17 Addendo ad Bar.in l.2.§.fi.ff.ſi cer.pet.quòd poteſt procedere quando conſtat pecuniam non fuiſſe numeratam: In dubio autem nõ procedit ſententia Bart. quia in dubio numerata præſumitur, Inde eſt quòd in inſtrumentis communiter ſolet adiici & ad confitendum &c. ut libentius ſoluatur & contrahatur cum eo. Et quia uerba ſunt cum effectu intelligenda l.ſi quando ff.de le.1.Vt ſic cõfeſsio Procuratoris in dubio probet contra ſe, quæ Domino præiudicare poteſt l.certum §.ſed an ipſos ff.de confeſsis, aliàs illa uerba & ad confitendum nihil operarẽtur quia oporteret probare numerationem factam,probatur ergo numeratio ex ipſa confeſsione facta creditoris uoluntate, Sic etiam dicimus inter uirum & uxorem circa prohibitam donationem ſi maritus confitetur recepiſſe ab vxore, ſi non apparet cauſa donationis,confeſsio numerationem probat etiã ex cauſa mutui l.ſi ſponſus §.circa de dona.inter uirum, & vxor. & ita probabiliter limitauit

Fulgo.

Fulgo. Bar. ad caſum in dubium non numeratę pecunię in d. l. 2. §. fi. ſi cer. pe. Vnde dico omni reſpectu eſſe rectè conſultum.

*Ego Cato Saccus Doctor Papienſis.*

18 In Christi nomine amen. Addens hijs quæ ſupraſcripti Illuſtres Doctores dilucidè & abundè in deciſione primi & ſecundi articuli ſcripſerunt. Primo reperio Ange. & Io. de Imola, & Rapha. Comē. apertè contradicentes Bar. & tenent quòd ſi Procurator habet mandatum ad recipiendum & ad habuiſſe & recepiſſe confitendum quód ex ſua cōfeſsione præiudicabit Domino ſi ſe habuiſſe & recepiſſe con fiteatur ita determinant ipſi Doctores in l. ſi debitorem ff. de nouat. Eandem etiam ſententiam tenet Ange. in l. omnis §. fi. C. de quadri. præſcriptio. & Raphael Comen. in l. certum §. ſed an ipſos ff. de conſeſſ. qui allegat D. Chriſtoforum de Caſtilio. ita tenere & idem tenet in l. a diuo Pio §. ſed ſi emptor ff. de re. iudi. Et ultrà auctoritates ſupraſcriptas plures rationes adduci poſſent.

Primo procurator habens mandatum ad confitendum ita Domino præiudicat, ac ſi ipſe Dominus confeſſus eſſet l. certum §. ſed an ipſos ff. de confeſſ. & ibi nota, Sed iſte Procurator habet mandatum ad confitendum igitur ſua confeſsio præiudicabit Domino ut debitor contra Dominum tali confeſsione probare poſsit ſe liberatum.

Secundo pro hac parte eſt tex. optimus in l. 2. §. fi. C. de quadri. præſcrip. & in dicto & in ratione ſui, Idem in l. in contractibus §. 1. C. de non numerata pecunia. Nam ſi ibi eſt ſpeciale in Procuratore fiſci, ut eorum confeſsio de recepto ſtatim præiudicet fiſco, ergo in Procuratore priuati illud erit ut præiudicet poſt 30. dies talis confeſsio.

Tertio de hoc eſt cauſa cū gl. ī uer. cōſcribunt ī l. fi. C. de apo. pu. li. x.

19 Quarto confeſsio facta in apocha uidetur eſſe facta ſub ſpe futuræ numerationis, non autē animo donandi niſi in apocha ſubiūgeretur quòd liberaret debitorem, per aquilianā ſtipulationem l. ſi acceptolatum §. 1. ff. de acceptila. & ibi per Bar. & clarius per eundem & glo. in l. ſi ex pluribus in principio ff. de ſolutio. & in l. 1. ff. de hijs quæ in frau. cre. & ita Bal. in Rubrica de hijs quæ in frau. cre. C. Vnde ſi Procurator confitetur ſe habuiſſe & recepiſſe hęc talis confeſsio eſt facta uel quia eſt numerata pecunia, uel ſub ſpe futurę non donandi animo ut clariſsimè probatur ex iuribus ſupraſcriptis. Vnde ſolutum poſt triginta dies quibus opponi poteſt exceptio non numeratæ pecunię dicetur pecunia numerata l. in contractibus §. 1. ubi tex. & glo. C. de non numerata pecunia. Et ex hoc tollitur omne fundamentum Bar. quia hęc talis confeſsio de recepto non habet uim donationis, imò potius ut dixi dicitur eſſe facta uel quia numerata eſt pecunia, uel quia expectat futuram numerationem quæ præſumitur ſecuta poſt

triginta

triginta dies ut dicta l.in contractibus. Si enim appareret pecuniam nullo pacto fuiſſe numeratam,tunc poſſet colorem habere opi. Bar.

20 Quinto omnia adiuuāt,†nam licet ille qui uult aliquem obligare ex cōtractu alterius debeat eſſe curioſus ut pecunia uel res cōuertatur in utilitatem eius quem uult obligare,ut l.3.§.pe.ff.de in rem uerſo, hoc tamen eſt uerum , niſi ille gerens negotium nomine alterius habuerit ſpeciale mandatum, ita Doct.omnes in l.doli.mali, in glo.fi. ff.de noua.in l.ciuitas ff.ſi cer.pe.in c.quòd quibuſdam extra de fideiuſſo. & facit l. habebat ff.de inſtito. Ad propoſitum ergo noſtrum cum iſte procurator haberet ſpeciale mandatum ad confitendum ſe habuiſſe & recepiſſe liberatus eſt debitor,nec debuit ultra quærere. Et ſi ſemper oporteret probare ueram numerationem nihil operarentur illa uerba poſita in mandato , & ad habuiſſe & recepiſſe confitendum contra c.ſi papa extra.de priuile.lib.6.& l. ſi quādo de le.1. Sexto adduco Bar.ſibi contrarium in l. ſi procurator §. 1. in fi. ff. de iur.ſi. Vbi dicit quòd ſufficit ſi Procurator confitetur ſibi ſolutam, & licet ibi loquatur in procuratore Cæſaris,non tamen plus poteſt donare procurator Cæſaris,quàm priuati.l.1.ff.de offi.procur. Cæſaris.

*Et ita dico & conſulo Ego Iacobus de Puteo de Alexandria Lombardiæ, Iuris utriuſq; Doctor, in cuius fidem hæc mea propria manu ſubſcripſi.*

21 Ego quoq; idem in utroq; membro ſentio. Et primo allego eundem Ange. expreſſe hoc tenentem in l. nam & nocere ff.de pac. per glo.in l.non abſtulit ff.de noua.Idem Ange.in l.nouare §. pupillus ff. de nouat. clariſsimè hoc tenet , quia cum Procurator habeat mandatum ad confitendum ſi receptum confiteatur nihil facit extra mandatum,nec ſubeſt ratio quare debeamus reſtringere hæc uerba ad id quod eſt exactū tantum quia aliàs uerba nihil operarentur cōtra c.ſi papa de priuile. lib.6. Nec obſtat l.1.§. ſi quis mutuam ff. ſi quis in frau.pa.ubi Bar.ſumpſit fundamentum quia ibi loquitur in caſu certo quando conſtat nullam pecuniam numeratam interueniſſe ut patet in tex.ibi plane ſi nō accepit ſed ſpopondit,At hic non conſtat debitorem non numeraſſe in re dubia præſumendum eſt quòd pecunia interuenerit,quia confeſsio probat ueritatem numerationis l. publia in fi. ff. depoſiti & c. per tuas extra de probat. Quod etiam coadiuuat communis pratica quia ut plurimum in inſtrumētis aponitur ſola confeſsio de recepto licet non ſcribatur numeratio realis interueniſſe,hoc etiam tenuerūt moderni in l.ā diuo Pio §.ſed ſi emptor ubi Io.de Imola & Rapha.Comenſis qui idem tenuit non ſolum in Procuratore, ſed etiam in Tutore per l. Iutius §. tutelle per uerbū apocę iuncta glo.& tollendo contrarium l.certum §.ſed an ipſos ff.de confeſsis ubi dicit ſubtiliter quòd per confeſsionem quæ fit per mo-

dum adminiſtrationi nō poteſt tutor pupillo præiudicare dicto §. tutellę. ſecus in cōfeſsione quæ non fit per modum adminiſtrationis, ut in iuditio lite pendente. ratio eſt quia in iuditio inchoato Tutor confitendo in præiuditium pupilli facit ſe ſuſpectū. Ad quid enim inchoauit iuditium uolens litigare ſi ſciebat ueritatem negotij, & ei licebat bonam fidem agnoſcere l. quoties §. ſicut ff. de admini. tuto. Et hęc maximè uera ſunt in caſu noſtro ubi hic Procurator habebat liberā, quod eleganter ponderauit D. Luchinus Doctor celeberrimus per quam conſequuntur poteſtatem non ſolum confitendi ſed nouandi & permutandi &c. l. procurator cui libera. & l. procurator totorum ff. de procuratoribus. Equiualet enim libere datio, ac ſi dixiſſet poſsit omnia quæ Dominus ipſe facere poſſet dummodo dolus abſit l. creditor §. lutius ff. mandari, & ita Ange. in l. procurator cui libera & in d. l. procurator totorum bonorum.

22 De ſecundo uerò membro † an ipſi confitenti pręiudicet confeſsio Domino ratum habente, auſus ſum dicere quòd nulla eſt dubitatio, & ultra ſupra allegata hoc tenet Bar. expreſſe in l. in contractibus §. 1. C. de non numerata pecunia. Vbi dicit quòd talis Procurator confeſſus, nunquam exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poterit. quia ſibi imputādum quòd ſic confeſſus ſit, poſtquām nulla neceſsitas incumbebat ſic confitendi. Idem tenuit Bal. in d. l. in contractibus §. 1. uer. quæro quid in curatore. Pro hoc facit in ſimili quòd dicimus quòd ſcriptura priuata licet non probet ad præiuditium tertij probat tamen ad præiudițium ſcribentis 1. q. 7. ſaluberrimum l. inſtrumenta cum ſe. C. de proba. & ſcribitur in l. nuda ratio C. de dona. in l. ſcripturas C. qui. po. in py. ha. in c. tertio loco & in c. poſt ceſsionem de proba. & in c. iij. extra de fide. inſtru. Idem dicimus in dicto teſtis.

23 Nam licet † dictum teſtis in iuditio ſummario non præiudicet parti in iuditio plenario c. ueniens lo. 2. de teſti. & c. cum in tua. & habetur in l. fi. de hiis qui ſunt ſui uel alieni iuris, tamen præiudicat in præiuditium ipſius teſtis, ut ſi ſecundo loco depoſuerit contrariū, eius quod primo tanquām contrarius ſit repellendus, ut uoluit eleganter glo. communiter approbata in dicto c. ueniens in glo. in uerbo utraq; & prallegato c. cum in tua in glo fi. in fi. Ad idem accedit quod dixit Inno. in c. 2. de ordi. cogni. ſcilicet quod partis cōfeſsio in iuditio ſummario præiudicat ipſi confitenti in plenario. Licet cetera acta non præiudicent dicto c. ueniens. Faciunt nota per eundem Inno. in c. inquiſitionis de accuſa. & in c. per inquiſitionis de electio.

*Et ita dico & conſulo Ego Luchas Bernacius de Cremona Iuris utriuſq; Doctor.*

*Circa*

*Circa idem opinio contraria.*

24 Capio itaq; dictum dubium † & primo adduco auctoritates glo. & Doctorum. Nam confeſsio quæ eſt ficta ſolutio non probat reſpectu tertij, iſta eſt glo. ordinaria in l. duobus §. a fideiuſſore ff. de iureiuran. quæ incipit ut ſupra. l. prox. Nam fideiuſſor ibi non agit actione mandati quia eſt ficta non uera ſolutio. l. iuſiurandum la picola ff. de iure. iuran. Nam ficta ſolutio quo ad perſonas inter quas eſt celebrata bene probat d. l. iuſiurandum, non quo ad alios d. l. duobus §. a fideiuſſore. Et refert D. Ange. D. Iac. Butri. ita tenere. Idem tenent D. Ray. & Alberi. in dicto §. a fideiuſſore, quia quando ex liberatione nihil prouenit ad creditorem non agit actione mandati. Idem tenet glo. in l. ſi uero non remunerandi ff. mandati in principio in glo. magna in uer. idem ſi liberat, ibi ad creditorem aliquid peruenit. Idem tenet D. Raph. Fulg. in dicto §. a fideiuſſore ubi ipſe dicit quòd concorditer dicunt Doctores quòd fideiuſſori agenti mandati contra reum non ſufficit inſtrumentum confeſsionis ſolutionis & ſatisfactionis quia non probat, niſi inter perſonas inter quas eſt emiſſa confeſsio. Idem probat tex. in l. ſolutam in fi. ff. de ſoluti. Idem D. Bar. in l. ſolutionis uerbum ff. de ſolutionibus. Pro hac etiam parte adduco theoricam D. Bar. in l. 2. in §. fi. ff. ſi cer. pe. Nam ſi aliquis conſtituit Procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo & ad confitendum recepiſſe, & ad promittendum intelligi de reali numeratione, & ideo inſtrumentum in quo Procurator confeſſus eſt ſe recepiſſe nõ probat, quia non dicitur habere mandatum ad fictam receptionem, & allegat Iac. de Are. ita tenere in l. ſi quis dellegauerit ff. de noua. & eſt ratio quia Procurator conſtitutus ad recipiendum & ad confitendum illa uerba & ad confitendum, qualificantur ſecundum præcedentia, quia uerba antecedentia in mandato qualificant & reſtringunt ſequentia clementina non poteſt de Procurator. Nam illa uerba & ad confitendũ operantur ut facta receptione pecuniæ reali poſsit Procurator confiteri ubi aliàs ſi eſſet procurator ad ſpeciem receptionis tantum nõ poſſet niſi recipere, non autem facere inſtrumentum realis numerationis l. ſi Procurator ad unam ſpeciẽ C. de procura. cum ſimili eccẽ ergo qualiter operatur. Pro hoc etiã facit quia uerba debẽt intelligi & qualificari ſecundũ pręcedentia l. fi. §. cui dulcia ff. de uin. tri. oleoq; le. & ideo illa uerba ad confitendum intelliguntur ſcilicet pecuniam receptam realiter. Pręterea ſi aliter intelligeremus uideretur donatio l. 1. §. item ſi mutuam ff. ſi quid in frau. pa. coniuncta glo. quæ donatio non eſt permiſſa l. contra iuris ciuilis §. fi. ff. de pac. Præterea confeſſio non eſt probatio ſed releuatio ab onere probandi, ita not. D. Ant.

de Butri.in Rubrica extra de probat. quæ releuatio uenit in mandato igitur &c. Præterea poſſet ſequi abſurdum, Nam ſi debitor eſſet liberatus ex hac confeſsione, & Procurator non eſſet ſoluendo, tunc defraudaretur creditor credito ſuo, & illa interpr ætatio eſt fundata ne poſsit ſequi fraudatio creditoris paſsiue & priuatio crediti ſui, quia conſulendum eſt creditori petêti creditum ſuum, ita arguit Iuriſconſultus & ibi glo. in l.1. ff. de eo quod certo loco. Pro hoc etiam facit quia in dubio debemus magis interpr ætari uerba in caſu uero quam in caſu ficto l. hæc uerba in §. hæc uerba ff. de nego. ge. Sed illa uerba confeſsionis non ſignificant actum uerum ſed fictum l. principaliter C. de bo. dam. cum ſimilibus igitur &c. Præterea facit l. aſsiduis C. qui poti. in pig. Nam illa uerba me accepiſſe & accepi non ſignificant realem numerationem propter uerbum antecedens accepiſſe & ideo non ſignificant realem actum numeratum iſte eſt tex. & ibi Ange. in l. tutor §. lutius ff. de uſuris. Idem tenet Bar. in l. a diuo Pio, §. ſed ſi emptor ff. de re iudi. idem tenet Ange. in l. ſed ſi abſtulit C. de nouat. ubi expreſſe ſequitur D. Bart. idem tenet Anto. de Butrio. in c. ſi cautio de fi. inſtru. uer. ex hijs creditur ubi allegat, & ſequitur Bar. in l. 2. §. ſi. ff. ſi cer. pe. & allegat Feder. de Senis ita tenere in conſilijs, Pro hoc etiam eſt tex. & ibi D. Bar. & Angelus in l. per Procuratorem ff. de acceptilat. ubi per Procuratorē nō poteſt quis liberari ſine mandato, ita quòd eſt opus ut habeat ſpetiale mādatum, imo ut uult idem Bar. habens generale cum libera non poteſt accepto ferre, uel ei accepto ferri l. & per iuſiurandum §. tutor de acceptilat. Pro hoc facit l. lutius §. tutellę ff. de adminiſtra. tuto. ubi uult Bar. & ibi tex. quia non probat confeſsio de recepto reſpectu tertij. Idem ſequitur & tenet D. Bal. in l. in contractibus in §. quoniam uer. quæro quid in tutore C. de non numerata pecu. Pro hoc facit tex. in l. qui proprio §. per procuratorem in uerbo conſecutus ff. de procura. & ſic utitur uerbo realis conſequutionis. Accedit etiam auctoritas Ioannis Pariſienſis, quia ita conſuluit & incipit conſilium titius fecit Procuratorem ad exigendum & petendum quicquid ſibi debetur & ad quitandum & liberandum ubi dicit quòd ſi Procurator liberauerit per confeſsionem non erit liberatus Debitor.

Non obſtat modo ſi allegheturl. lutius §. tutellæ, quia reſpondeo quòd ibi tex. probat oppoſitum reſpectu Principalis in uer. Paulus reſpondit in uerbo ſolutionis, quod uerbum ſignificat realem numerationem l. ſolutum ff. de ſolut. ſummendo propriè, maximé quia in mandatis facimus ſtrictam interpr ætationem l. diligēter ff mandati.

Non obſtat l. in cōtractibus C. de non numerata pecunia in glo. penitus, quia nō loquitur in Procuratore qui habet mandatum ad recipien-

piendum,& ad confitendum receptum,ideo ſolet apponi illa clauſula in inſtrumento mandati etiam nō interueniēte reali numeratione ad hoc ut ficta ſolutio cōfeſsionata probet reſpectu tertij & ſic domini.

Nō obſtat aliud quòd copula cadat inter diuerſa l.ſi duo C. per quas perſo.no.acqui.& l. ille aut ille ff. de uer.ſigni. quia reſpondeo quòd cadit inter diuerſa quia mandatum eſt ad recipiendum realem numerationem,aliud eſt ad faciendum confeſsionem dictæ realis numerationis,Nam Procurator bene poſſet recipere pecuniam , ſi eſſet conſtitutus ad recipiendum eam,& tamen non poſſet facere confeſsionem realis receptionis uel inſtrumentum, niſi eſſent appoſita illa uerba & ad confitendum l.ſi procurator ad unam ſpeciem C.de procura. & ſic copula bene adiungit hic l.ea tamen adiectio ff.de leg.3.& nota. in l.cunctos populos C.de ſumma Trini. & fide catholica.

Non obſtat quòd confeſsio de recepto probet ut per D. Bal. in l. fi. C.de ſpon.& in l.per diuerſas C.mandati & in l.deo nobis C.de epi.& cleri.& quod not. Bal.in l.ticia ff.ſo.ma.& in l.ſi ſponſus §.conceſſa ff. de dona.inter uirum & uxorē in glo. quia reſpondeo omnia illa procedere in principalibus perſonis , non autem in procuratore qui habet mandatum ad recipiendum & confitendum.

Non obſtat cum dicitur nam non confitetur niſi re uera habuerit, quia non eſt præſumenda donatio l.campanus ff.de ope. liber. & per Cy.in l.generaliter C.de non numerata pecu. Quia reſpondeo quòd poſtquàm habet mandatum ad realem numerationem utſupra probaui, non poteſt egredi formam mandati l. diligenter ff. mandati & per ueras auctoritates , & rationes ſupra allegatas.

Non obſtat auctoritas Ange.in l.a diuo Pio §. ſi emptor ff.de re iud. quia reſpondeo quòd latius & melius dixit in l.nō abſtulit C.de noua.

25 Nō obſtat ſi alleghetur,quòd Dominus†ratificans eam ut ueram & bonam.poſsit agere mandati , quia reſpondeo quòd ratificatio non poteſt fieri in præiuditium Procuratoris & ſic tertij qui non habebat mandatum ad hoc iſte eſt tex.coniuncta glo. in l. ſi indebitum §. 1.ff. rem ra.ha.& not.D.Bal.in l.fi.C.ad macedo. Licet in præiuditium ſui bene poſsit. Nec D. Bal. in l. 2. §. fi. ff. ſi cer.pe.eſt intelligendus,ut contradicat Bar.& alijs Doctoribus ſupra allegatis, Imo debet intelligi quando habebat mandatum ad recipiendum & confitendum.

Non obſtat glo.in l.ſi pupilli §.1.in fi. gloſæ magnæ ff.de nego.geſt. quia loquitur reſpectu ipſarum perſonarum inter quas emanauit confeſsio ſine mutuo,ut apparet per l.quam allegat illa glo. ſcilicet l. cidltas ff.ſi cer.pet.& l.ſi in rem quando ex fac.tuto. non reſpectu tertij.

Non obſtat quòd quis non poteſt uenire contra cōfeſsionem ſuam l.generaliter C.de non numerata pecunia l.publia in fi.ff.depoſi. & c.

per tuas extra de probat. quia reſpondeo quòd probat inter perſonas inter quas eſt emanata confeſsio, non autem inter alias l. unica C. de confeſſ.

Non obſtat quod not. D. Ange. in l. omnes §. fi. C. de quadri. præſcri. quia loquitur in procuratore fiſci licet de hoc etiam ſit uarietas, & ſic nihil facit ad rem & ſic in illo qui habet mandatum generale.

Non obſtat l. certum §. ſed an ipſos ff. de confeſſ. quia dico quòd ille tex. facit ad oppoſitum uel aliter ibi loquitur in confeſsione iudiciali, uel aliter ibi non loquitur in Procuratore, qui ſolum habebat mandatum ad recipiendum & confitendum, ſed habebat mandatum generale, prout in Tutore & Curatore ut apparet ex illis uerbis uel Tutores uel Curatores.

Non obſtat tex. in l. 2. §. fi. de quadri. præſcrip. C. & in l. in contractibus C. de non numerata pecunia, quia dico quòd non loquitur in caſu noſtro, quando eſt Procurator ad recipiendum & confitendum receptum, & eodem modo reſpondeo ad glo. in uerbo conſcribuntur in l. fi. C. de appo. pu. lib. x. & eſt ratio diuerſitatis quia diligenter ſunt ſeruandi fines mandati utſupra dixi.

Non obſtat l. ſi acceptolatum §. 1. & ibi per D. Bar. ff. de acceptilat. & glo. in l. ſi ex pluribus in principio ff. de ſolut. & Bal. in Rubr. C. de hiis quæ in frau. credi. Vbi confeſsio facta in appoca uidetur facta ſub ſpe futuræ numerationis, non autem animo donandi niſi in appocha ſubiungeretur, quia liberat debitorem per acquilianam ſtipulationē. Quia reſpondeo quòd non loquitur in caſu noſtro quod patet quia procurator non poteſt donare, l. cōtra iuris ciuilis regulas, ff. de pac. §. 1. & 2. & tamen glo. & Doctores uolunt quòd ſi ſubiungatur in appocha quòd liberat debitorem per aquil. ſtipulationē eſſet donatio.

Non obſtat ſi fortè allegaretur quod licet ille qui uult aliquem obligare ex contractu alterius debet eſſe curioſus ut pecunia conuertatur in utilitatem eius quem uult obligare l. 3. §. 1. ff. de in rem uerſo. niſi ille gerens negotium haberet mandatum ſpetiale ad confitendū ſimpliciter imo cum qualificatione realis numerationis.

Non obſtat quod D. Bar. ſit ſibi contrarius in l. ſi procurator §. 1. ff. de iure. fi. quia ibi loquitur in procuratore generali Cæſaris, cuius confeſsio bene præiudicat ſicut in procuratore etiam priuati, quia non ſunt uerba qualificatiua tunc, ita dicit D. Ange. in l. non abſtulit. C. de noua.

Non obſtat ſi diceretur quod l. 1. §. ſi mutuam ff. ſi quid in frau. patr. loquitur quando conſtat nullam numerationem interueniſſe, quia imo tex. ſe fundat in alio uerbo ſpopondit ut apparet in tex.

Et ideo ex prædictis concludo quòd poſtquàm habemus auctoritatem-

tem glo. Iac. de Are. Iac. But. Ray. Alberi. Bar. Angeli, licet uariauerit Dominus Ange. & D. Anto. de Butr. & conſilia Dominorum Fede. de Senis, & Ioannis Payarenſis, eſſet peccatum recedere à tantorum Doctorum Sententia, maximè quia iſti ſunt principales Doctores in Iure ciuili & canonico, & D. Anto. allegat Io. An. in addici. Specu. in titulo de teſte §. 1. uer. Sed pone.

*Et ita conſuluerunt Spectabiles Doctores Turbertus de Tortis, Auguſtinus de Merzarijs, Amicinus de Bozolis, & Stephanus de Faciardis omnes, Iuris utriuſq; Docto. Et ita dico & cōſulo Ego Martinus de Garratis de Laude.*

Additio Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

26 *Super præmiſsis altercationibus tot & tantorum Doctotum Illuſtrium, Dico loquendo per communes opiniones, Quòd aut Dominus facit ſimpliciter Mandatū Procuratori, ad recipiendū pecuniā mutuo, tamen in inſtrumento nō fuit ſcriptum quòd recepit, ſed quòd fuit confeſſus ſe recepiſſe, Et tunc ex tali cōfeſsione procuratoris niſi numeratio probetur, nō poteſt agi cōtra Dominū, Nam quando facio te Procuratorem ad accipiendū pecuniam mutuo, intelligitur de mutuo naturali quod ſignificat iſta dictio ad accipiendum, Sed iſtud inſtrumentum in quo Procurator eſt confeſſus ſe habuiſſe & recepiſſe, probat mutuum ciuile cui natura non cooperatur, niſi probetur numeratio, Ergo talis Procurator non obligat Dominū quia ad hoc non habuit mandatum, & ſic confeſsio ipſius Procuratoris non obligat Dominum ut teneatur mutuum reſtituere, quia ex tali confeſsione durante biennio & poſt biennium non poteſt conueniri Dominus, ut per Bar. l. 2. §. in mutui autem datione col. 2. num. 6. uer. Et iſta ſunt utilia ff. ſi cer. pet. & hæc eſt com. op. ut dicit ibidem Iaſ. in d. l. 2. §. creditum num. 20. uer. prædicta inducuntur, & Dec. num. 14. uer. Poſtremo inducuntur ff. ſi cer. pet. ubi dicunt quòd hæc eſt com. op. quam multis auctoritatibus defendit Fel. in c. Si cautio num. 86. uer. Secundo quærunt de fid. inſtrum.*

27 *Sic etiam ſi Dominus faciat mandatum Procuratori ad recipiendum ſolutionem à Debitoribus, & ad eos quietandum & liberandum, uel faciat mandatum ad recipiendum pecunias in Depoſitum, uel prætium rei uenditæ, uel ad recipiendum canonem, aut fictum uel penſionem, ab aliquo, Et in inſtrumento ſit ſcriptum quòd Procurator confitetur illa habuiſſe, ſed Notarius non atteſtatur quòd re uera in ipſius Notarij & Teſtium præſentia, Procurator ea habuerit, certè talis confeſſio non præiudicat Domino, quia ex talis Procuratoris confeſsione, non poterit ipſe Dominus conueniri, niſi probetur quòd re uera Procurator illa habuerit manualiter, & actualiter, alioquin confeſsio Procuratoris eidem Domino non nocet ex quo mandatum erat ad recipiendum, & non dicebat ad confitendum, Et hoc maximè quando in mandato diceret de receptis liberandum uel alia ſimilia uerba Fel. d. c. ſi cautio col. ſi. nu. 87. uer. Et iſta habent locum de fid. inſtru. ubi allegat*

*Io.And.in Addit.ad Specul.tit.de Teſte.§.1.uer.Sed pone egi, & Abb. Panor. in c.cum olim de offic. deleg. Et pro hac op. adde tex. in l. 1. §.ſi mutuam ff.ſi quid in frau.pat.& in l.ſi debitorem meum ff.de Nouat.*

28 *At Dominus facit mandatum Procuratori ad accipiendum pecuniam mutuo, uel in depoſitum, uel ſolutionem a debitoribus, & ad confitendum recepiſſe pecuniam, & ad promittendum &c. Et ſecundum Bart. in d. l. 2. §. mutui datio num. 7. uer. Dico etiam ff. ſi cer. pet. eodem modo non poteſt conueniri Dominus ex tali Procuratoris confeſſione, quia illa uerba ad confitendum recepiſſe, intelligitur ſecundum pecuniam receptam, ſi aliter intelligeretur eſſet Donatio, quæ Procuratori non uidetur permiſſa & ita inquit Bart. d. uer. Dico etiam, Sed in hoc puncto Bar. communiter reprobatur, & communis op. eſt quòd ipſa confeſſio Procuratoris, nocet Domino, etiam quòd mandatum ſolum diceret ad recipiendum & confitendum, quia illa copula & confitendum, auget & debet aliquid operari cum etiam ſillaba non debeat eſſe ſuperflua, & ita dicit Iaſ. in d. l. 2. §. creditum autem, num. 20. uer. Prædicta inducuntur, in fi. Ibi breuiter concludendo teneas, ibi ſed in ſecundo dicto, & num. 23. uer. In ſecundo dicto, cum ſeq. ff. ſi cer. pet. Et quòd hæc ſit com. op. inquit etiam Dec. d. l. 2. §. creditum autem, num. 18. uer. ſecundo Bart. ff. ſi cer. pet. Et hæc eſt magis com. op. ut inquit Alex. d. §. creditum autem, col. pen. in fi. uer. in ſecundo uero dicto, Fel. d. c. ſi cautio col. fi. num. 87. in fi. & num. 88. de fid. inſtrum. Cautela tamen ad tollendas lites eſt in mandato ponere, clauſulam ad confitendum ſe recepiſſe etiam ſi aliter de receptione non conſtet, Innoc. d. c. ſi cautio ubi Fel. num. 88. in fi. de fid. inſtrum.*

29 *Sed an Confeſſio facta per creditorem fideiuſſori, de recepto, proſit fideiuſſori, ut poſſit agere contra Debitorem, aliter non docto de numeratione, & dic quòd ſic, quia inſtrumentum prodeſſet debitori, ergo ſimiliter debet prodeſſe fideiuſſori maximè quia fideiuſſor debet releuari per debitorem a creditore, & fideiuſſor datus fuit ut creditori ſatisfieret cui uidetur ſatisfactum ex quo ipſe fuit confeſſus habuiſſe ſolutionem a fideiuſſore & hæc confeſſio nocet creditori, et prodeſt debitori arg. l. deſiderium C. depoſ. & ita uoluit Pau. de Ca. in l. duobus §. a fideiuſſore ff. de iureiur. & con. 87. incip. quòd præfata ſententia, Bart. conſ. clx. incip. Titius promiſit Sempronio eum indemnem, Fel. d. c. ſi cautio col. fi. in fi. ubi dicit hoc eſſe uerum ubi confeſſio eſt irrefragabilis, ita quòd contra eam non poſſit opponi aliqua exceptio, puta quia ſolemniter, & cum iuramento eſſet renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, uel quia lapſi eſſent triginta dies quibus creditor poteſt opponere contra confeſſionem ſuam de recepto quòd fuit facta ſpe futuræ numerationis de quibus in l. in contractibus §. ſuper ceteris uero ſecuritatibus C. de non nume. pecu. Alioquin ſi confeſſio non eſt irrefragabilis quia creditor poſſet contra eam excipere non ſufficeret ipſa confeſſio creditoris fideiuſſori agenti contra debitorem, niſi probaret actualem ſolutionem ſe feciſſe creditori, Fel. d. c. ſi cautio col. fi. in fi. de fid. inſtru. Bar. poſt glo. in l. duobus §. a fideiuſſore ff. de iureiur. et in l. cum filius in fi. in prin. ff. de uer. ob. Et hæc diſtinctio eſt æqua*

*ergo*

*ergo tenenda tamquam iuſta.*

30 *Illud quod dixi ſupra num.26.& 27.quòd confeſsio Procuratoris habentis mandatum ad recipiendum, non præiudicat Domino, limitat Iaſon tribus modis in d. l.2.§.creditum autem col.fi.num.22.uer.limita iſtam ff ſi cer.pet. Nam ibi Iaſon primo limitat non procedere ubi in confeſsione Procuratoris interueniſſet Decretum Iudicis, quia uult cõfeſsionem procuratoris habentis mandatum ad recipiendum, licet non habeat ad confitendum, præiudicare Domino, Sed hoc eſt falſum, quia licet in dubio præſumatur pro Decreto Iudicis ſicuti quando ſumus in antiquis præſumitur pro ſcriptura actus antiqui quòd fuerit ſolemniter factæ, tamen hoc locum non habet ubi inſpecta ſcriptura antiqua apparet eam non fuiſſe ſolemniter factam, Ergo & oſtenſo mandato quod erat ad recipiendum, & non dicebat ad cõfitendum, confeſsio Procuratoris non nocebit Domino ex quo ex inſtrumento mandati probatur contra decretum Iudicis ſicuti ex lectura antiqui inſtrumenti poteſt probari quòd non fuit ſolemne contra præſumptionem quæ oritur ex antiquitate, Alex.con.1.col.pen. in fi.uol.4. Craueta conſ.134.num.44. & eſt com.op.Socin.Iun.conſ.56.col.3.in fi.uol.2.facit c.quoniam contra falſam de probat. Secundo in eodem loco limitat Iaſ. ubi Dominus iuraſſet in mandato habere ratum geſtum & gerendum per Procuratorem, quia tunc uult Procuratoris confeſsionem preiudicare Domino, Sed hoc etiam eſt falſum quia cum Dominus dederit mandatum ad recipiendum, & non dixerit ad confitendum, mandatum non debet extendi ultra intentionem & formam mandati, Et ſic confeſsio Procuratoris non nocet Domino etiam quòd in mandato Dominus iuraſſet ut ſupra l.fi.C.de non numerata pecunia. Tertio ubi ſupra limitat Iaſ. ut colligitur not.per Bal.in c.ex inſinuatione col.fi.de procur.ubi Bal.inquit quòd principalis confitens ſe habuiſſe mutuo in ueritate quòd non poteſt poſtea dicere contrarium, ſed ego dico quòd poteſt in terminis l.fi.C.de non nume. pecu.*

31 *Confeſsio Tutoris, Curatoris, Procuratoris generalis, ubi ipſe Procurator non habet mandatum ad confitendum, & confeſsio aliorum Adminiſtratorum, non præiudicat Pupillo, Adulto, ſeu Domino, nec probat contra eos, ubi eſt facta ſponte, & per modum uoluntariæ iuriſdictionis, puta in inſtrumento, uel uiua uoce, uel aliter ſponte, ſed ſi eſt facta per modum contentioſæ iuriſdictionis tunc præiudicat eis, Bar.l.certum §.ſed an ipſos col.2.num.2.uer. Reaſſume ergo ff.de confeſ. & in l.Iutius §.tutelæ ff.de admin.tut. Et hæc eſt com.op. ut aiunt Aret. con.4. & Doct.in apoſtil.ad Bar.in d.§.tutelæ, Tamen ubi nocet arbitror eos poſſe in integrum reſtitui contra talem confeſsionem factam per modum contentioſæ iuriſdictionis per Tutores & Curatores & ſimiles Adminiſtratores, l. minor uiginti quinque annis omiſſam, & per tot. tit. ff. de minor. & per tot.tit.ff.de in integ.reſtit.& ff.ex quib.cau.maior.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſulti D. Io.Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

CC SVM.

## SVMMARIVM.

1 Carretæ familiæ Illuſtris Iura Rochetæ Charij, & Scarampæ familiæ Illuſtris iura Rochetæ Charij & Veximarum.

2 Quinque puncti ſuper quibus petitur conſilium.

3 Interdictum unde ui datur Hæredi ex ui illata Defuncto.

Hæredibus ſpoliati datur interdictum unde ui.

Spoliati Hæredes poſſunt agere interdicto unde ui ex ſpolio facto contra defunctum, uel ex ſtipulatione qua Defuncto fuiſſet promiſſum de illum non offendendo in aræ, nec perſona.

4 Interdictum unde ui, non datur contra Hæredes, niſi quatenus ad eos peruenit, uel dolo malo hæredis factum ſit, quo minus perueniret, uel niſi lis contra defunctum fuiſſet conteſtata, uel niſi eſſemus in caſu iuris canonici.

Pœnales actiones quando dentur contra hæredes & uide num. 5. & 6. & 8.

Hæredes ex delictis defunctorum quando teneantur & num. 5. & 6. & 8.

5 Hæredes ex delictis defunctorum etiam quòd ad eos nihil perueniſſet ex delicto defuncti, tamen de iure canonico tenentur indiſtinctè quatenus hæreditas eſt ſoluendo.

6 Hæredes ex delictis Defunctorum tenentur etiam quòd ad eos nihil perueniſſet ubi conueniuntur ex contractu uel promiſsione facta per Defunctum de non offendendo ſi offendidit aut ſpoliauit, & num. 8.

7 Iuramentum quo ad robur contractus ligat hæredem.

Iuramentum non ſeruans fit infamis & tenetur ad damna & punitur.

8 Interdictũ unde ui competit ad fructus & extimationẽ poſſeſsionis & damna

9 Iuramento in litem probantur intereſſe & fructus contra Spoliatorem doloſum ſecus contra culpabilem.

Spoliatus quando intereſſe & fructus poſsit probare iurando in litem.

10 Poſſeſoria remedia ſunt plura pro recuperanda poſſeſsione non ſolum contra Spoliatorem uerumetiam contra eius Hæredem uel alium ſucceſſorem etiam ſingularem cum bona uel mala fide, ideo bonum eſt ea de quibus hic cumulare per Actorem.

c. Reintegranda 3. q. 1. declaratur.

c. Sepe de Reſtit. ſpol. declaratur.

Spoliatoris ſucceſſor etiam ſingularis quibus remedijs poſsit conueniri.

11 Spoliator adeo eſt odioſus quòd etiam ſi conueniatur rei uendicatione, quòd præſumitur Dominum eſſe ſpoliati etiam quòd Actor ſpoliatus non probet dominium.

12 Dolo uel uiolentia Defuncti quando hæres teneatur.

13 Iurari in litem contra Turbatorem uel Spoliatorem quando poſsit.

CON-

## CONSILIVM LI.

1 SPECTABILIS quondam Dominus Antonius de Carreto poſſidebat quartam partem loci Rochetę Charij & Spectabilis quondam D. Conradus de Carreto in ipſo loco habebat octauam partem, Item D. Marchus detinebat unam aliam octauam partem dicti loci, poſtea uero dictus D. Marchus ueniens ad diuiſionem omnium bonorum ſuorum cum præfato D. Antonio habuit in partem dictam quartam partem ipſius D. Antonij quæ quarta pars fuit ſibi tradita per dictum quondam D. Antonium & exiſtentes dicti Domini Antonius, Conradus, & Marchus de Carreto in poſſeſſione fuerunt expulſi de facto à Spectabilibus quondam D. Ioanne & Iacobo de Scarampis qui fructus & redditus & emolumenta dicti loci perceperunt ſpatio annorum xv. qui redditus omni anno aſcendere poſſunt ad ducatos cētum omni anno. Deinde mortuus eſt præfatus D. Ioannes de Scarampis relicto ſibi fratre & hærede Domino Iacobo, qui D. Iacobus etiam mortuus eſt, relicto ſibi hærede uniuerſali D. Petrino eius filio, poſtea mortuus eſt dictus D. Conradus relictis ſibi filijs & hæredibus prædictis D. Georgio, D. Matheo, & D. Franciſco fratribus de Carreto, ad quos quidem fratres ſpectat quarta pars dictæ dimidiæ dictorum fructuum quam dictus D. Marchus de Carreto ſuo proprio nomine & procurator D. Mathei, & D. Georgij, & D. Franciſci fratrum utſupra, & hæredum dicti quondam Domini Conradi, petit a dicto D. Petrino de Scarampis cum auctoritate curatoris fructus trium partium dictæ dimidiæ annorum prędictorum xv. ad dictam rationem.

Secūdus caſus dictus Nobilis D. Marchus ſuo & dictis nominibus ut ſupra petit a dicto D. Petrino cū auctotitate ſui legiptimi curatoris dictū D. Petrinū cogi debere ad reſtituendū locum & Caſtrum Veximarum dicto Domino Marcho ſuo & dictis nominibus, quoniā aliàs idem D. Marchus unà cum prædicto Domino Conrado cum tenerēt & poſsiderent dictum locum & Caſtrum Veximarū cum iuriſdictione & iuribus ſuis, ſpoliati fuerunt a D. Alexandro de Aſinarijs. Deinde dictus D. Alexander ſpoliatus fuit à dictis nobilibus Dominis Ioanne & Iacobo de Scarampis, deinde defunctus eſt dictus D. Ioannes relicto hærede uniuerſali dicto D. Iacobo eius fratre, qui D. Iacobus deceſsit dicto nobili D. Petrino filio & hęrede unico relicto qui tenet & poſsidet dictum Caſtrum & tenuit ſpatio annorū uiginti quattuor. Nec obſtat quædam uenditio facta per dictum Dominum Marchum de dicto Caſtro. D. Ioanni Bertolameo de Carreto qui dicitur poſtea

dictum locum uendidiſſe dictis nobilibus Dominis Ioanni & Iacobo de Scarampis, quę uẽditio fuit ipſo iure nulla, eo quia non fuerunt obſeruata promiſſa in uenditione, uidelicet quia dicti Nobiles D. Ioannes & Iacobus non fecerunt ratificari obligationem & uenditionẽ factam de quarta parte cũ dimidia loci Montiſalti infra tres menſes tunc proxime uenturos, & iam diu decurſos ipſis D. Marcho, & Conrado, mortuusque eſt dictus D. Conradus relictis ſibi hæredibus Dominis Georgio, Marcho, & Franciſco fratribus de Carreto.

Circa primum caſum Rochetæ Charij adeſt inſtrumentum emptionis dictæ Rochetæ Charij, in quo inſtrumento apparet quòd Dominus Ludouicus de Scarampis uendidit Dominis Reuerendis Marcho de Carreto Abbati Sancti Victoris, & Franciſco de Carreto Abbati S. Quintini, Luchino, Georgio, & Conrado de Carreto pro medietate, & egregio uiro D. Antonio de Carreto pro alia medietate totam medietatem Rochetæ Charij. Adeſtque inſtrumentũ publicũ cum iuramento firmatum quòd Egregij uiri Domini Luchinus, Emanuel, & Conradus ſuis nominibus, & nomine Reuerendorum D. Abbatum Marci, & Franciſci ſupraſcriptorũ parte una, & D. Iacobus Scarampus filius & procurator Egregij uiri D. Petrini Scarampi habens plenum & legiptimũ mandatum etiam nomine ſuo & fratrum ſuorum uolentes pacificè uiuere inuicem cõuenerunt promittentes ſibi adinuicem quòd dicti nobiles de Scarampis, & dicti nobiles de Carreto erunt fideles conſortes & confines in dicta Rocheta Charii, nec offendent, nec offendi facient uiciſſim, & erunt boni & fideles conſortes in dicta Rocheta ſub obligatione. &c.

Circa ſecundum caſum Caſtri Veximarum, adeſt inſtrumentum pactorum Veximarum Montiſalti, uidelicet cum Dominus Marchus de Carreto ſuo nomine, & nomine D. Conradi eius patrui uendiderit D. Ioanni Bertolameo de Carreto omnia iura quæ habent dicti Domini Conradus, & Marchus in Caſtro Veximarum, cum etiam paulo poſt rogationem dicti inſtrumenti uenditionis D. Ioãnes de Scarampis ſuo nomine, & eius frater fuerint confeſsi ſe ſe eſſe debitores dictorum Dominorum Conradi, & Marchi de florenis duorum millium centũ pro reſto duorum mille florenorũ quingentorum aliàs mutuatorum ex cauſa mutui & obligauerunt quartam partem cum dimidia Montiſalti, de qua quarta parte cum dimidia non facta integra ſolutione dictorum denariorum ad terminum per ipſos ſtatutũ facta fuit uenditio per ipſum D. Ioannem ipſi D. Marcho qui floren. ducentum quingenti ęe uera fuerunt prætium dictorum Iurium uenditorum, & quia in dicto inſtrumento continetur quòd dictus D. Ioannes promiſit ſe facturum quòd ſuperior in feudo dicti loci Montiſalti infra tres

men-

menſes liberè cõſentiret, volenſq; dictus D. Marchus de cõſenſu dicti Domini Superioris ſecurum eſſe, Ecce quòd dictus D. Ioãnes Bertolameus de Carreto plenè certificatus de prędictis promiſit ipſi Domino Marcho ſtipulanti quòd prædictus D. Ioãnes faciet conſentire ſuperiorem omnibus contentis in dicto inſtrumento dictarum obligationum & uenditionis infra tres menſes, & caſu quo dictus Dominus Ioannes non faceret Superiorem conſentire dictus D. Ioãnes Bertolameus dictum inſtrumentum venditionis factæ a dictis Dominis Conrado & Marcho de Carreto de dicto Caſtro Veximarum caſſat, reuocat, & anullat, & nullius ualoris &c. ponendo dictos Dominum Conradum & Marchum in poſſeſsione dicti loci, non obſtante quòd in dicto inſtrumento contineatur ſicut D. Marchus recepit prætium dictæ uenditionis quia re uera idem Dominus Ioannes Bertolameus aſſerit dictum prætium non ſoluiſſe ipſi Domino Marcho nec de dicto prætio aliquam faciet moleſtiã prædictis Dominis Conrado & Marcho, & quia dictus D. Ioannes Bertolameus eſt minor uiginti quinque annis, maior tamen decem octo. Iurauit tactis ſcripturis prædicta omnia & ſingula attendere & obſeruare, & renuntiauit exceptioni iuris minoris ętatis & omni alij iuri & legum auxilio.

2 Super primo caſu quæritur de pluribus, & primo † quia ius agendi competat hæredibus Domini Conradi, quia reſpectu Domini Marci non eſt dubitandum.

Secundo an Ius agendi competat contra dictum D. Petrinum hæredem ſpoliatoris.

Tertio an ratione fructuum tantum agi poſsit.

Quarto an extimatio poſſeſsionis & fructuum peti poſsit.

Quinto an quãtitas fructuũ probetur per iuramẽtũ uel alio modo.

3 Circa primum dubium, an ius agendi &c. eſt diligenter aduertendum quòd dicti Domini Marchus & hæredes Domini Conradi poſſent intentare alterum duorum remediorum uel actionem in factum ex interdicto unde ui, uel actionẽ deſcẽdentẽ ex ſtipulatione quoniã interdictum unde ui datur hæredi, l. 1. §. cum hoc interdictum ff. de ui & ui arm. & Inſti. de perpe. & tempore act. §. ſed hæredibus & glo. & Doct. maximè Cy. Bar. Bal. & Ang. in l. vi pulſos C. unde ui, & in dicto §. hoc interdictum per glo. Actio autem deſcendens ex ſtipulatione quæ eſt certi condictio ſi certum petatur uel actio ex ſtipulatu ſi incertum l. ſi quis certum ff. ſi cer. pet. & l. certi condictio, & ibi not. ff. eo. in prin. & ibi glo. & Bar. & inſti. de uerbo. ob. in prin. & facit l. ubi autem non apparet in prin. & in §. ideo ff. de uerb. ob. nam reſpectu Domini Marci. Indubitatum eſt competere interdictum unde ui. l. 1. in prin. ff. de ui & ui. ar. & etiam hæredibus dicti D. Conradi ſpoliati

dicto §.hoc interdictum. Competit etiam actio deſcendens ex ſtipulatione quæ cōpetit hæredibus pro portionibus hæreditarijs l.1.C.ſi certum pet.l.pro hæreditarijs C.de hær. act. l. ex contractibus ff. de act.& obli.nam ut proponitur in facto facta eſt promiſsio per ſolemnem ſtipulationem de non offendendo inuicem in æra nec in perſona inter dictos nobiles de Carreto,& nobiles de Scarampis, ut patet publico documento cui eſt ſtandum l, cum præcibus C. de proba. & Bal.in rubr.C.de fide inſtrum. Et ex prædictis patet dictis D.Marcho & hæredibus Domini Conradi competere ius agendi.

4 Circa ſecundum quo quæritur,an† ius agendi &c. eſt ponderandum quòd interdictum unde ui datur cōtra hæredes quatenus ad eos peruenerit dolo uel malo eorum factū eſt quo minus peruenerit l. 1. §. fi.cum l.ſe.ff.de ui.& ui.ar.quia penales actiones tenēt hæredes quatenus ad eos peruenerit uel fuerit lis conteſtata aliàs ſecus Inſti. de perpe.& tempore act.§. eſt enim certiſsima iuris regula,& glo. in l. unica C.ex dilectis defun.&dicitur perueniſſe quatenus ex ea re locu plectior hæreditas ad eum peruenerit l.in hæredibus cum l.ſe. & ſe.ff. de dolo.& no.glo.quę allegat multas cōcor.in l.1.§.fi.ff.de ui.&ui.ar.

5 Licet de iure canonico † hæredes indiſtinctè teneantur quatenus hæreditas ſit ſoluēdo c.fi.de ſepul.& Bal.in l.unica C.ex delict.defun.

6 Vbi autem dicti D.Marchus †& hæredes Spectabilis D.Conradi intentauerint actū deſcendentem ex ſtipulatione tunc ſiue peruenerit ſiue nō in hæredes cōpetit actio ex contractu ſtipulationis ad dictos fructus cōtra dictū D.Petrinū hęredē l.ex cōtractibus & l.ex depoſiti ff.de act.& obli. nam etiam lite non conteſtata ſi agitur ex contractu propter delictum licet ad hæredem nihil peruenerit hæres tenetur l. qui iniuriarum ff.de conſt.pe.l. ſtipulatus cōmodiſsimū et l.ex ea §. fi.ff. de uer.ob.et D.Bal. in l.unica in pe. col. C. ex delictis defun.& ideo erit agendū act.deſcendente ex ſtipulatione,nō autē interdicto unde ui.& facit quòd not. Docr.maximè Guill. de Cu.Bar. Alberi.& Bal.in l.illicitas §.ne potentiores ff.de offi.præſi.& Cy.in l.denuntiamus C.de hiis qui ad ec.confu.nam mihi poſſum prouidere pro futuro tēpore l.ſi ſuper poſſeſsione C.de tranſ.l.harum & l.egi.ff.ſi ſerui. uen.l.ſi fideiuſſor §.fi.ff.qui ſatiſ.da.co.l.ſi de poſſeſsione C.de proba. cum multis ſy. Et id poſtquàm dicti nobiles de Scarampis promiſerunt non offendere dictos de Carreto in prædicta Rocheta Charij ſub obligationis &c. tenentur ad omne damnum & intereſſe, & ſic ad damnum dictorum fructuum quindecim annorum propter ſpoliationem factam a dictis Nobilibus de Scarampis.

Pondero quoq; iuramētum interpoſitum uiciſſim ſuper dicta con-
7 uentione & ſtipulatione de non offendendo quòd † iuramentum ligat

gat hæredes quo ad robur contractus ſecundum D. Inno. & Io. An. in nouella in c. ueritatis de iureiurando & not. in l. pactum quòd C. de coll. & c. quamuis de pactis lib. vj. cui poſtquam eſt contrauentũ con trauenienſ tenetur ad omnia damna & eſt infamis contraueniens & priuatur actione l. ſi quis maior C. de tranſ. quæ lex habet locum in omnibus pactis & contractibus ſecundum Bar. Bal. & Ang. in dicta l. ſi quis maior et ꝓbatur ex tex. d. l. ſi quis maior ibi pacta et in fi. l. ibi pactionum. Ex prædictis apparet quòd contra Dominum Petrinum hæredem utſupra competit actio.

8 Circa tertium et quartũ dubium ſiue loquamur in interdicto unde ui † quod competit ad fructus l. 1. §. nõ ſolum ff. de ui. et ui. ar. et etiã competit ad extimationẽ poſſeſsionis l. 1. §. ex interdicto et ibi glo. et l. ſi ui me deieceris et l. interdictum unde ui. ff. de ui. et ui. ar. Siue loquamur in actu deſcendente ex ſtipulatione ad damnum datum ratione fructus et poſſeſsionis et ſic ad intereſſe fructuum et poſſeſſionis l. ſtipulationes nõ diuiduntur ff. de uer. ob. plenè per Cy. Bar. et Bal. in l. unica C. de ſententijs quę pro eo, dicti Spectabiles de Carreto poterunt, agere contra Dominum Petrinum hæredem utſupra. Ex prædictis apparet dictum D. Petrinum teneri ad extimationẽ dictorum fructuum et ad omne damnum illatum a dictis nobilibus de Scarampis in rebus et bonis prædiis Rochetæ Charij.

9 Capio quintũ articulũ quo queritur etc. † eſt dicẽdũ breuiter quòd odio doloſi ſpoliatoris probatur contra eum intereſſe fructuum et damnorum per iuramentum in litem præſtandum per illum qui uim aut ſpolium fuit paſſus l. ſemper §. in hoc interdicto et ibi glo. ff. quod ui. aut clam. l. ſi quando C. unde ui. per D. Cano. in c. fi. quod metus cauſa, maximè per Io. An. ſecus ſi contra culpoſum agatur, quia tunc legiptime intereſſe eſt probandum Inſti. de uer. ob. §. fi. et per glo. in dicta l. ſemper §. in hoc interdicto et latiſsime per glo. et Dominum Cy et Bar. in l. unica C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt ꝓfer. Ex prædictis apparet qualiter ſit probandum dictum damnum illatum tam ratione fructuum quàm aliter.

10 Circa ſecundum caſum dubitatur de pluribus, et primo † an remedium aliquod poſſeſsorium competat dictis Nobilibus de Carreto contra dictum D. Petrinum hæredem, utſupra, Secundo an aliquod remedium competat ratione proprietatis dicti Caſtri Veximarum contra dictum D. Petrinum, quia in præcedenti articulo ſunt etiam aliquã tacta quæ ſunt deciſa in ſuperioribus, ideo omittam deciſa in ſuperioribus ne idem per idem dicere uidear.

Capio primũ articulũ, quo queritur an remedium aliquod etc. et nõ eſt dubitandum interdictum unde ui recuperatorium poſſeſsionis 11

dicti

dicti Caſtri Veximarum competere dictis nobilibus de Carreto contra dictum D. Alexandrum ſpoliatorem, & eius hæredes quatenus ad eos peruenit, l.1. §. hoc interdictum & §. fi. cum l.ſe.ff.de ui.& ui.ar. & l.prima §.interdictum unde ui.& d.l.1. Competit quoq; beneficiũ c.ſepe de reſti.ſpo.contra dictos Nobiles D.Ioannem,& Iacobum,& Petrinum eorum hæredem,poſtquam dicti D. Ioannes, & D.Iacobus & D.Petrinus de Scarampis ſcienter acceperunt hoc Caſtrum inuaſum & uitio ſpoliationis affectum cum ſpoliatori quaſi ſuccedant in uitio dicto c. ſepe de reſti. ſpoli. & not. in c. quia v. de iud. & quòd glo.not.in c.cum ad ſedem de reſti. ſpoli. & ibi plene per ſcribentes maximè cũ ſit notorium & manifeſtum in partibus illis de dicta ſpoliatione dicti Caſtri facta a nobilibus de Carreto & ſic præſumitur ſcientia c.quanto & c.quoſdam de præſump. & c. cum in tua qui ma. accuſ.poſ.glo.&D.Bal.in l.ſi tutor petitur C.de pericu.tu.l.ſi cui per D.Bar.ff.de accuſ. Præterea etiam ſi dictus Dominus Petrinus nõ habuiſſet ſcientiam dictæ ſpoliationis,tamen tenetur reſtituere dictum Caſtrum Veximarum inuaſum & ſpoliatũ niſi conſtiterit dictos Spectabiles de Carreto iuſtè amiſiſſe poſſeſsionem dicti Caſtri Veximarũ ſecundum Inno.Hoſti.& Io.An.in nouella in c.ſepe de reſti.ſpo.uer. plus etiam uidetur quòd ſi alius poſsideat bona fide de reſti.ſpol.nam licet interdictum unde ui.non detur contra ſingularem ſucceſſorem, l. cum a te. ff. de ui.& ui. ar. tamen ad quemcunq; mala fide res ſpoliata peruenerit datur beneſitium dicti c. Si autem bona fide res ſpoliata peruenerit ad alium,tunc tenetur reſtituere bonæ fidei poſſeſſor niſi conſtaret priorem, poſſeſsorem iuſtè amiſiſſe poſſeſsionem l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.& in aut. de man. prin. §. non permittas & §.quòd ſi delinquentes & in c.reintegranda ſunt omnia iij. q.1.tamen diuerſi diuerſa præſtant remedia. Nam D.Bar. in dicta l.ſi coloni dat condict.ex l.ſi me & Titium ff.ſi cer.pet. glo.autem in l.2. C.de furt.& Ang. in l.manifeſtiſsimi eo.tit.dant condict.ex l.ſi coloni. Alij uero dant offitiũ Iudicis,l.& ideo §.Neratius ff. de cond. fur. Alij autem ut D.Ant.de But.dant beneſitium dicti c.reintegranda ut not.in c.ſepe & c.cum ad ſedem,& ſic omnes concludunt dari remedium,aliqui uno modo,aliqui alio,&ideo nõ poteſt errare actor omne remedium accumulare ratione probabilis dubij,ut not.perCano. in c.conſtitutus de in inte. reſti.& facit quod not. Bal. in repetio l.ſi incerti in ultima columna. C. de interdictis qui allegat glo.ij. q. iiij. quia præſulat. Ex prædictis apparet remedium agendi poſſeſſorio competere contra dictum Dominum Petrinum.

11 Circa ſecundum articulum quo queritur &c. eſt dicendum rei uendicationẽ competere contra dictũ poſſeſſorem D. Petrinum l. unica

C.de

C.de ali.Iuditij mu.ca.fac.l.in rem & l.offitium ff. de rei uendi. & notat glo.in rubrica & ibi Ange. ff.de rei uen. Eſt tamen aduertendum ſi agatur rei uendi. contra uiolentum poſſeſſorem agens non habet neceſſe probare dominium quia præſumitur dominium in odium delinquentis l.ſi quis emptionis titulo C.de præſcrip. triginta uel quadraginta annorum, & glo. & Doctores in l.comodare ff. comodati. Ex prędictis omnibus concludo dictum Dominum Petrinum de Scarampis teneri ad reſtitutionem dicti Caſtri Veximarum.

*Et ita Dico & conſulo Ego Martinus de Garratis de Laude, cuius conſilio ſe ſubſcripſerunt Spectabiles Doctores Domini Luchinus de Curte, Iacobus de Puteo, Laurenghus de Yſimbardis, Ioannes de Vicomercato, Gregorius Catia, Benedictus de Plotis, Secundus Natta, & alij plures Doctores.*

Additiones Magn.D.Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis,

12 *Ex dolo, ſeu Delicto, aut uiolentia Defuncti, non poteſt conueniri hæres ubi ex eis lucrum uel commodum non peruenit ad hæredem utſupra per D. Mart. Garrunum. 4. Adde quòd nunc in facto uertitur hæc lis Coram Excelſo Senatu Sereniſſimi D.D.Emanuelis Philiberti* DVCIS SABAVDIAE *de Anno 1537. Ill. D. Philibertus Fliſcus Ferrerius, Marchio Meſſerani, & Dominus Candeli, Gaianici, Auxiliani, & Zumaliæ, per quoſdam Milites laruatos ſecreto captiuari fecit Magn. Capitaneum D. Franciſcum Pecchium Nobilem Vercellenſem, dum ſuper mula ſederet itinerando per territorium Meſſerani Et eundem modo in Caſtro Meſſerani, & modo in Caſtro Zumaliæ, ita ſecreto, & ſub fida cuſtodia retinuit captiuum per annos Decem nouem et ultrauel circa, quod Vxor eius & D. Iſach eius filius eum luxerunt putantes illum fuiſſe aliquo in loco ſecreto occiſum & ſepultum, maximè quia mula ſola Domum fuit reuerſa, & Vxor aliũ accepit maritum, filius autem tamquam Patris hæres omnia bona paterna uendidit & prætium conſumpſit: Tandem Anno Domini 1557. cum Illuſtriſſ. D. Paulus Thermes Francorum Regis Exercitus Præfectus, Meſſerani, & Zumaliæ Caſtrũ cepiſſet nomine Francorum Regis, liberauit eundem D. Pecchiũ in ipſo zumaliæ Caſtro captiuum repertum, Et donec uixit idem Illuſt.D.Marchio Philibertus, ipſe Pechius contra eum aliquam litem non fuit cõteſtatus, & eo defuncto, litem mouit contra Illuſt. D. Beſsium Marchionem Meſſerani eius filium ab eo tamquam Patris hærede petendo ultra ſummam aureorũ triginta Mille ob eius intereſſe & damna, quæ ex ipſa incarceratione annorũ decẽ nouem et ultra, dicit ſe fuiſſe paſſum. Vnde ſuper hoc conſultus, Magn. Pater meus D. Io. Bap. Plotus ab ipſo Illuſtriſs. D.Marchione Beſsio Fliſco Ferrerio, reſpondit eum etiam ſi eſſet Ill. D. Philiberti Marchionis Patris ſui Hæres non teneri ad ipſa Damna & intereſſe ex quo lucrum & emolumentum aliquod non peruenit ad eum ex ipſa incarceratione iuſſu paterno facta, per tex. in l.1. in ſi. C. ex Delic. defun. in quantum, & in quibus Heredes conuen. & in l. in hæredem ff. de calum. & in*

*l. uideamus ff. de eo quod met. ca. geſt. erit, & in l. 1. in fi. & l. 2. & l. 3. in prin. & in fi. ff. de ui. & ui. arm. maximè quia Filius præſumebatur ignoraſſe talem capturam omnibus incognitam l. uerius ff. de probat. Et ſi ſciuiſſet non tenetur, quia huius capturæ rationem a Patre petere non tenebatur, l. fi. uer. paterna reuerentia eum excuſante C. de bon. que lib. Et quis non tenetur de iure ciuili alium defendere etiam quod poſſit, licet ſit ſecus in foro conſcientiæ, glo. & Doc. in l. culpa caret ff. de reg. iur. & eſt com: op. Iaſ. l. ut uim num. 31. uer. Numquid autem quis inuitus ff. de inſt. & iur. & hoc maximè procedit contra Patrem quia Filius contra eum non tenetur aliquem defendere, Alb. de Roſ. & Doc. d. l. ut uim, Et iſta maximè procedunt quia cum ipſe Marchio patet habuiſſet merum & mixtum Imperium & ſic ius carcerandi, Filius etiam ſi ſciuiſſet præſumere debebat a Patre ſuo Viro Illuſtri hæc iuſtè fieri l. merito ff. pro ſocio. Et ubi etiam Filius talem capturam ſciuiſſet, & uiuente patre ratificaſſet eam, aliquo modo, adhuc non tenetur filius, quia captura non erat facta nomine dicti filij ſed patris, Et ratificans delictum ſuo nomine geſtum tenetur ad pœnam, ſed ratificans delictum quod ſuo nomine geſtum non ſit, non tenetur ad pœnam, nec intereſſe aliquod in hoc Mundo Salic. l. non ideo minus C. de Accuſat. Et hæc, & alia plura allegauit Magn. D. Pater meus D. Io. Bapt. Plotus in fauorem dicti Ill. D. Marchionis Beſsij quòd non tenetur ex ipſa captura D. Pechij, licet probari non poſſit nunc eum machinatum fuiſſe contra eius Illuſtrem Patrem, mortuis Notarijs, & teſtibus, & proceſsibus deperditis ob Bellorum turbines quibus Caſtra Meſſerani, & Zumaliæ funditus euerſa & præde militari expoſita fuere. Imo eſt præſumendum contra ipſum D. Pechium qui tarde egit & accuſauit ſolum poſt mòrtem Patris nihil contra eum dicendo dum uiueret, quia præſumitur contra eum qui tardauit agere uel accuſare, Bal. con. 37. quidam uol. 3. tex. in c. 1. de frig. & mal. latè per Magn. Patrem meum in Rep. l. Si quando num. 856. uer. Quinquageſimo ſecundo limita, & num. 857. uer. Ergo etiam ille C. Vnde ui.*

13 *Ad illud autem quòd D. Mart. ſupra num. 9. inquit ex iuramento in litem præſtando contra Spoliatorem uel Turbatorem doloſum probari damna, intereſſe, & litis expenſas & fructuum quantitatem, & ualorem adde ample Magn. D. Patrem meum idem late dicentem in Rep. l. Si quando num. 732. uer. Spoliatus, & num. 733. uer. Et ipſa damna C. unde ui. Et hoc procedit ſiue per uim ſiue clam turbatio uel ſpoliatio facta fuerit quia ubi uis aut clandeſtinitas interuenit, uel ubi quis occupat rem per alium poſſeſſam ſemper præſumitur dolus malus, nec excuſatur dicendo quòd neſciebat quis nam poſſideret & contra ipſum Turbantem uel Spoliantem poteſt iurari in litem, ut per Magn. D. Patrem meum D. Io. Baptiſtam Plotum in Rep. d. l. Si quando num 734. uer. Et ſiue per uim ſiue clam C. Vnde ui. Sed hæc omnia limita in tribus caſibus de quibus per Magn. D. Patrem meum d. l. Si quando num. 735. uer. Fallit, & num. 736. uer. Secundo fallit, & num. 737. uer. Tertio fallit. C. Vnde ui.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſes. 1567.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ ſeu nũmi, ubi ſit mentio, intelligitur de exiguioribus, fallit nũ. 2. cũ ſeq.*
*Florenorum ubi ſit mentio, an de aureis, uel argenteis, intelligatur.*
2 *Monetæ qualitas ubi eſt dubia, declaratur ex ſolutionibus decennij ſequentibus ſed ubi eſt clara quanto tempore illi præſcribatur.*
4 *Monetæ qualitas & pretij quantitas ex rerum ualore declaratur.*
5 *Solutiones ſequentes, declarant dubium monetæ dubiæ uel pretij incerti.*
6 *Florenorum origo & ethimologia & num. 7.*
7 *Nobilitatis antiquæ Ciuitatis, uel familiæ probatio eſt, ubi latinè uno modo nominatur, & uulgariter alio modo, puta Mediolanum, Milano, Vicecomes Viſconti, Fliſcus, Fieſco, Plotus, Piotto.*
8 *Statutũ quòd latinè ſcribi debeant inſtrumẽta, & acta intelligitur, latine: ideſt intelligibiliter: adeo quòd nõ uitiãtur, ſi uulgari ſermone, dicatur pro Mediolano, Milano: pro Vicecomite Viſconti: pro Fliſco Fieſco, pro Ploto Piotto.*

## CONSILIVM LII.

1 IN REGIA Ciuitate Papiæ hæc quæſtio uertitur, In inſtru-
mento continetur qualiter Titius promiſit centum flo-
renos omni anno pro canone & ficto emphiteotico ta-
lium bonorum Dominis Priori & Fratribus Sancti Augu
ſtini Papiæ, & per Decennium omni anno Titius ſoluit
florenos centum auri ſeu eorum ualorem, pro dicto canone: Nunc
uero Titius recuſat ſoluere dictos florenos centum auri, ſeu eorum
ualorem, ſed uult ſoluere florenos centum argenti ſeu ualorem ad
rationem ſoldorum triginta duorum Imperialium pro quolibet flo-
reno, qui ſunt longe minoris ualoris, quàm ſint floreni aurei, dicen-
do quòd inſtrumentum dictæ promiſsionis, loquitur ſimpliciter de
florenis ergo quòd intelligitur de exiguioribus, l. nummis ff. de leg. 3
2 Breuiter conſulendo dico † quòd dictum Inſtrumentum debet in-
telligi de florenis aureis ſeu eorum ualore, & non de florenis argen-
teis ſeu eorum ualore minori, quàm ſint aurei, quia ſequens ſolutio
continuata per Decennium declarat qualitatem monetæ dubiæ l. cũ
de in rem uerſo. ff. de uſur. Ang. l. ſi certis annis C. de pac. aliàs intelli-
geretur de minimis. d. l. nummis, quæ lex in caſu noſtro facit contra
Titium, dum uult promiſsionem nummorum non intelligi de mini-
mis, ubi conſuetudo Patris familias erat in pinguioribus nummis &
non exiguioribus, prout fuit Titij ſoluentis florenos aureos, ſeu eo-
rum ualorem, & non florenos argenteos exiguiores, ſeu eorũ ualorẽ.
3 Et prędictà procedunt ubi eſt dubium de qua pecunia partes intel-

lexerunt, Si autem eſſet certum, puta Titius promiſit centum aureos Venetos iuſti ponderis, & boni auri, ad hoc ut poſsit præſcribi qualitas pecuniæ requiruntur triginta anni ut præſcribatur contra priuatum, & quadraginta ut præſcribatur contra Eccleſiam c. olim de Cen.

4 Et licet præmiſſa ſufficiant pro Dominis Priore & Fratribus Sancti Auguſtini, tamen addo quòd † ex qualitate redditus bonorum in ſatis magna quantitate quòd debet intelligi fuiſſe conuentum de florenis aureis maioris ualoris, & non argenteis minoris ualoris l. 1. ubi glo. uer. agendo ex conducto ff. de ſuperficiebus.

*Ego Martinus Garratus Doctor Laudenſis, ſic conſulo.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

5 *De præmiſſo conſilio D. Mart. Garr. facit mentionem idem D. Mart. in tract. de Monetis col. fi. num. 31. uer. quando ſit promiſsio, Ibi nota unum, in quo conſului. Et de hoc Domini Martini Garrati conſilio etiam meminit D. Franc. Curt. tract. de Monetis, col. 5. num. 31. uer. Decimo tertio & ultimo quæro, ubi Curt. ſequitur prædictum con. Domini Mart. Garr. quia ut inquit ibidem Curtius, in dubio præſumitur pecunia in obligatione fuiſſe, qualis ſolutio ſequuta eſt, Nam ubicunq; dubium eſt, de qua pecunia, ſenſerint contrahentes, & nihil dixerint in ſpecie de qua ſenſerint, iſta dubitatio ſubleuatur & declaratur per ſolutiones ſequẽtes longo tempore arg. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſuris, Secundum unum intellectum quem poſuit Ang. in d. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſuris, quem ipſe Ang. poſuit in d. l. ſi certis annis C. de pac. qui intellectus in ſe eſt uerus ut per Curt. d. tract. de Monetis col. fi. num. 31. & 32. Nam ubi inſtrumentum longo tempore fuit obſeruatum & iuxta illius tenorem quis poſſedit, ceſſat præſumptio falſi & omnia præſumuntur fuiſſe concluſa in inſtrumento prout reperitur poſſeſsio conformis Inſtrumento, Bal. con 37. Quidam tabellio uol. 1. Ill. Iureconſultorum ætatis noſtræ Princeps D. Aymo Craueta con. 65. Diuino ſubſidio ex corde poſtulato, ſorores nobilis Claudij Clerici, col. 2. num. xi. uer. poſtremo iſte ſorores.*

6 *Florenorũ materiam tractat Bar. in l. Paulus ff. de ſolut. & D. Mart. Garr. & D. Fran. Cur. trac. de Monetis, & Prac. Papien. in forma libelli contra plures Reos deben. in glo. boni auri, ubi Bar. & Prac. Pap. inquiunt quòd florenorũ promiſsio intelligitur de aureis uel argenteis ſicuti ſunt in communi curſu ſeu uſu in loco contractus. Et nomen & origo & numiſma florenorum; deſcendit ex pecunia, & Numiſmate Ciuitatis Florentiæ, eo quia Numiſma ab uno latere Sacram Imaginem S. Io. Baptiſtæ, Chriſti Domini noſtri Præcurſoris, & Florentiæ Protectoris habebat, & ab alio latere florem Lilij, uulgo Giglij appellati, unde florenus a flore, ſiue a Florentia, fuit appellatus, ut ſcribit Chriſtophorus Landinus, uir multæ eruditionis, in Comentarijs Danthis Poetæ Florentini, ſuper Carminibus de quibus infra ſit mentio, Et Mercatores Florentini, terra mariq; potentes, & ubiq;*

*nego.*

negotiantes, uniuerſum terrarum orbem, maximè Romam tali genere Florenorum qui lingua Italica uulgari Fiorini a Flore, ſiue a Florentia appellantur, impleuere adeo quòd maxima auaritia & cupido florenorum, quàm plurimos inuaſit, ita quòd a norma benè beatèq; uiuendi receſſerant, Vnde Dantes Poeta Florentinus fingit in cantu nono Paradiſi, ſic ſibi fuiſſe contra Ciuitatē Florētiæ improperatū.

*La tua Citta: che di colui è pianta.*
*Che pria volſe le ſpalle al ſuo Fattore.*
*Et di cui è l'inuidia tanto pianta.*
*Produce & ſpande il maladetto fiore*
*C'hà deſuiate le Pecore & gli Agni.*
*Però che fatto ha Lupo del Paſtore.*

7 Vnde nota quòd hæc pecunia quæ latinè dicitur Florenus, quòd lingua Italica uulgari, appellatur fiorino à flore, ſeu ab Vrbe Florentiæ ducens ethimologiam & originem uocabuli, ut declarat Chriſtophorus Landinus ſuper prædictis Carminibus Danthis, Et ſic perpetuo tene menti, quòd littera L qua latinè utimur, quòd lingua uulgari Italica conuertitur in I ut florenus fiorino, ſiue firino, Florentia Fiorenza ſiue Firenza, flamma fiamma, gloſa gioſa, Fliſcus Fieſco, Sic etiam Familia noſtra Plotorum ex qua Gneus Planeus Plotus Romanorum Imperator & Conſul Deſignatus, Et Pompeia plotina Traiani Imperatoris Vxor, & Plotinus Philoſophus, ac Plota Nimpha Tantali Regis Phrigiæ Vxor fuit, & Marcus Plotus Poeta poſtea Plautus dictus fuit, latinè loquendo Familia Plota appellatur, & qui ex ea naſcuntur Ploti, ſiue de Plotis nominantur, Sed lingua Italica uulgari Piotti ſiue de caſa Piotta nominantur, qui ex ipſa Plotorum ſunt Stirpe, quia littera L qua utimur latinè conuertitur in I ut Plotus Piotto, flamma fiamma, gloſa gioſa, Fliſcus Fieſco, Et hæc omnia præſtant argumentum fortiſſimum & indubitatum Antiquitatis, & Nobilitatis, quia ubi nomen Ciuitatis uel Familiæ habet nomen latinum uno modo, & in idiomate uulgari, alio modo, Signum eſt manifeſtum quòd Ciuitas, & familia eſt nobiliſſima & antiquiſſima. Florens etiam tempore Romanorum quo lingua latina, omnibus etiam mulieribus & pueris, & uniuerſo populo, erat communis, licet poſtea Barbaris in Italiam ingruentibus uocabula & nomina Ciuitatum ac familiarum ſint corrupta, quia pro Mediolano, Milano: pro Neapoli, Napoli: pro Corcire, Corſu: pro Mutina, Modena: pro Bononia, Bologna: pro Nouaria, Nouara: pro Placentia, Piaſenza: pro Foroliuij, Forli; pro Foro Sempronij, Foſſambron. Et Mediolani pro Vicecomite Viſconti, & Venetijs pro Cornelijs Cornari, & Ianuæ pro Fliſco Fieſco, & Romæ & Vtine pro Friges penates Frangi pani, Et Nouariæ pro Plotis Piotti denominantur uulgariter loquendo, Vnde nota quòd ſiue latinè ſiue uulgariter prædictæ Ciuitates & Familiæ nominentur in inſtrumētis, quòd nihil refert etiam

ſtante

*ſtante ſtatuto quòd inſtrumenta & acta latinè dictari debeant, quia intelligitur latinè ideſt intelligibiliter, unde non refert latinè uel uulgariter dicteutur, dummodo intelligantur l. decreta a Prætoribus latinè, ubi glo. & Doct. ff. de re ind. Ill. D. And. Alciat. l. 1. §. eadem ff. de uer. oblig. & hoc latiſsimè docet Ill. Pater meus D. Io. Baptiſta Plotus in Rep. l. Si quando num. 853. uer. Quadrageſimo octauo limita. C. unde ui. Et in trac. de in litem iurando §. lij. num. 4. uer. Quadrageſimo octauo limita.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſulti D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 *Filius arrogatus habet iura ſuitatis & ſuccedit in bonis patris arrogatoris & quærelat prout filius legiptimus & naturalis contra teſtamentum patris arrogatoris.*

2 *Filius adoptiuus, quid iuris habeat, in bonis patris adoptantis.*

3 *Filius arrogatus quomodo ſuccedat Colletaralibus.*

4 *Filius adopthuus quomodo ſuccedat Colletaralibus.*

5 *Filio arrogato defuncto ſine liberis quis ſuccedat.*

6 *Statutum Mediolani quòd Aſcendens non poſsit meliorare Deſcendentes, habet locum in deſcendentibus legiptimis & naturalibus, non autem in legiptimis tantum, puta filijs arrogatis uel adoptiuis, & ibidem alijs modis limitatur dictum ſtatutum ſed uide infra num. 8. & num. xi. cum ſeq.*

7 *Legiptimatio quibus modis impugnetur.*

8 *Statutum loquens de aſcendentibus, & deſcendentibus, uel de natis ex eodem matrimonio, intelligitur de naturalibus, non fictis, puta adoptiuis uel arrogatis, & quid in legiptimatis, uide ibidem.*

*Statutum Mediolani incip. In ſucceſsionibus aſcendentiũ declaratur.*

9 *Statutorum Mediolani loquentium de ſucceſsionibus declarationes, & uide ſupra num. 8.*

10 *Donatio an reuocetur ex legiptimatione facta de filio naturali.*

*L. ſi unquam C. de donat. declaratur.*

11 *Statutum Mediolani quòd aſcendens non poſsit meliorare deſcendentem eſt odioſum & ſtrictè interpretandum, & eſt com. op.*

12 *Statutum Mediolani quòd aſcendens non poſsit meliorare deſcendentes, non porrigitur ad bonaſcita extra territorium ſtatuti.*

13 *Statutum quòd aſcendens non poſsit meliorare deſcendentes, non habet locum contra coniunctos, puta Vxorem deſcendentium.*

14 *Statutum prædictum non procedit in filiabus fœminis, ubi ſunt maſculi, quia tunc plus uni filiæ quàm alteri poteſt relinqui.*

15 *Statuto prædicto parentes etiam cum iuramento renontiare non poſſunt.*

Nega-

*Negatiua præcedens uerbum poteſt, inducit prohibitionem & dat formam cui renuntiari non poteſt.*

16 *Statuto prædicto deſcendentes renuntiare quando poſsint.*

17 *Statuto prædicto per Principem quando poſsit derogari.*

## CONSILIVM LIII.

SPECTABILIS D. Thomaſius de Rainoldis Nobilis patritius Mediolani arrogauit in eius filiū D. Ambroſiū, cui D. Ambroſio ipſe D. Thomaſius cū auctoritate Principis fecit donationem de tot bonis immobilibus quæ ſunt ualoris florenorum Duodecim mille & ultra. Poſtq́ue autem aliquos annos dictus Dominus Thomaſius de Rainoldis legiptimari per Magn. D. Io. Franciſcum de Panigarolis Mediolani Patritium & Comitem Pallatinum fecit D. Ioannem eius filium naturalem, poſt ea deceſsit D. Thomaſius relictis ſupraſcriptis D. Ambroſio, & D. Ioanne fratribus ex arrogatione, poſtea deceſsit dictus D. Ioannes relicto D. Ambroſio fratre arrogato & quattuor filiabus paruulis ipſius D. Ioannis, poſt modū deceſsit ultimo dictus D. Ambroſius relictis quattuor filiabus D. Ioannis & neptibus dicti D. Ambroſij ex cauſa arrogationis, & duobus fratribus dicti D. Ambroſij legiptimi ex eodem patre & matre, ſcilicet Domino Petro, & Domina Margarita, qui fratres carnales dicti Domini Ambroſij prætendunt ſe hæredes dicti Domini Ambroſij, ſupraſcriptæ autem quattuor filiæ Domini Ioannis, & quæ fuerunt ablaticè dicti quondā Domini Thomaſij quòd ipſe tanquam hæredes ſui patris debent tantundem habere de bonis dicti quondam Domini Thomaſij eorum Aui quàm habuit dictus D. Ambroſius arrogatus quoniam eſt Mediolani ſtatutum quòd Aſcendens non poſsit meliorare Deſcendentes quin in ſtirpes ſint æquales. Secundo quòd hæreditas dicti D. Ambroſij pertinet eis ſororibus & non ſupraſcriptis fratribus carnalibus dicti D. Ambroſij. Ex prædictis reſultant duo articuli examinandi. Primus eſt utrum ſupraſcriptæ quattuor filiæ D. Ioannis, & neptes dicti quondā Domini Thomaſij earum qui tantum habere debeant quantum habuit dictus D. Ambroſius filius arrogatus ex diſpoſitione ſtatutaria Mediolani quod Aſcendens non poſſit meliorare Deſcendentes quin in ſtirpes ſint æquales. Secundus articulus eſt utrum hæreditas D. Ambroſij ſupraſcripti de iure obueniat dictis filiabus ſupraſcripti D. Ioānis, an uero ſupraſcriptis fratribus naturalibus & legiptimis dicti Domini Ambroſij.

1 Capio primum articulum pro cuius clariori deciſione in primis ponam

nam quid iuris de iure communi, deinde quid iuris uigore ſtatutorũ ſupraſcriptorum Mediolani. Itaq; de iure communi, queritur nunquid ſupraſcriptæ quattuor filiæ dicti D. Ioannis & dictus D. Ambroſius ſuccedant dicto Domino Thomaſio de iure communi. Et hic eſt aduertendũ quòd aut loquimur in filio arrogato, aut loquimur in filio adoptiuo. Si loquimur in filio arrogato ut eſt caſus noſter de quo in themate, queritur, & tunc eſt indubitatum quòd ſuccedit ut legiptimus & naturalis. Ita tenet Dy. in tractatu de ſucceſsionibus ab inteſt. in uerſi. filij autem legiptimi tantum ibi & in iſto. dic quòd ſuccedit ut legiptimus & naturalis, nam arrogatio fit coram Principe & eius qui eſt ſui iuris, & efficitur in poteſtate arrogatorum, & licet olim omnia fierent arrogatoris, hodie tamen quantum ad uſum fructuum tantum ut plenius hoc not. in l. 2. & l. ſi pater & l. ſi arrogator ff. de adopt. & Inſti. de acquiſitione per arrogat. & hodie quo ad ſucceſsionem non ſunt correcta iura uetera in arrogat. in l. cum in adoptiuis in fi. ubi eſt caſus C. de adopt. & etiam hodie poteſt fieri ſubſtitutio pupillaris arrogato fratri impuberi, l. ſed & ſi plures §. in arrogato ff. de uul. & pupi. & Bal. in l. 2. ff. eo. tit. in q. ij. principali ibi quæro de quibus libris & Ang. in l. humanitatis C. de impu. & alijs ſubſtit. & l. 1. §. ſuos hæredes ff. de ſuis & legipt. & inſti. de hæredi. quæ ab inteſt. §. nec intereſt, & ideo arrogatus filius cum habeat iura ſuitatis ut in dicto §. ſuos hæredes ff. de ſuis & legiptim. & in dicto §. nec intereſt, poſſet dicere teſtamentum nullum ſi eſſet præteritus l. filio ff. de iniuſto, & fit continuatio dominij l. in ſuis. ff. de lib. & poſtu. & etiam quęrellare ſi non eſſet ritè exhęredat. & Inſti. de inof. teſt. in §. tam autẽ naturales liberi & ibi bona glo. quæ exponit in arrogatis. & ſic de alijs ſingulis effectibus ſuitatis de quibus plenè per D. Bart. Bal. & Ang. in l. ſi filius qui patri ff. de uul. & pu. & l. iij. & l. ſi infanti. C. de iur. deli. ergo ſuccedit dictus D. Ambroſius unà cum dictis neptibus filiabus dicti D. Ioannis de iure communi dicto D. Thomaſſo iure ſuitatis dicta l. in ſuis. etiam iure nouiſsimo, quoniam filii primi gradus æqualiter nepotes & ulteriores in ſtirpes, ut in aut. de hæred. quæ ab inte. & §. 1. & ſic dictus D. Ambroſius eſt ſuus hæres pro dimidia dictæ neptes pro alia dimidia ſunt ſuæ hæredes dicti D. Thomaſij.

2 Si autẽ loquimur in filio adoptiuo & hic eſt diſtinguendũ, nam licet olim tráſiret filius adoptiuus in poteſtatẽ adoptãtis, tamen nõ hodie niſi detur in adoptione Auo paterno, uel materno, uel prouano ſimili modo, ut hoc probatur Inſt. de adop. §. ſed & hodie & l. cum in adoptiuis 1. & 2. col. C. de adop. & ideo in eo caſu quo tranſit in poteſtatẽ adoptantis, ut Aui paterni uel materni, ut dixi ſuccedit ut ſicut filius naturalis & legiptimus, & ſeruandum eſt in iſto adoptiuo quod

in

in Filio legiptimo,& naturali. Ideo iſto caſu habet iura ſuitatis & etiã poteſt quærellare teſtamẽtum ut eſt glo. in d. §. tam autem naturales quæ incipit arrogati in fi. ſi autem daretur extraneo quo caſu nõ tran ſit in eius poteſtate tunc patri adoptiuo ſuccedit ab inteſtato, nec pater adoptiuus habet neceſſe eum inſtituere, imo poteſt eum præte rire uel exhæredare dicta l. cum in adoptiuis uſq; ad §. finalem, C. de adopt. & ita tenet Dy. in dicto tractatu de ſucceſ. ab inte. uerſ. de ſecunda autem adoptione ſcias, qui D. Dy. tractat plenius quàm alius ſcribentium quo ad articulum de quo quæritur, & eſt ratio diuerſitatis quia primo caſu concurrunt iura ciuilia & naturalia. Secundo autem caſu concurrunt iura ciuilia tantum, ut dicit tex. in dicto §. ſed hodie Inſti. de nupt. & ita hodie tollitur diſputatio quę erat inter Paulum, Martianum, & Papinianum ut dicta l. cum in adopt. plenè, & ideo quãdo datur in adoptionẽ extraneo nõ poteſt fieri pupillaris ſubſtitutio, quia non adeſt patria poteſtas, ut inquit D. Bar. in l. 2. in prin. ff. de uul. & pu. Nec ob. quòd uidetur hodie conſiderari ſola naturalis cauſa in ſucceſsione aſcendentium, ut autem in ſucceſsione C. de ſuis & legip. hæred. ergo ſi ciuiles filij, ut ſunt arrogati & adoptati non ſuccedent quia reſpondeo quòd ille tex. intelligitur quòd tollat differentiam patriæ poteſtatis & ſexus & cognationis. Ita tenet glo. ordinaria approbata a Doct. in dicta Auten. in ſucceſsione in glo. fi. in prin. igitur. &c. Ex prædictis apparet quid iuris de iure cõmuni in ſucceſsione filiorum ciuilium & legiptimorũ tantũ quando ſuccedũt.

3 Circa ſecundum articulum uidendum eſt de † ſucceſsione Collateralium & hic etiam eſt diſtinguendum, quia aut loquimur in arrogato aut in adoptiuo, ſi loquimur in arrogato & tunc idem quòd in fratribus legiptimis & naturalibus, ut dicit Dy. in dicto tractatu. Videndũ eſt ergo quid iuris hodie in fratribus legiptimis & naturalibus, nam ſi defuncta perſona careat liberis, & aſcendentes Collaterales autem habeat. Ita hodie eſt diſtinguendum aut habet fratres ex utroq; parente & cõiunctos tantum, aut filios fratrum coniunctorũ ex utroq; parente tantum, aut habet ſimul fratres & filios fratrum. primo caſu ſoli fratres. Secundo caſu ſoli filij fratrũ. Tertio caſu ſimiliter ſuccedunt fratres & filii fratrũ in ſtirpẽ. Prædictis uero Collateralibus deficientibus, ſcilicet fratribus & filiis fratrum ex utroque parente coniunctis fratres ex uno parente coniuncti & filii fratrum ſcilicet, ex uno parente coniunctorum ſuccedunt defuncto excluſis aliis Collateralibus, puta patruis, auunculis, amitis. & c. nõ diſtincto an ſint maſculi, an fœminæ, nec agnati, an cognati ſint in poteſtate uel ſui iuris ut Inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato deff. §. reliquum & C. de legipt. hær. Auten. ceſſante, & Auten. poſt fratres, ergo erit idem dicẽdum

in fratre arrogato decedente ſine aſcendente & deſcendente. Ita inquit Dy. in dicto tractatu. uerſ. de legiptimis autem collateralibus & proprie. in l. 1. §. fi. ff. de ſuis & legipt. ubi tex. uult quòd adoptiui habeant iura conſanguinitatis cum hiis qui ſunt in familia uel in utero uel poſt mortem patris nati, & ideo ille tex. d. §. fi. allegatus quòd iura arrogationis uel adoptionis non ſoluuntur morte patris adoptiui, & ita tenent Doct. præcipue Bar. & Alber. in l. in omni & l. ſi pater filium ff. de adoptiuis, quia caſus eſt clarus in dicta l. 1. §. fi. ff. de ſuis & legiptimis. nec obſtat l. in omni, quia adoptio finita ibi fuit per emancipationem hic per mortem ſecundum Ray. & Alberi.

4 Si autem loquimur in adoptiuo † & tunc aut eſt datus in adoptione Auo paterno uel materno, uel proauo &c. & ſic cōcurrunt duo uincula naturale, ſcilicet & ciuile, & tunc eſt dicendum, ut dixi in ſuperioribus in arrogato, quia non reperiuntur iura correcta, & probatur in dicta l. cū in adoptiuis, ſi autem fuit extraneo datus in adoptionem, & tunc hic eſt aduertendum, quia hodie agnatis & cognatis patris adoptiui non ſuccedit, nec ipſi agnati uel cognati patris adoptiui ſuccedunt adoptiuo dicta l. cum in adoptiuis, & ibi bona glo. non autem ad agnatos, & faciunt pro prædictis C. de ſuis & legipt. l. ſi te. & ff. de ſuis & legipt. l. 2. §. parui. quoq; reffert & glo. ordi. quæ incipit non ſolum iure naturali in §. per adoptionē. Inſti. de legip. agna. ſucceſsione, & Inſti. de hæredi. quæ ab inte. deffe. §. noſtra autem conſtitutio ibi quemadmodum ſi pater fami. ſe dederit ad arrogandum, & glo. in Auct. qui mo. natura effi. ſui, §. filium cum ſy.

5 Itaq; cum dictus D. Ambroſius † arrogatus deceſſerit nullis relictis aſcendentibus & deſcendētibus, ſed dumtaxat Collateralibus utrūq; coniunctis ſcilicet, fratribus legiptimis & naturalibus, & filiabus fratris ſui cuiuſlibet ſuccedent dumtaxat fratres utrunque coniuncti, Aucten. ceſſante C. de legipt. hæredi. ut dixi plenè in ſuperioribus.

6 Ex prædictis ſcimus quid iuris de iure communi, circa primū & ſecundum articulum. Nunc eſt uidendum quid iuris de iure† ſtatutario Mediolani. Et capio primum articulum circa ſtatutum quòd aſcendens non poſſit meliorare deſcendentes quin in ſtirpes ſint æquales quoniam huic reſpondetur quòd ſtatutū loquitur in maſculis quando omnes ſunt maſculi, uel quando omnes ſunt fœminæ, quod non eſt in caſu noſtro. Secūdo & clarius reſpondetur dictā donationē eſſe factam de plenitudine poteſtatis Ducalis & etiam abſolutè ſupplens omnē ſolemnitatē quam quidem donationē præfatus D. Dux intendit & uult ualere modo & forma in dicta donatione compræhenſis de qua clauſula plenitudinie poteſtatis in l. reſcripta C. ſi contra ius uel uti. pu. et in l. ſi teſtamentum C. de teſtamentis, et ſic ratione ple

nitu-

nitudinis poteſtatis Principis, uidetur eſſe derogatum dicto Statuto cum Principi de ipſo ſtatuto facta fuerit mentio in caſu noſtro.

Præterea adeſt iuramentum quod iuramentum facit ut licet pactũ ſit reprobatum a lege uel ſtatuto eius tamen pacti efficatia eſt ſeruanda etiam in hæredibus poſtquam poteſt ſeruari iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ,c.quamuis de pact.lib.6.et plenè in l.pactũ C.de coll.nam per iuramentum robur pacti uel contractus tranſit ad hæredes probatur per Bal.in l.generaliter C.de re. cre.et iureiurando et eſt glo.ordi. in dicto c. quamuis licet aliqui moderni uelint dicere contrarium deſtruendo tex.in dicto c.quamuis et malè igitur ratione iuramenti talis donatio erit ſeruanda poſtquam ſtatutum nõ loquitur de melioramentis cum iuramẽto, ſed quia dici poſſet iuramentum non operari in tertij,& ſic filiorum præiuditiũ qui non tanquam hæredes,ſed uigore ſtatuti peterent bona patris iuxta not in tit. ff. ſi quid in fraud.pat.& in l. ſi atrogator.ff. de adop. Ideo tranſeundo ad aliud fundamentum dico quòd ſtatutum utitur uerbo naturali ibi aſcendentes ,& ibi deſcendentes ergo non intelligitur de ciuili filio tantum , imo de naturali, ut Per Ang.in l.ex facto §.fi. ff. de treb. & dixi in præcedentibus.

7 Præterea poſſunt reſponderi quando legiptimatio dicti D. Ioannis eſt nulla ,quia eſt obreptitia quia dicto D. Comiti eſt obreptum D. Thomaſium non habere aliquem filium legiptimum cum haberet D.Ambroſium arrogatum. Item quia ſugeſtum fuit dicto D. Comiti D. Thomaſium de Rainoldis,& D.Margaritam non eſſe coniugatos, ergo legiptimatio nulla tanquàm obreptitia l.ſed ſi hac §. patronum ff. de in ius uo. maximè quia legiptimatio eſt odioſa. & reſtringenda c. 1. de filijs presb. lib. vj. Item quia plenitudo legiptimandi non trahitur ad queſita Bal. in repetit.l.ſi qua.C. de ſerui. & aqua.

8 Circa aliud ſtatutum quod incipit in ſucceſsionibus aſcendentium utriuſq; ſexus deſcendentium ab inteſtato &c. Hic eſt diligenter aduertendum,quia punctus ſtat in hoc articulo. Vtrum dictum ſtatutũ uerificetur in filio uel nepote & deinceps ciuili dũtaxat uel legiptimo dumtaxt ut eſt in caſu noſtro in filio arrogato, uidetur prima facie dicendum quòd non, quoniam ſtatuta debent intelligi propriè, l.iij. §. hæc uerba.ff.de nego. geſt. & per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in eius repetitis, ergo ſtatutum non intelligitur de ficto filio arrogato uel adoptato,cum adoptio ſiue arrogatio dicatur eſſe quædam imago,tex.eſt in l.filio quem in uerbo imagine ff.de lib. & poſtu.nam id quod fit per fictionem dicitur in propriè tex. eſt in l. lege cor.ff.de teſtam. ibi licet minus ꝓprie & ibi D. Bar. igitur &c.

In contrarium facit quia arrogatio æquiperatur legiptimationi

l.iubemus in fi.C.de naturali li.& Bal.in l.1.C.de iure aur.anullorum, ſed ſtatutum loquēs de filio habet locum in legiptimo etiam in materia odioſa excluſionis filiarum a ſucceſsione. Bal.in l.cum acutiſsi. C.de fideicommiſ.dicit quòd ſi ſtatutum diſponit filios excludere fœminas intelligitur de legiptimis, uel legiptimatis quia legiptimatio ſe extendit ad ſtatutum cum in legiptimato ſit uerus ſtatus legiptimorum, licet non ſit uerum principium, teneo dictum ſtatutum non habere locum in filio arrogato cuius rei gratia eſt animaduertendum, quòd a uerbis ſtatuti non eſt recedendum l.1.§. ſi is qui nauem, ff. de exerci.l.quòd conſtitutum ff.de mili.teſtam.cum ſy.ſed ſtatutum tam in rubro quàm in nigro loquitur de maſculis deſcendentibus, & ſic nota uerbum deſcendentes quod quidam ſignificat naturalitatem nō autem ciuilitatem dumtaxat,ut patet ex ui.uerbi & ideo iſtud ſtatutum non habet locum in maſculo arrogato & ſic in maſculo ciuili. Ita inquit ſingulariter D.Bal. in l. gallus §. ſi eius in fine. ff. de libe. & poſtu.& Ang.in l.ex facto §.ſi quis rogatus ff.ad treb. & ita fuit diſputatum & determinatum Bononiæ ut refert Bal.in dicto §.ſi eius. Item nota uerbum ex eodem matrimonio, nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio.Inſti. de nupt.& Inſti. de pa. pote. cum multis ſimilibus quoniam dictæ filiæ D. Ioannis quo ad D. Ambroſium non ſunt natę ex eodem matrimonio mediate uel immediate cū dictæ fœminæ iungantur arrogatione dicto D. Ambroſio ciuiliter ex arrogatione,nō autem ex eodē matrimonio l.qui in adoptione ff.de adopt. & ceſſantibus uerbis ſtatuti ceſſabit ſtatutū l.hos accuſare §.omnibus ff.de accu.cum multis ſy.& facit l.fi.C.de his qui ueni.eta.Nec obſtat quòd tale ſtatutum ſit repertum ut bona conſeruentur in agnationē, ut dicit Bal.in l.fi.C.de li.præte.uel exhæredatis facit l.1.§. pe. Ibi ut ordinum dignitas ff. de uen. inſpi.quoniam ego reſpondeo quòd limitata ratio limitatum producit effectum. lege cum geminiano C. de tranſ.& l.1.§.iull.ff.de iti. aque. priua.Sed ſtatutum loquitur limitatè in maſculis deſcēdentibus,& ſic in maſculis naturalibus & legiptimis, non autem legiptimis tantum,ut patet in uerbo deſcendentes, & in uerbo ex eodem matrimonio & maximè quia dictū ſtatutū eſt contra ius commune & odioſum l.lege duod.tab.C.de legip.hęr. l.maximum uitium C.de libe.præte.uel exhær. Igitur reſtringendum nam ſtatuentes uoluerunt priuilegiare maſculos uerè & naturaliter natos,nō autem maſculos ciuiliter natos, ut dixi in ſuperioribus igitur &c. & eſt æqua hæc declaratiua interpretatio, tum quia conſona iuri cōmuni,tum quia in maſculis deſcendentibus cōcurrit uinculum ciuile & naturale & ſic duplex uinculum quod fortius ſtringit quàm unum Auctent. Itaque C.communia de ſucceſ.c.1.de treu. & pace; &

eſt

eſt etiam ęqua iſta interpraetatio. Non obſtant nota. D. Bal. in dicta l. cum acutiſsimi cum ſy. quia reſpondeo quód aut loquimur in legiptimato & tunc bene habet locum ſtatutum quia in eo concurrũt duo uincula naturale & ciuile. Idem & in naturali & legiptimo, & ita loquitur Bal. in dicta l. cum acutiſsimi, aut ſtatutũ loquitur in Filijs deſcendẽtibus & tunc ſtatutum non uerificatur in filio ciuili legiptimato tantum, quia ſtatutum reſpexit ad modũ deſcendentiũ naturaliter non autem ad fictionem, & ita fuit diſputatum & determinatum Bononiæ, ut refert & ſequitur Bal. in l. gallus §. ſi eius in fi. ff. de li. & poſ.

9 Quo autem ad articulum ſecundum nõ uideo aliquod ſtatutum facere ad propoſitum noſtrum niſi ut infra ſubijciam, & capio primum ſtatutum quod incipit ſi contingat maſculum prælatum fœminæ etc. & iſtud ſtatutum nihil facit ad propoſitum quia loquitur de muliere excluſa a ſucceſsione aſcendentium per maſculum qualiter iterum admittatur, Et ſtatutum quod incipit, ſi aliquis decetero deceſſerit loquitur quando ſunt coniuncti maſculi, uel in ſororibus deſcendentibus ab inteſtato uel in ſororibus peruenientibus ad ſucceſsionẽ fratris uel ſororis, qui caſus nõ ſunt in themate de quo ſupra igitur. etc. l. hos accuſare §. omnibus ff. de accuſ. l. ſi ancillas in fi. ff. de leg. 1. cũ ſy.

Non quoq; obſtat ſtatutum quod incipit decedente fratre ab inteſtato imo magis faceret pro, quoniam ſi frater excludit ſororem multomagis filiam ſororis ut pleniſsimè per Bar. in l. 2. C. uiden. ff. ad tertull. & per Bal. in l. fi. C. de li. præte. uel exhæredatis ſimiliter & de alijs duobus ſtatutis quorum unum incipit in ſucceſsione aliud in collaterali & ſic duo dicta ſtatuta non infringunt diſpoſitionem iuris communis. quo ad caſum noſtrum, ut patet ex uerbis eorum l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exerci. in uerſi. in re dubia.

Ex prædictis apparẽt duę quæſtiones quarũ prima eſt quòd dictæ duæ filiæ D. Ioannis, & dictus D. Ambroſius ſuccedunt dicto D. Thomaſio.

Secunda quæſtio eſt quòd dicti fratres utrinq; coniuncti ſuccedunt dicto D. Ambroſio excluſis dictis filiabus.

Subſequitur dubium nunquid donatio facta a dicto D. Thomaſio dicto D. Ambroſio reuocetur propter ſuperuenientiam filij D. Ioannis legiptimati, & uidetur prima facie dicendum quòd ſic per l. ſi unquam C. de reuo dona. contrarium tamen eſt uerius ut not. Bal. in l. fi. C. ſi in frau. pa. qui allegat not. in l gallus §. & quid ſi tantũ ff. de lib. & poſtu. & in c. quamuis de pac. lib. vj. Non obſtat l. ſi unquam, quia ibi loquitur in poſtumo facto naturæ hic facto hominis ar. l filio quẽ ff. de li. & poſtu. & D. Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. concluſio eſt ergo quòd l. ſi unquam non habet locũ in filio legiptimato quod eſt notabile. Præterea ſecundo & clarius reſpondeo quòd l. ſi unquã allegata

non

non habet locum quando pater donauit hoc acto quòd non reuocetur donatio prætextu ſuperuenientie liberorum. Ita ſingulariter inquit Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. in ſexta col. uerſi. deinde quero pater donauit, qui Bal. allegat l. iure militari in ratione ſui. ff. de mili. teſtamento, ſed ita eſt quòd dicta donatio facta D. Ambroſio eſt cum illa clauſula ibi ſuperuenientium liberorum. igitur &c.

*Et ita dico & conſulo Ego Martinus de Garratis de Laude.*

*Ego Ambroſius Panigarola Doctor Mediolani, Papiæ interpretans ius canonicum prædicta comprobo.*

*Ego Paulus Archintus de Mediolano iura Ciuilia Papiæ Legens concurro in Sententiam prædictam.*

*Ego Tubertus de Tortis de Papia prædictas concluſiones confirmo.*

*Ego Luchinus de Curte de Papia cum Sententia prædicta tantorum Patrum concurro.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

11 *Statutum Illuſtris & Splendidiſsime Ciuitatis Mediolani de quo ſupra per D. Mart. ſit mentio, eſt in uolumine ſtatutorum Mediolani Cap. 305. & 306. Vbi cauetur hoc modo, Aſcendens non poſsit Deſcendentes maſculos ex linea maſculina meliorare per uiam alicuius diſpoſitionis ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate, directè, nec per indirectum &c. Idem habeat locum in fœminis deſcendentibus ſi aſcendens maſculum uel maſculos ex linea maſculina non reliquerit. Vnde nota quòd ipſa ſtatuta ſunt odioſa, & ſtrictè debent intelligi quia ſunt contra ius commune, ſecundum quod, liberis relicta legiptima, poſſunt parentes, de alijs bonis diſponere, ne dum inter liberos, uni pluſquam alijs relinquendo, uerumetiam inter extraneos Aucten. ut liceat matri, & Auiæ, & alijs parentibus, Et Sic dicta ſtatuta ſunt odioſa & ſtrictè debent intelligi, tum quia continent odium deſcendentium, quos aſcendentes uellent meliorare, ne id fiat, tum quia tollunt parentibus ingenuis libertatem de eorum bonis liberè diſponendi, l. dudum C. de cont. emp. Et ita dicunt D. Franc. Curt. Iun. con. 110. pro habenda, col. 4. num. 7 in fi. uer. Non puto etiam, & num. 8. & 9. in 2. par. & Iaſ. con. 42. Redemptoris &c. Prima conſideratione col. 2. uer. Secundo confirmatur, uol. 3. Ill. D. Andr. Alciat. Reſpon. 71. incip. Præſens quæſtio uertitur circa intellectum ſtatuti noſtri Mediolanenſis num. 5. in fi. uer. Præterea ut intelligo, ubi Curt. & Alciat. dicunt quòd hac eſt com. op.*

12 *Ex hoc infertur, quòd cum prædicta ſtatuta, ſint contra ius commune, & odioſa, quòd non trahuntur ad bona, quæ habent Mediolanenſes extra territorium ſtatutorum prædictorum Mediolani, puta ad bona ſcita in Ciuitatibus Papiæ, Cremonæ, Nouariæ, Laude. & alibi. Nam de illis Aſcendentes Mediolanenſes poterunt liberè diſponere inter Deſcendentes unum pluſquam alium meliorando non obſtan-*

*obſtante dicto ſtatuto, quia ſtatuta non porriguntur ad bona ſcita extra territorium ſtatuti, & hæc eſt cōmunis op. ut in ſpecie in cauſa ipſorum ſtatutorum dicunt Cur. Iun. d. con. 110. num. 7. in fi. uer. non puto, & Alciat. d. Reſponſ. 71. Præſens quæſtio, num. 5. in fi. uer. præterea ut intelligo, tex. & ibi Bar. Dec. & Doc. in l. fi. ff. de iuriſd. om. ind.*

13 *Infertur etiam aliud, quòd cum ſtatuta ipſa, dicant, quòd Aſcendentes non poſsint meliorare Deſcendentes, & nil dicant de alijs perſonis coniunctis deſcendentibus puta earum Vxoribus, quòd ſocrus poterit meliorare Nurum, & ſic Vxorem eius filij eidem relinquendo quicquid uult etiam pluſquam relinquat alijs filijs maſculis, ſalua legiptima aliorum filiorum, nec per hoc præſumitur fraus, niſi probaretur, & ita in ſpecie conſuluit Alciat. d. con. 71. Præſens, num. 2. cum ſeq. per tex. in l. fi. ff. de his quib. ut indig. & per not. per Dec. con. 246. Diuino implorato præſidio, requiſitus, num. 3. uer. ſecundo quantum ad lucrum, & hæc eſt magis com. op. ut per D. Alciat. d. con. 71. Præſens, num. 4. in fi. per tex. in §. nec illud, in fi. & §. pen. Auct. de nup. cum ibi not. per glo. & Doc.*

14 *Infero etiam ad ſecundum caput dicti ſtatuti, dum inquit, idem habeat locum in fœminis deſcendentibus, ſi aſcendens maſculum uel maſculos, ex linea maſculina, non reliquerit, &c. Et dico quòd ſi parentes habent deſcendentes maſculos ex linea maſculina, puta filios uel nepotes ex filio quòd poſſunt meliorare conditionem filiarum dotando in plus unam quàm aliam, uel relinquendo plus uni filiæ quàm alteri filiæ, ex quo ſtatutum loquitur conditionaliter, dicendo idem habeat locum in fœminis &c. ſi Aſcendens &c. maſculum non reliquerit, & quia eſt caſus omiſſus a ſtatuto & ſtatutum eſt odioſum, ergo in ipſo caſu eſt ſtandum iuri communi, ſecundum quòd pater plus uni filiæ quàm alteri poteſt dare, dummodo illi cui minus uult dare, non relinquat minus portione ſuæ legiptimæ, ut latè per Iaſ. d. cō. 42. Redēptoris etc. Prima cōſideratione, col. 1. in fi. uer. ſed præmiſsis, uol. 3.*

15 *Statutis autem prædictis, parentes renuntiare non poſſunt etiam cum iuramento, cum in eorum fauorem facta non ſint, ſed deſcendentium, quibus minus uellent relinquere, quàm alijs, ne id facere poſsint, c. cū contingat ubi tex. uer. cum in alterius præiuditium non redundent, & ibi glo. & Doc. de iureiurando l. nemo poteſt ff. de leg. 1. maximè cum negatiua præponatur uerbo poteſt, dicendo non poſsint, quo caſu ſtatutum inducit prohibitionem, & formam, ac neceſsitatem, cuius tranſgreſsio reddit actum nullum, & ipſis ſtatutis renuntiari non poteſt per parentes. Io. And. c. 1. de Reg. iur. in 6. Socin. conſ. 93. Dominus labia &c. circa primum col. pen. & fi. uol. 1. & con. 283. Dominus labia &c. Elleganter, col. 2. num. 2. uol. 2. Et ita dicunt, ſuper ipſo uerbo non poſsint, Illuſtres Doctores D. Catel. Cotta & D. Ioannes Naua Illuſtris Collegij Mediolani Iureconſulti eorum ætatis primates in apoſtillis factis ad ipſa ſtatuta, quas unà cum ipſis ſtatutis imprimi fecit Elloquens & ſapiens Doctor D. Antonius Rubeus ex Gallarato, in quibus tamen Apoſtillis nil dicitur de alijs ſuper dictis ſtatutis per me ſuperius enarratis.*

Sed

16 *Sed ipſi Deſcendentes uiuentibus dictis eorum Aſcendentibus cum conſenſu ipſorum Aſcendentium, poſſunt renuntiare ipſis ſtatutis, dummodo ante mortem aſcendentes non peniteat, tex. glo. Bar. Iaſ. & Doc. in l fi. C. de pactis iunctis alijs de quibus per Barbac. con. 12 ſcribitur uol. 1. & iuncta l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. & hæc maximè procedunt ſi deſcendentes iuraſſent in tali renuntiatione c. quamuis de pactis in 6. ubi tex. & Doct. Sed mortuis Aſcendentibus poſſent Deſcendentes etiam ipſis ſtatutis in eorum fauorem factis renuntiare, tex. in l. 1. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis, maximè cum iuramento d. c. quamuis de pac. in 6.*

17 *Poteſt tamen Princeps ad parentum ſupplicationem derogare ipſis ſtatutis ut conſtituatur ius Primogenituræ, uel aliter melioretur plus unus quàm alius ex Deſcendentibus, ſaluo tamen ſemper alijs legiptima debita iure naturæ, ſed mortuis parentibus hoc fieri non poſſet in præiuditium Deſcendentium quibus iam ius quæſitum fuiſſet l. 2. §. ſi quis a Principe & §. merito ff. ne quid in loco pub. per not. per Fel. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Debet tamen in precibus fieri mentio dicti ſtatuti cui peti debet derogari, alioquin non ualeret Principis diſpenſatio tanquam obreptitia & ſubreptitia c. 1. de conſtit. in 6. ubi tex. & Doct. & c. ſuper litteris, & ibi glo. uer. litteras de iſſemus, ubi Abb. Fel. & Doc. de Reſcrip.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſul. D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes eſſe non poſſunt Iudei, Hæretici, & infideles contra Chriſtianum.*
2 *Teſtis idoneus non eſt uſurarius.*
3 *Teſtis pro ſe nec pro alio eſſe poteſt uſurarius unde iurare non poterit uigore ſtatuti quod credatur iuramento damnum paſsi uel creditoris.*
4 *Statuto quòd credatur iuramento damnum paſsi uel creditoris uti non poteſt uſurarius.*
5 *Mons Pietatis erigitur ad tollendas uſuras fæneratorum, maximè Iudeorum.*
6 *Pij Quinti Pontificis Maximi uerè Sanctiſsimi laus.*
7 *Teſtes eſſe non poſſunt exiſtentes continuo in peccato mortali, puta Concubinarij & ſimiles.*
*Concubinarij non poſſunt eſſe Teſtes.*
8 *Blaſphematores non poſſunt eſſe Teſtes.*
*Teſtes non ſunt idonei qui ſunt Blaſphematores.*
9 *Teſtes eſſe non poſſunt illi qui omni anno non confitentur peccata & ſacram non ſumunt Eucharistiam.*
*Infames ſunt, & honorum ac dignitatum incapaces, qui non confitentur omni anno peccata, & ſacram non ſumunt Eucharistiam omni anno.*

CON-

# CONSILIVM LIIII.

1 QVERITVR à me,† an Iudeus ſit Teſtis idoneus
contra Chriſtianum, Et dico quòd non, quia In-
fidelis, ſeu Hæreticus contra Fidelem non debet
admitti in Teſtimonium, ij. q. 4. ipſa Pietas, & eſt
glo. in c. Iudei, ubi glo. uer. præſumant ex. de Te-
2 ſtib. Similiter quæritur † an uſurarius poſsit eſſe
Teſtis, & dic quòd non, ſiue Iudeus, ſiue Chriſtia-
nus ſit cum quilibet vſurarius ſit infamis, nec poſ
ſit admitti ad honores nec teſtimonium, l. improbum ubi Bar. & alij.
C. de infamib. Iſti enim cum ſint Deo infideles, ergo multomagis
hominibus erunt infideles, & ſic eis non creditur. c. teſtimonium de
teſtibus.

*Ego Martinus Garratus Doctor Laudenſis ſic dico.*

*Ego Caſsianus Cadamuſtus Doctor Laude præmiſſa comprobo.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

3 *Vſurarius teſtis eſſe nõ poteſt pro alio, Ergo multominus pro ſe, unde ſtante ſtatuto*
*quòd credatur iuramẽto damnũ paſsi uel iuramento creditoris ſuper intereſſe con*
*tra debitorem, uel domini contra colonum, non poterit uſurarius gaudere be-*
4 *neſitio dicti Statuti et ſi iuraret eidẽ non crederetur, Bal. & Doc. l. qui accuſare*
*C. de edend. Hyp. de Marſil. ſing. 273. nctiſsimum, Fel. c. 2. num. 10. uer. Exiſ ens,*
*de excep. Magn. Pater meus D. Io. Bapt. Plotus in Rep. l. ſi quando, num. 804.*
*uer. uſurarius C. unde ui. & Magn. D. Lancil. de Conradis Doctor celeberrimus*
*Laudenſis in opere Prætorio §. 11. De offic. præt. in cauſis ciuilibus num. 20. §.*
*uſurarius, ubi inquit quòd eſt com. op. quòd uſurarius ſiue ocultus ſiue manifeſtus*
*quòd eſt infamis & eſt teſtis penitus inhabilis in ciuilibus & criminalibus.*
5 *Vnde Magn. & Reuer. D. Amycus Canobius Abbas Venerandæ Abbatiæ Sancti*
*Bartholamei extra & prope mœnia Vrbis Nouariæ Scitæ, integerrimus & ma-*
*ximæ laudis uir, ad extirpandam uſurariã prauitatem Iudeorũ Anno à partu Vir*
*ginis 1566. in Ciuitate Nouariæ apud Eccleſiam Sancti Petri, Sacrum Pieta-*
*tis Montem errexit in Pauperum utilitatem, quo gratis ipſis Pauperibus mutuo*
*dantur pecuniæ.*
6 *Cui Sacro Pietatis Monti per uerè Sanctiſsimum* PIVM QVINTVM *Pontificem*
*Maximum, quàm plurimæ Indulgentiæ conceſſe fuere, is enim eſt Sanctiſsimus,*
*tum quia cum ſit Papa eſt Chriſti Vicarius, tum quia eius uitam Sanctiſsimam et*
*immaculatam ducit, mundi delitias, ac pompam ſpernendo, indies ieiunando, Deũ*
*Optimum Maximum continuo colendo & orando, Et reditus Eccleſiæ errogan-*
*do non in eius Conſanguineorum fauorem ut Principes fiant, more nonnullorum*

*aliorũ Pontificũ, Sed in Pauperũ, et totius Reipublicæ Christianæ uſum maximè cõtra Turchas & infideles omnes, adeoquòd eo ab humanis ſublato & in cœlum proculdubio aſſumpto poterit in letanijs iſtud decantari Sancte* PIE PAPA *Quintæ ora pro nobis.*

7 *Et adde quòd omnes exiſtentes continuo in peccato mortali non poſſunt eſſe teſtes, & eis non creditur, puta ſi ſunt Concubinarij, c. teſtimonium ubi Abb. & Fel. de teſtibus, Magn. D. Pater meus in Rep l. ſi quando num. 802. uer. Concubinarij. Magn. D. Lancil. à Conradis Laudenſis Patritius & Iureconſultus Clariſsimus §. 11. De offic. Præt in cau. ciuil. in Rub. perſonas Teſtium agrediendo num. 19. uer. Concubinarij.*

8 *Blaſphematores non poſſunt eſſe Teſtes & eis non creditur Fel. c. 2. in fi. de Excep. Ripa l. admonendi num. 180. ff. de iureiur. Magn. Pater meus D. Io. Baptiſta Plotus d. l. ſi quando num. 803. uer. Blaſphematores, Magn. D. Lancillotus Conradus d. §. 11. num. 35. uer. Blaſphemus.*

9 *Peccata ſua non confitentes ſaltem ſemel Sacerdoti omni anno, & ſacram Eucha*riſtiam non ſumentes non poſſunt eſſe Teſtes, & eis non creditur, cum ſint infames nec poſſunt admitti ad aliquos honores, offitia, nec dignitatem, & eccleſiaſtico debent carere Sepulchro, tex. & Doct. in c. omnis utriuſq; ſexus de pen. & remiſ. Magn. Pater meus d. l. ſi quando nu. 868. & Magn. D. Lancillotus Conradus d. §. 11. nu. 21. ubi allegat Magn. patrẽ meũ D. Io. Bap. Plotũ in loco de quo ſupra.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Renunciatio hæreditatis & bonorum facta quando ualeat, per tot. con. & uide in addit. num. 11.*

*Hæreditatis renunciatio facta per matrem, non nocet filijs in aui ſucceſsione.*

2 *Hæreditatis renunciatio facta per matrem non nocet filijs ubi eis ſuperſtitibus Auo uiuente mater deceſsit.*

3 *Hæreditatis magnæ renunciatio etiam iurata pro paruo ualore non ualet.*

4 *Hæreditatis renunciatio non ualet etiam ſi eſſet iurata, ubi renuntians fuit blanditijs ſeductus.*

5 *Dolus præſumitur ubi eſt enormis læſio.*

6 *Hæreditatis renunciatio eſt nulla ſi ſtatutorum ſolemnitas non fuit ſeruata.*

7 *Iuramentum licet ſit perſonale tamen ligat hæredes iurantis & confirmat eius contractum.*

8 *c. quamuis de pactis in 6. et auct. ſacramenta puberũ ſeruanda in utroq; foro. l. pactum C. de col. & l. fi. ff. de ſuis & leg. corriguntur per d. c. quamuis de pac. in 6.*

9 *Concilij Sacri Tridentini diſpoſitio tollit, c. quamuis de pac. in 6. in caſu de quo infra.*

Renun-

*Renunciatio bonorum uolentis profiteri Religionem quomodo & quando facienda.*

10 *Obligationis & renunciationis appellatione quid ueniat.*

11 *Mulieri luxurioſæ bonis poteſt interdici.*

*Auct. ſacramenta puberum & c. quamuis de pac. in 6. locum non habent ubi eſt læſio enormis.*

## CONSILIVM LV.

NOBILIS Dominus Gregorius Catiȧ ex D. Caterina Torniella Vxore ſuſcepit liberos D. Claram, D. Ioannem D. Petrum, D. Bertolameum, D. Iacobum, & D. Stefanum quibus fratribus dicta D. Clara patre uolente & rogante & præſente marito dum traderetur nuptui fecit quietationem ambobus tamen ſcilicet D. Clara & ſuo marito exiſtentibus in minori ætate, puberibus tamen in qua renunciatione & refutatione in effectu dicta D. Clara renunciauit dictis fratribus hæreditatem dicti D. Gregorij Catiæ eorum patris quocunq; modo pertinere poſſet dicta hæreditas ſiue bona paterna iure naturæ ſiue falcidie, & quouis alio titulo, & hoc cauſa prętij florenorum Trium mille datorum eidem D. Claræ pro dote ſua, & prædicta quietatio fuit firmata iuramento. Poſtea uero dictus Dominus Gregorius mortua dicta vxore aliam duxit vxorē, ex qua habuit D. Gaudentium filium & D. Suſannam filiam, deinde ex hijs filijs primæ vxoris tres, ſcilicet D. Ioannes, D. Iacobus, & D. Stephanus, quibus erat facta quietatio de futura ſucceſsione paterna utſupra, deceſſerūt ſine deſcendētibus in pupillari ætate quartus ſcilicet D. Bertolameus deceſsit relictis deſcēdētibus, deinde dicta D. Clara filia dicti D. Gregorij relictis filijs deceſsit, ulterius dictus D. Petrus deceſsit relictis etiam hæredibus. Poſtremo dictus D. Gregorius pater inteſtatus deceſsit relictis nepotibus ex dicta D. Clara filia, & nepotibus ex duobus filijs primæ vxoris, & uno filio, & una filia alterius ſecundæ vxoris, utſupra.

Ex prædicto themate queritur an filii dictæ D. Claræ de Catiis ueniāt ad ſucceſsionem dicti D. Gregorij inteſtati non obſtante quietatione iuramento firmata. Et circa prædictum thema eſt primo uidendum an ualeat quietatio de qua ſupra. Secundo an ualeat quo ad alium poſtea genitum ex ſecunda vxore de quo non fit mentio in inſtrumento. Tertio an dicti filij ex dicta D. Clara ſi non ſint hæredes dictæ D. Claræ ueniant ad ſucceſsionem auitam dicti D. Iacobi.

1 Circa prædicta dubia dubium principale eſt † an renunciatio & quie

tatio iurata, de qua in themate obſit & noceat filiis dictæ D. Claræ non hæredibus dictæ D. Claræ, & uidetur prima facie dicendum quòd ſic per c. quamuis de pact. lib. vj. In contrarium tamen puto eſſe ueritatem & iuſtitiam, quia ſi filia promiſit non ſuccedere renunciando hæreditati, & iurauerit ſe nõ reuerſuram ad bona patris, tunc admittitur nepos ex dicta filia ad ſucceſsionem cum alijs nepotibus ex filia, ſecundum D. Bar. in l. qui ſuperſtitis in uer. quero ſecundũ prædicta ff. de aqui. hær. & quia de iure nõ potuit iurare ſuper iure tertij, c. quamuis ad fi. ibi nec redundet in alterius detrimentũ de pactis li. 6. & quia beneficium ſuccedendi de gradu in gradum deffertur a lege l. 1. §. ſi filius ff. de ſuis & legipt. & §. ita demum. Inſti. de hære. ab inte. ergo mater non potuit excludere filium a ſucceſsione data a lege ar. in l. ſi arrogator ff. de adopt. facit tex. l. 1. §. ſi emancipati ff. de bo. po. contra tab. nam quando filius uel filia eſt excluſus ſuccedit nepos.

2 Secundo hoc probatur fortiori ratione quia † cum proponatur in facto dictam filiam deceſsiſſe uiuo patre tunc indiſtinctè non obſtat nepoti ſecundum D. Bal. in l. pactum uer. ſecũdo quero circa fi. illius quæſiti C. de coll. qui allegat l. gallus in prin ff. de li. & po. & l. poſtumorum ff. de iniuſto teſtamento & Inſti. de hære. quæ ab inte. §. cum filius, & eſt ratio in promptu quia nemo poteſt renuntiare niſi iuri quod habet l. ſi quis in cõſcribendo cum ſy. C. de pact. ſed ſic eſt quòd huic filiæ nullum competit ius hæreditatis effectualiter quia deceſsit ante patrẽ, ut inſti. de hær. quali. & differẽtia §. ſui, ẽt de hæredi. quæ ab inte. def. §. ita demũ & l. ex cornelia ibi qui nulla bona in Ciuitate relinquit, ff. de uul. & pu. cũ ſy. mul. & hoc fundamẽtũ eſt incõuincibile.

3 Eſt quoq; aduertendum † quòd ſi hæc hæreditas ſit magni ualoris & quietatio autẽ pro tam pauco prætio florenorũ clx. tunc talis renunciatio etiam iurata tanquàm doloſa effectualiter non ualet, nec tale pactum iuramento firmatur. Ita conſuluit D. Petrus de Ancharano in ciuitate Senarum uidelicet, quòd non tenebat pactum iuramento firmatum per quod una puella quæ habebat de hæreditate patris quinque millia patruo dante ſibi quingentos aureos renunciauit hæreditati paternę, quia iſto caſu adeſt dolus re ipſa & potiſsimè etiam propter imbecillitatem ætatis, & hoc probat tex. in d. c. quamuis in uerbo dolo, qui tex. loquitur indiſtinctè ſiue dolus ſit ex animo ſiue re ipſa, quod dictum limitat Io. de Imola ut refert & ſequitur Gemi. in dicto c. quamuis, eſſe uerum, niſi ipſa puella ſciret ualorem hereditatis quæ ſcientia in dubio non præſumitur in hærede, l. qui in alterius ff. de reg. iur. & maximè in minore cuius ætas habet fragile, & infirmum conſilium, tex. in l. 1. in prin. ff. de minor.

4 Prętereà ſi dicta filia eſſet inducta † ad renunciandum hæreditati pa-

ternæ tunc renunciatio etiam cum iuramento non ualeret, l.1. & ibi D.Bal.C.de in inte.re.minorum l.ſi maior & ibi Bal.C.de dolo.& facit quòd not.Bal.in conuentionibus feudorum in titulo de pace iuramento fir.de adulto inducto blanditijs ad faciendum fratrem &c.

5 Nam probo.quòd †dolus præſumatur cõtra dictum minorem commiſſus ex enormi læſione ipſius minoris quia ex enormitate facti præſumitur conſilium animi, glo. in l. 1. quæ incip. 1. ex qualitate ff. de excep.doli.& Bar.in l.ultima ff.de præ.ſtip.& fac. quòd no.Bal. ti. de pace iuramento fir.§.item ſacramenta in uſibus feudorum.

6 Præterea † præſuponitur nõ eſſe ſeruatã ſolemnitatem ſtatuti Ciuitatis Nouariæ poſiti ſub Rub.De obſeruantia adhibenda per Notarios in inſtrumentis conficiendis & de alienationibus nõ faciendis à decẽ libris ſupra, niſi cum certa forma, & ſub Rubr. De contractu & obligatione non faciendo cum filio familias, ergo non ualet renunciatio,l.cum hij.§.ſi prætor ff.de tranſ.cum ſy.Præterea ut dixi ſupra talis quietatio etiam iurata non ualeret, quia doloſa, & ſuppoſito quòd ualeret,non nocet nepoti ex filia,qui uenit iure proprio poſtquam iure deceſsit uiuente patre, ut dixi ſupra plenè. Indubitatum enim cenſeo quòd hæc renunciatio non profit filio genito ex ſecunda uxore, quia renunciatio non extenditur extra perſonas cõtentas in renunciatione l.iubemus C.ad uell.& D.Bal.in l.pactũ C.de col.in

7 quarta quæſtione. Potuiſſem hic examinare illum articulum,†an iuramentum firmet contractum,an uero ſolum iuramentum ualeat nõ autem pactum uerum quia ex prædictis patet deciſio quæſitorum ex themate,Ideo ſcilẽtio conſultè prætereo, Dicam tamen unum uerbum quòd iuramentum firmat pactum.Ita ut uires pacti tranſeant ad hæredes iurantis, quia licet iuramentum ſit perſonale ex parte iurantis,tamen quantum ad robur contractus tranſit ad hæredes, Bal. in aut. ſacram.puberum in fi. C. ſi aduer.uen.& eſt glo.in c.quamuis in fi.glo.finalis de pact.li.6. & Bar.in l.qui ſuperſtitis ff.de aquir.hæredi.dum uult nepotem ex filia excludi a ſucceſsione ſi ueniret ex perſona iurãtis. Idẽ tenet Io.Cal.ut refert & ſequitur Geminianus in d. c.quamuis in uer.credo.dictum de pact.lib.6. dicit tex.ſi tamen iuramentum non ui nec dolo præſtitum fuerit, & ſic pactum eſt firmatũ iuramento,nõ autem iuramẽtũ iuramẽto,quia eſſet nugatio, Præterea hoc probatur ratione,nam cõfirmans debet reperire cõfirmabile & confirmans & confirmatum debent diferre,l.1.& 2.ff.de confir.tu.

8 Non obſtat ſi allegaretur† l.pactum C.de coll.l.fi.ff.de ſuis & legip. quòd non eſt in comertio noſtro ius ſuccedendi, quia loquimur de iure ciuili ſecus autem hodie per dictum c.quamuis de pact. quod c. fauore animæ eſt ſeruandum in omni foro, Præterea ius non ſucce- dendi

cedendi eſt in comertio noſtro mediante iuramento dicto c. quamuis, ſecus ſi ſine iuramento dicta l.fi.

Præterea ſiue pactum non firmetur iuramẽto quo caſu res eſſet clara in caſu noſtro, quia ſuccederet nepos ex filia, ſiue pactum ſit iuramento firmatum quòd uerius uidetur, tamen tale pactum non nocet nepoti ex dicta filia D. Clara, tum quia doloſa eſt renũciatio, tum quia non extenditur ad filios qui non ſunt hæredes, tum quia patre uiuo deceſsit filia quæ renunciauit, ut plenius dixi in ſuperioribus. Ex prædictis omnibus concludo dictum nepotem ex dicta filia D. Clara ſuccedere Auo ſuo D. Gregorio de Catijs.

*Et ita utſupra conſulo de iure Ego Martinus de Garratis de Laude.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

9 *Hodie ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione, tollitur c. quamuis de pac. in 6. & Auct. Sacramenta puberum C. ſi aduer. uen. in caſu infraſcripto, quo ſic diſponitur per Sacrum Concilium Tridentinum cap. 15. Seſsion. 25. In quacunq; Religione tam uirorum quàm mulierum, profeſsio non fiat ante Decimum ſextum annum expletum, Nec qui in minori tempore quàm per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſsionem admittatur, profeſsio autem antea facta ſit nulla &c. Et ſic dicitur in ſequenti cap. 16. Seſsion. 25. NVLLA quoq; renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, uel in fauorem cuiuſcunq; cauſæ piæ, ualeat niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij, fiat intra duos menſes proximos ante profeſsionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſequuta profeſsione, Aliter uero facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione etiam iurata, ſit irrita & nullius effectus.*

10 *Sed pone Magn. D. Io. Baptiſta Torniellus, ex Condominis Vergani, Conſanguineus meus, Deputatus Prætor Opidi Pernati, à Magn. Patre meo D. Io. Baptiſta Ploto Domino ipſius Opidi, cum uideret quandam mulierem Pernati luxurioſè uiuere, quo caſu illi poteſt bonis interdici, quia ſi eſt prodiga corporis, multomagis præſumitur quòd erit prodiga bonorum l. & mulieri quæ luxurioſè uiuit bonis interdici poteſt ff. de Curat. fur. D. Thom. Ferratius de Aduocatis de Briſsia cant. 6. fecit fieri proclama ut ſub pœna cum ea nemo contraheret obligationem contra eam, nec haberet ab ea renunciationẽ aliquam. Quæritur quid comprendatur in hac prohibitione. Et dic quòd prohibita obligatione, cenſetur prohibitus omnis contractus non ſolum lucratiuus, uerumetiam oneroſus, ſiue re, ſiue uerbis, aut litteris, uel conſenſu, contrahatur, puta Donatio, Renunciatio, aut ceſsio hæreditatis, uenditio, permutatio, depoſitum, mutuum cum ſimilibus tot. tit. Inſtit. de obligationibus ubi eſt tex. ſed uerbum renunciatio eſt generale prædicta compræhendens l. ſi. uer. renunciare C. de pact. fa. l. oratio ff. de ſpon. & c. cum quid de reg. iur. in 6.*

11 *Diſpoſitio uero c. quamuis de pactis in 6. & c. cum contingat de iureiur. & Auct. ſacra-*

ſacramenta C.ſi aduer.uend. non habet locũ ubi interueniſſet enormis læſio,quia tunc renũciatio hæreditatis,& omnis cõtractus etiã iuratus,etiã quòd de iuris rigore ualeret,propter uirtutẽ iuramẽti,tamen quia continet enormẽ læſionẽ,& ſic non habet tres comites Iuditium,Iuſtitiam,& æquitatem debet reſcindi. Et ſi unũ deficit non obligat cum effectu,& ſic contractus iuratus continens læſionẽ enormem debet reſcindi,habita prius iuramenti habilitatione ab Epiſcopo uel eius Vicario, & hæc eſt com.op. Dec.conſ.45. Diuino implorato præſidio quod ſupra in prin.& con.180.uiſa num.5.cum ſeq. Et plures modos anullandi & quatenus expediat reſcindendi renunciationes factas per mulieres de bonis paternis, & maternis,& alijs,uide latè per D.Iaſ.con.69.incip.quæritur uol.2. ubi diffuſè in ſpetie conſuluit contra renunciationem hæreditatis factam per Magn. D. Antoniam de Patronis uxorem Magn. & Excellentiſsimi Artium & Medicinæ Doctoris Domini. Andreæ de Plotis Phiſici Nouariæ Conſanguinei Germani Magn. D. Marci Ploti Abaui mei quòd ipſa renunciatio non ualebat, Et ipſum conſ. Iaſonis ſeruiet tibi in multis ad annullandum iſtas renunciationes quæ ſolent fieri per Pupillas uel mulieres unde uide Iaſon.d.con.69.uol. 2. ubi inter cetera inquit, quòd ſtante Statuto Ciuitatis Nouariæ quòd filius familias, ſeu filia familias non poſsit contrahere ſine Patris conſenſu, quòd ſi fiat contractus cum patre,quòd loco patris debet adhiberi Iudicis conſenſus,& autoritas, licet ſtatutum hoc non dicat,quia ſic debet de iure intelligi,ex quo Pater non poteſt in cauſa propria conſenſum præſtare,per tex.in l.1.ff.de aut.& conſen.tut.& ibi Bar.& Doct.& latè per Iaſ.d.con.69.uol.2.ubi plures dat modos anullandi. & reſcindendi has mulierum renunciationes.

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſul. D. Io.Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 Priuilegium ſuper feudo conceſſum,an præiudicet primogenito non uocato.

2 Princeps ſine conuicta culpa,non poteſt uaſallum diueſtire.

3 Regula,quod ab initio eſt uoluntarium expoſt facto efficitur neceſſarium, in materia feudali,etiam in Principe locum habet.

4 Princeps non poteſt ſine cauſa iuſta priuare ciuitatem Papiæ comitatu, & alteri conferre.

5 Vaſallus cum conſenſu domini alienans feudum,non nocet agnatis non conſencientibus.

6 Deus non ſubiecit Principi conuentiones & conſuetudines feudales.

7 Confeſsio tutoris in inuentario,an & quando ſibi præiudicet.

8 Veritati ſtandum eſt.

9 Ius canonicum eſt ſequendum,quando de peccato tractatur.

10 Fenerator poſt quinquennium an audiatur remiſsiue.

11 Primo

annos,& de præſenti poſsident,in quo quidem inuentario de uerbo ad uerbum talis eſt proteſtatio,Proteſtantes dicti tutores,quo ſupra nomine, quòd ſi qua bona & iura poſuerunt, aut ſcribi fecerunt, in præſenti inuentario non ponenda,& non deſcribenda uel ponenda & deſcribenda omiſerunt, quòd non ponenda pro non poſitis, & non deſcripta, & apponenda, pro appoſitis & deſcriptis habeantur. addentes in eorum proteſtatione prædicta, quòd inquantum in inuentario ipſo appoſita fuerint,quæ apponi & deſcribi non debuiſſent,id nullatenus eiſdem pupillis,nec alteri ipſorum,ſeu tutoribus, quo ſupra nomine præiudicare habeat, cum inquantum appoſitio eorum fieri non deberet in eo, nullatenus conſentiunt nec conſentire intendunt. Ex prædicto themate duo quæruntur. Primum, utrum priuilegium factum de feudo, quod de conſuetudine feudali patriæ pertinebat D. Purpuræ, & poſt mortem eius primogenito ſuo Antonello uigore conſuetudinis patriæ Regni Neapolitani, quod priuilegium factum fuit,ut præfertur,per D.Reginam Ioannam dictis tribus fratribus,habuerit, & habeat præiudicare dicto Antonello primogenito cum huiuſmodi conceſsioni priuilegij prędicti Antonellus primogenitus, & D. Purpura non conſenſerint, & ſecundum conſuetudinem dicti Regni Primogenitus ſuccedit in feudo. Secundum dubium, an confeſsio dicti Antonelli facta in inuentario,tamquam tutoris filiarū dicti Petruſij habeat præiudicare dicto Antonello, qui dixit dictam tertiam partem dicti feudi reperiſſe in bonis dicti Petrutij fratris ſui.

Christi Eiuſq; glorioſę genitricis uirginis Mariae nominibus inuocatis.
1 †ut moris mei eſt condeſcendam ad dubiorum deciſionem omiſſo diſputationis curriculo. Itaq; proponitur in facto conſuetudinem fore,quod primogenitus ſuccedit in feudalibus, de qua conſuetudine meminit Bald.in l.omnes populi ff de iuſtitia & iure. Secundo,quòd de conſuetudine Regni filia ſuccedit in feudo,quamuis de conſuetudine generali feudorum non ſuccedat fœmina.c.1.§. hic autem nondum titu. qui feud. da. poſ. His breuiter decurſis reſpondeo primæ conſultationi, quòd dicta inueſtitura facta a bonæ memoriæ Sereniſsima Regina non nocet dicto Antonello primogenito,fretus illa regula feudali, Quia † Princeps non poteſt deinueſtiro
2 uaſallos ſuos ſine conuicta culpa. Caſus eſt in c.1.in principio, de natura feu. & in c. 1. de feud.ſine culpa non amittendo. nam certè ſunt cauſæ introductæ a conſuetudine feudali, quibus Princeps poteſt priuare uaſallum iure ſuo, non alias,toto titulo, quibus modis feudum amitta.& tit.quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi in uſibus feudorum.& in caſu noſtro proponitur nullam fuiſſe cauſam amittendi feudum contra dictam D.Purpuram nec dictum Antonellum. igitur

GG dicta

dicta inueſtitura feudalis Regia complectens dictos tres fratres, non
3 tenet, neque nocet iuribus dicti Antonelli primogeniti. † nam in materia feudali etiam in Principe habet locum regula, quod ab initio eſt uoluntarium ex poſt facto efficitur neceſſarium. l. ſicut. C. de actioni. & obligatio. & notat gloſa in capitulo 1. in princip. de natura feudi ſuc. Præterea non potuit dicta Sereniſsima Regina ius iam cōceſſum in feudum alteri conferre, in præiuditium dictæ D. Purpuræ, & dicti
4 Antonelli. † Pro prædicta deciſione facit quod ſingulariter notauit Baldus in dicto capitulo 1. de natu. feudi ubi notabiliter inquit, quòd Princeps nō poſſet ſine cauſa conuicta priuare Ciuitatem Papiæ Comitatu, & conferre alteri. Ad idem facit textus in capitu. 1. §. ſi clientulus, in uerſiculo, fratri uero ſecundum unum intellectum Iacobi de
5 Bel. ibi per illum text. ait Iacobus de Beluiſo, † Quod licet uaſallus cum conſenſu Domini alienauerit feudum inueſtiendo alterum, non tamen nocet agnatis. facit id quod notatur in capitulo 1. de ſucceſſione feudi. ergo ſi etiam dicta D. Purpura conſenſiſſet, unà cum dicta Sereniſsima Regina, non tamen noceret primogenito, licet alienatio noceat alienanti, & conſentienti, non tamen nocet agnato non conſentienti. Ita conſuluit Bald. in conſilio quod incipit an gratia, facit quod notat Baldus in capitulo 1. an agnatus uel filius, & Bald. pulchrè in l. qui ſe patris C. unde liberi. uerſiculo, & ſcias quòd renun-
6 ciatio. † Ad idem facit, quoniam licet Deus ſubiecerit leges Principi non tamen ſubiecit conuentiones & conſuetudines feudales, ſecundum notata Doctorum, maximè Cyni, Bartoli, & Bal. in l. digna uox C. de legibus. Ex prædictis liquet dictam inueſtituram non nocere
7 primogenito. † Capio ſecundum dubium, quo queritur, an confeſſio dicti Antonelli facta in inuentario noceat dicto Antonello, cui conſultationi reſpondi, dictam erroneam confeſsionem non nocere dicto tutori, nam licet confeſsio tutoris facta per inuentarium, certè præiudicet, quòd non poſsit probari contrarium l. finali. C. arbitrium tutelæ, tamen hoc modificatur eſſe uerum in rebus mobilibus. Secus autem in rebus immobilibus, ſecundum Iacobum de Aretio, Cynum, & Baldum in d. l. finali C. arbitrium tutelæ, & eſt ratio diuerſitatis. quoniam mobilia poſſunt faciliter occultari. l. lex. quæ tutores C. de adminiſtratione tutorum. Sed immobilia non poſſunt ita
8 faciliter occultari. † Vnde ſtandum eſt ueritati, licet ponat in inuentario, dummodo non ſit Minoris, quod uidetur eſſe æquum & rationabile, ut ſtetur ueritati. l. cum falſa C. de iuris & facti ignorantia, & ſatis opitulatur eorum proteſtatio de qua ſupra, quia non intendebat tutor ſequi niſi ueritatem, ut plenè notatur in l. tutor. qui repertorium ff. de adminiſtratione tutorum & in l. 1. §. Item ſoluit ff. de offi-

officio præfecti Vrbis, Ex prædictis apparet dictam confeſsionem nõ
nocere ueritati, faciunt notata per Bartolum in l. non fatetur ff. de con
feſsis. Aduertendum eſt, quòd propter malam fidem dicti Petrutij
non eſt decurſa præſcriptio capitulo fin. de præſcript. faciunt notata
9 per Angelum in repe. l. 1. C. de iudi. † Nam hoc caſu ſequi debemus
ius canonicum cum de peccato tractatur, ſecundum Angelum in l.
unica C. de uſucapione transformanda. & plura notantur in l. ſequi-
tur. §. ſi uicinus. ff. de uſucapio. & plenè ſcripſit Dominus Ioannes de
Imola in repetitio. d. capit. fina. de præſcription. & facit quod notat
Baldus in queſtio. per eum diſputata, quæ incipit ſtatuto Ciuitatis
10 cauetur. † quod fenerator per quinquennium non audiatur. faciunt
notata per Baldum in capitulo, ſi quis per triginta. titulo, ſi de feu-
do fuerit controuerſia. Ex prædictis apparet quid iuris in omnibus
quæſitis. LAVS DEO.

*Martinus Garratus Laudenſis.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

11 *Primogenituræ ius ſine cauſa iuſta abſq; primogeniti cõſenſu tolli à Principe nõ poteſt uiuẽte, nec mortuo patre, ut per D. Mar. ſupra nũ. 1. & 2. cũ ſeq. in trac. et de primogen. q. 16. incip. quæro, an Papa uel Imperator, et hoc intellige ubi ex contractu puta feudali ius acquiſitũ eſt Primogenito cum Princeps nõ poſsit ſuo contractui contrauenire, Tiraquel. de iur. primoge. q. 21. incip. uigeſimoſeptimo quæro quoniam, num. 7. uer. hæc autem, tex. Bal. & Doc. c. 1. de ſuc. feud. Bal. & Iaſ. & Doc. l. 1. ff. de pac. & c. 1. ubi Doct. per illum tex. de prob. Mod. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Sed ſi ex ſtatuto uel conſuetudine eſt acquiſitum ius Primogenito, ſicuti Princeps poteſt ſtatutum & conſuetudinem in totum tollere, ita poteſt illis derogare in particulari, concedendo ut Pater poſsit æqualiter inter filios diſponere, & hoc ubi agitur de iure quærendo, & nundum delato, Sed ſi iam eſſet delatum, puta quia pater fuiſſet mortuus tunc Princeps ius primogenituræ tollere non poteſt Luc. de Penna in l. pen. C. de decur. lib. x. Tiraquel. trac. de iure primogen. q. 22. incip. ſed uigeſimo ſecundo quæro.*

12 *Ipſe autem Primogenitus poteſt renunciare Iuri primogenituræ, ut patet in Teſtamento ueteri quo Eſau renunciauit Iacob fratri primogenituræ, ut per D. Mart. Garr. Lauden. trac. de primogenitura q. 23. incip. c. quæro. Imo Primogenitus etiam in præiuditium eius creditorum poteſt renunciare iuri primogenituræ, alteri fratri, Tiraquel. trac. de iure Primogen. q. 24. & facit c. 1. de renun. in 6. & l. fi. C. de pac.*

13 *Et ex omnibus cauſis ingratitudinis quibus poteſt filius exhæredari, & a Patre etiam legiptima priuari, de quibus in §. aliud quoq; capitulum in Auc. ut cum de Appel. cog. poteſt ex eiſdem cauſis & ipſarum qualibet filius Primogenitus in-*

*gratus iure Primogenituræ & regno a patre priuari, ut per D. Mar. Gar. Laud. trac. de primogen. q. xix. incip. ſed operepræcium eſt quærere, & q. xx. incip: ſed nunc, ubi uult illum quem pater loco primogeniti priuati inſtituit teneri probare cauſas ingratitudinis iuxta. d. §. aliud quoq; capitulum.*

14 *Si tamen Primogenitus non eſt idoneus, puta Hereticus uel demens, uel furioſus cecus uel mutus, non ſuccedet ipſe ſed ſecundogenitus, etiam ſi pater non priuaſſet primogenitum Tiraquel. latè trac. de iure primogen. q. 23. ubi allegat Bal. in l. omnes populi col. 9. uer. Eſt ergo alind exemplum ff. de inſt. & iur. Bal. c. 1. in fi. de ſuc. Feud. D. Mart. Gar. Laud. trac. De primogen. q. 40. incip. Rurſus quærendum facit l. ut gradatim ff. de Mun. & honor. Et ita fuit ſeruatum in Maximiliano Sforfia Duce Mediolani demente quòd eo uiuente fuit factus Dux Franciſcus Sforfia eius frater ſecundogenitus Ducis Ludouici Sforfiæ.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius Ill. Iureconſul. D. Io. Baptiſtæ Ploti Equitis & Comitis, ac Pernati Domini.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum quo Maritus reliquit Vxorem hæredem non ualet tamquam factum in fraudem Donationis prohibitæ, nec confirmatur morte niſi ſecuta traditione, ſed quòd ualeat, uide infra num. 3.*

*Maritus Vxorem inſtituere quando poſsit, & uide num. 3. & 4.*

2 *Hæres inſtitutus, non adimplens uoluntatem Defuncti, quando poſsit priuari, & eidem interdici adminiſtratio, & uide num. 5. & 6.*

3 *Teſtamentum & Donatio inter Coniuges morte confirmantur abſq; traditione.*

4 *l. Papinianus ff. de don. int. uir. & uxor. eſt correcta.*

5 *Hæres nõ implendo Defuncti uoluntatẽ quando amittat hæreditatẽ & nũ. 6.*

6 *Hæredi non currit tempus, nec pœna teſtamenti ubi illud eidem non fuit intimatum.*

## CONSILIVM LVII.

DOMINVS Ioannes Botacius de Tertona ſuum ultimum condidit Teſtamentum in quo plurima legata fecit, & uoluit, quòd ſui hæredes teneantur manutenere lectum unum fulcitum pro pauperibus hoſpitalium in una ex ſuis domibus. Item legauit quòd per ſuos hæredes fiat una caritas omni anno pro anima ſua uſq; ad decem annos. Hæredem autem uniuerſalem inſtituit D. Franceſchinam Vxorem ſuam tali modo, quòd dicta D. Franceſchina non poſsit aliquid diſponere nec alienare niſi cum conſenſu & affirmatione Domini Rainaldi de Rainaldis de Mediolano,

Con-

Contingit quòd deceſsit dictus Teſtator. Poſteadeceſsit dictus D. Raynaldus qui nullum præſtitit conſenſum,deinde poſt mortem dicti D.Raynaldi deceſsit dicta D.Franceſchina hæres inſtituta,ab inteſtato relicto D.Antonio filio ex primo matrimonio contracto ante matrimonium contractum cum D. Ioanne teſtatore,qua D.Franceſchina mortua, dictus D. Antonius Priuignus dicti D. Ioannis Botacij Teſtatoris ingreditur bona hæreditaria dicti D. Ioannis Botacij, in quibus fuerat inſtituta hæres dicta D.Franceſchina. Nunc autem D. Micheria dicti Teſtatoris ſoror agit contra dictum D.Antonium dicens dictam hæreditatem ad ipſam D.Micheriam ſpectare & pertinere tãquam ad proximiorem allegans quòd modus adiectus in teſtamento non fuit impletus per ſupraſcriptum D.Raynaldũ de Raynaldis. Quęritur ſuppoſito ſtatuto quòd fœminæ nuptę uel non nuptę dotatæ,uel non dotatę poſsint ſuccedere ſecundum ius commune,& ſecundum l.an dicta D. Micheria ſoror dicti quondam D.Ioannis teſtatoris præferatur dicto D. Antonio priuigno dicti teſtatoris. Secundo queritur an poſsit interdici adminiſtratio ſuppoſito ſine ueri præiuditio quòd dicta hæreditas pertineat dicto D. Antonio, eo quia non adimpleuit piam cauſam dictorum legatorũ dicta D.Franc.

1 Circa primum quo queritur † ſuppoſito ſtatuto &c. dicendum dictam inſtitutionem dictæ D.Franceſchinæ eſſe nullam,tamquam factã in fraudem donationis inter uirum & uxorem in materia prohibitiua,ut not.Inquit Cy.l.1.ad fi.C. de ſan.ecc.pro quo facit ratio manifeſta. Nam vir & vxor uidentes prohibitionem donationum conderent teſtamenta , & ſic per indirectum fieret contra prohibitionem donationum inter uirum & uxorem,l.oratio.ff.de ſponſali.facit l.qui teſtamentum ff.de probat.l.cum quis §.ticia.de legat.3. Nec obſtat quòd donatio morte confirmetur,l.donationes C.de dona.inter virum & uxorem. quia reſpondeo quòd non confirmatur niſi ſecuta traditione l.papinianus ff.de donat.inter uirum & uxorem. Ex prædictis apparet talem inſtitutionem nec ualere nec tenere.

2 Suppoſito ſine ueritatis præiuditio † quòd inſtitutio ualeat, uidetur dicendum poſtquam dictus D. Raynaldus non præſtitit conſenſum dictam inſtitutionem non habuiſſe effectum in cauſa inteſtati nam in cunctis eſt domina uoluntas Teſtatoris & habetur pro lege §. diſponat in aut.de nup.l.in conditionibus de cond. & demo.l.1. C. de ſac. ſan. ecc.ſed hic non fuit ſeruata forma a teſtatore tradita poſtquam dictus D. Raynaldus non præſtitit conſenſum igitur &c. Et pro prædictis facit quòd notat Bar. in l.1. §. ſi plures ff. de exercito. & not. Cano.in c. primo, ne ſede uacan. lib. vj. Ex prædictis apparet formam dicti teſtamenti non habuiſſe locum.

Circa

Circa ſecundum quo queritur &c. eſt dicendum adminiſtrationem bonorum interdici poſſe. c. ſi hæredes & c. nos de teſtam. ubi plenè notatur & plenè in l. nulla cum ſua auđen. C. de epiſc. & clericis.

Amplius ſi eſſet monitus hæredes poſſet priuari hæreditate Auđen. hoc amplius C. de fideicom. & ibi Cy. Bar. Bal. & Ang. & ſi eſſet conſtitutio Sinodalis eſſet priuatus hæreditate de conſuetudine, ut refert Bal. in l. captatorias C. de te. nuli.

*Et ita de facto* D. *Martinus conſultus ſpreuit conſulere ſed allegauit in hoc modo in Ciuitate Tertonæ, audientibus Nobis Hieronimo de Guidobonis & Petro de Buſſeto Doctoribus Tertonæ.* 1460.

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

3 *Iure merito in caſu præmiſſo conſulere in ſcriptis recuſauit Excellētiſsimus Doctor D. Martinus Garratus, quia de iure non militabant, ſed ſolum præmiſſa uiua dixit uoce, forte, ut partes ad inſtam abſq; lite compoſitionem reduceret, Nam teſtamentum, & Codicillus, & Donatio cauſa mortis, & deniq; omnis ultima uoluntas, facta per Maritū in fauorem Vxoris, & per Vxorem in fauorem Mariti, ualent de iure communi, & confirmantur morte, etiamſi non fuiſſet ſecuta aliqua traditio. l. ex uerbis & l. donationes quas parentes C. de Don. int. uir. & Vxor. & l. ſi quando ff. de leg. 1. & l. cum hic ſtatus in prin. & §. 1. ff. de Don. inter uir. & uxo. Imo etiam Donatio inter uiuos, licet non ualeat inter uirum & uxorem, tamen confirmatur ex morte tamquam legatum etiam ſi non fuerit in uita ſecuta traditio, adeo quòd ex ea poteſt tanquam ex legato deduci falcidia, tex. et Doct. in d. l. cum hic ſtatus ff. de Don. int. uir. & uxo. iuncta l. ſi quis argentum cum ibi not. C. de Don.*

4 *Neq; obſtat l.* Papinianus *ff. de Don. int. uir. & uxor.* Superius *allegata per* D. Mart. *quia reſpondetur, quòd d. l. papinianus eſt correcta per d. l. cum hic ſtatus, quæ ſequitur poſt d. l. papinianus, ut inquit glo. in d. l. papinianus ubi glo. uer. Mariti,* Et *ſic eſt concludendum quòd ultima uoluntas, &* Donatio *cauſa mortis & inter uiuos, ubi non reuocentur, quòd confirmantur inter Coniuges ſola morte & ualent etiamſi traditio non fuiſſet ſecuta d. l. cum hic ſtatus, & glo. uer. Mariti in d. l. papinianus ff. de* Don. *int. uir. & uxor.*

5 *Similiter* Hæres *inſtitutus non adimplens uoluntatem* Defuncti, *non priuatur hæreditate, nec eidem poteſt bonis interdici niſi diſtulerit exequi uoluntatem* Defuncti *per annum poſtquàm fuit iuſſus à Iudice ut exequeretur uoluntatem* Defuncti *ubi res erat clara quòd debebat exequi, tex. in Auct. hoc amplius C. de fideicom. & ibi* Doc. Et *ſi ſtaret per alium quominus exequeretur quia nollet conſentire, uel præſtaret impedimentum, uel eſſet mortuus ille* Tertius, *non debet hæres priuari ſic impeditus ubi per eum non ſtetit quominus exequeretur, tex. &* Doct.

in l

in l.quibus diebus ff. de cond. & demon. Vnde iure merito in præmiſſo caſu D. Martinus recuſauit conſulere.

6 Et ſi Teſtator in teſtamento relinquat hæredem Filiam, aut Neptem, uel aliam ſi nupſerit, uel cum hoc quòd nubat in familia Teſtatoris, qua honeſtè poſſit nubere Secundum l.cum ita legatum ſit ſi Ticio & l.hoc modo legato dato ff. de cód. & demon. Alioquin quòd eam priuat hæreditate ſi talis inſtituta nubat extra familiam non priuabitur hæreditate ubi ignorabat teſtamentum, & illi non fuit intimatum ac notificatum per illos de familia nec per alium, l.ſtatu liberos §. ſi quis hæredi in diebus triginta ff. de ſtatu lib. Nam tempus & conditio & pœna poſitum ac poſita in teſtamento non currit niſi ſcienti Bart. l. fi. in prin. poſt glo. ibi in uer. delatum C. de iur. delib. Bar. & Bal. l. 1. C. de his quæ pen. no. Pet. de Anchar. c. nos quidem de teſtam. & con. xxix. Barb. conſ. 50. incip. Præclare col. 3. uer. Et ſi quiſpiam uol. 2. Tiraq. de Retract. §. 35. glo. 4. num. 2. uer. Nec interim, per tex. in d. l. ſtatu liberos §. ſi quis hæredi, & l. ſi hæreditas in prin. ff. de ſtatu lib. Et hoc maximè procedit ubi talis fuiſſet nupta in ætate minori annorum uigintiquinque, quia non incidiſſet in ipſam pœnam nec priuationem ubi illi non fuiſſet teſtamentum notificatum tot. tit. ff. de minor. & ff. ex quib. cau. mai. Et ita per Magn. Patrem meum D. Io. Baptiſtam Plotum fuit conſultum ad requiſitionem Magn. Iureconſulti D. Renati de Leonardis Nouariæ patritij, nam Vxor ſua Magn. D. Barbara de Arduinis fuerat a patruo ſuo D. Io. Baptiſta de Arduinis hæres inſtituta ſi nuberet in familia de Arduinis quæ de Giera etiam appellatur, alioquin inſtituebatur D. Conſtantius de Arduinis frater dicti D. Io. Baptiſtæ, & alius proximior de Arduinis. Et ipſe D. Conſtantius eam matrimonio collocauit ipſi Magn. D. Renato dum ipſa annos Quindecim ſeu Decem ſemptem non excederet & fuit conſultum per Magn. D. Patrem meũ, eam non amiſiſſe dictam hæreditatem per præmiſſa, quia ipſum teſtamentum non fuit illi intimatum per ipſos de familia de Arduinis, ut patet ex prædictis, Et hoc contra illos de familia eſt clarum, Sed clarius contra ipſum D. Conſtantium, & alios de Arduinis eius hæredes, quia non debent audiri contra eam quia eſſet allegare turpitudinem dicti D. Conſtantij cuius ſunt hæredes, quo caſu audiri non debent ipſi, ſicuti non audiretur D. Conſtantius olim eius Tutor ac Curator. Alexan. conſ. 65. quoniam col. 1. uer. quarto noſtra intereſt, & col. 2. num. 3. uer. Et per conſequens Tutrix uol. 6. Vltra quòd dictus Dominus Conſtantius tanquam Vir probus noluit eam dare illis de Arduinis, quia erat inter eos impedimentum gradus agnationis, adeo quòd matrimonium honeſtè fieri non poterat, ergo non amiſit hæreditatem ipſa Magn. D. Barbara, d. l. cum ita legatum & d. l. hoc modo legato dato ff. de cond. & demon. Nec tenebatur petere diſpenſationem à Papa etiam quòd Papa potuiſſet ſoleretq; in illo gradu diſpenſare, quia Principis factum reputatur impoſſibile, & diſponſatio non fit niſi ambobus conſentientibus, Rebuff. in Bulla Diſpen. ratione ætatis glo. uer. tuis in hac parte ſupplicationibus. Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes.

SVM.

## SVMMARIVM.

1 *Homicidiũ quibus modis præſumatur factum ad defenſionem uide per to. con.*
2 *Defenſionis perſonæ ſiue rerum cauſa eſt licitum uim ui repellere.*
3 *Præſumitur factum ad defenſionem quicquid reperitur factum contra primo euaginantem.*
4 *Præſumitur ad defenſionem feciſſe, qui minus eſt uulneratus, & magis uulneratus, uel occiſus, præſumitur quòd aggreſſor uel inſultans fuerit.*
5 *Præſumitur factum ad defenſionem ubi fuit terror armorum aut iactatio percuſſionis.*
6 *Præſumitur ratione loci factum ad defenſionem.*
7 *Præſumitur factum ad defenſionem ubi quis erat in diſcrimine uitæ.*
8 *Præſumitur factum ad defenſionem ubi erat probabilis dubitatio.*
9 *Præſumitur Homicidium factum ad defenſionem per dantem operam rei licitæ contra dantem operam rei illicitæ.*
10 *Præſumitur homicidium factum ad defenſionem, ubi reperitur factum contra perſonam ſolitam eſſe homicidam.*
11 *Præſumitur contra habentem malum nomen uel cognomen.*
*Tortura incipi debet contra habentem malum nomen uel cognomen.*
12 *Pœna mortis locum non habet in delictis niſi contra doloſum.*

## CONSILIVM LVIII.

QVIDAM Saluagius appellatus Malandrinus octogenarius armiger maledictus præceperat Andreæ, & alijs famulis ſuis ut deberent ire furatum frumentum alienum quod minimè fecerunt, deinde dictus Saluagius iratus, quia non fecerunt hoc, eos uocauit & incarcerauit in quãdam cameram uolens eos occidere, quia ſolitus erat alios occidere famulos, & cepit eos ſic in camera detruſos percutere, tandem dictus Andreas & alij famuli ſic intruſi dictum Saluagium eorum patronum interfecerunt. Queritur modo an ipſi teneantur de occiſo & ſint puniendi tamquam homicidæ.

Circa huius dubij deciſionem præmitto in facto, quòd Saluagius præcepit rem illicitam famulis, ſcilicet frumẽtum alienum accipere. Secundo præmitto quòd dictus Saluagius primo eſt agreſſus Andream & alios famulos in quadam camera. Tertio præmitto quòd dictus Saluagius clauſit dictum Andream & alios famulos in quandã cameram, quæ tria euidentialia præmitto tam ex inſpectione inquiſitionis formatæ contra eos, quàm etiam ex inſpectione confeſsionis.

Item & quarto præmitto probatum eſſe per teſtes qualiter dictus Saluagius eſt ſolitus occidere famulos ita probatur per Teſtes.

1 †His ſic præmiſsis uenio ad radicem cum ſecuri, & dico dictum Andream & ſocios eſſe abſoluendos, quia regula eſt quòd pro defenſione rerum ſiue perſonæ licitum eſt uim ui repellere l.1. C. unde ui. Ang. in l. quoniam multa. C. ad l. Iuliam de ui. pub. & per Bar. in l. ut uim ff. de iuſti. & iure. ſed ita eſt quòd dictus Andreas occiſit dictũ Saluagium ad ſui defenſionem quòd multiplicibus & ineuitabilibus rationibus demonſtratur. Primo quoniam inſultatus præſumitur occidere ad ſui defenſionem, tex. & ibi Bal. no. in l.1. §. cum arietes. ff. ſi qua. pau. fe. dicatur. Sed dictus Saluagius eſt primo agreſſus dictum Andream igitur &c.

2 Secundo probatur quia præſumitur factum ad defenſionem contra eum qui cepit euaginare ſecundum D. Floria. in l. ſcientiam §. qui cũ aliter ff. ad l. acquil. ſed ita eſt quòd dictus Saluagius nedum incepit euaginare ſed etiam percutere, igitur &c.

3 Tertio probatur† quòd ad ſui defenſionem fecerit, quoniam ille qui fortius eſt uulneratus præſumitur incoaſſe, & alius ad defenſionem feciſſe ſecundum D. Alberi. in l. ut uim ff. de iuſti. & iur. in uer. Item querit Vbertus, ſed ita eſt quòd dictus Saluagius eſt magis uulneratus & occiſus quàm dictus Andreas, igitur &c.

4 Quarto probatur quoniam † ſufficit terror armorum uel iactatio percuſsionis, glo. quam ſequuntur Doct. in l.1. C. unde ui. ſed ita eſt quòd hic affuit iactatio & percuſsio, quia dictus Saluagius percuſit dictum Andream cum Aceta. igitur &c.

5 Quinto ꝓbatur† quoniã erant clauſi in camera & ſic coarctati loco iuxta not. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. l. autẽ facta §. locus. ff. de pen.

6 Sexto & fortius † quia ſufficit eſſe in diſcrimine uitæ tex. C. ad l. cor. de ſica. l. is qui agreſorem & ibi Bar. & Ange. qui dicunt ita ſe de facto conſuluiſſe in Ciuitate Venetiarum, ſed ita eſt quòd dictus Andreas erat conſtitutus in diſcrimine uitæ, eo ipſo quòd terror inferebatur cum armis ſecundum D. Florianum in d. l. ſcientiam §. qui cum aliter qui allegat glo. ita tenere in l. ſed & ſi quãcunq; ff. ad l. aqu. igitur. etc.

7 Septimo quia † ſufficit probabiliter dubitare de timore mortis, ad hoc ut dicamus ad defenſionem occidiſſe. Inno. in c. ſi uero primo de ſenten. exco Sed ita eſt quód dictus Andreas magis quàm probabiliter potuit dubitare cum iam ſemel fuerit percuſus cũ aceta & clauſus in camera & à domino ſuo l. & metus & ibi glo. ff. ex. qui. cau. mai.

8 Octauo quoniam † dictus Saluagius dabat operam rei illicitè, uidelicet mandando dictum Andream & ſocios ut caperent frumentum alienum, & ideo præſumitur contra eum homicidium factum ad de-

fenſionem l. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad l. aquiliam.

9 Vltimo quoniam † probatum eſt per Teſtes ſicut dictus Saluagius conſueuit in ſimilibus homicidia comittere, & ideo arguendo a conſuetudine patris familias pręſumitur quòd ad defenſionem ſit factum homicidium, Bar. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori ff. de oper. nou. nunc. Bal. in l. ſi quis in hoc genus C. de epiſcopis & cleric. & per Cy. in l. denuntiamus C. de hiis qui ad eccle. & per Bar. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de offi. Præſidis. Præterea doli abſentia præſumitur cum iſti à principio non habuerint inſtrumentum cum quo poſſent interficere, c. ſignificaſti de homici. pro quo faci. notata Ange. in l. is qui cum telo. C. de ſicca. faci. nota. Alberi. in l. ut uim ff. de inſt. & iur. Præterea qui minatur mortem licitè occiditur, Bal. in l. 1. C. quando lice. unicui. ſiue iudi. uendi. ergo iſtum minantem eis mortem potuerunt occidere licitè. Præterea quia ipſe ueniebat cum aceta, igitur dicti inquiſiti uidentur eſſe inſultati & potuerunt occidere, per l. 2. & per glo. C. de ſiccar. Et in hanc ſententiam inclinat Bart. in l. 1. C. unde ui & eam ſequitur ibi D. Ange. & dicit quòd adhuc ex hiis multam pecuniam lucraberis. Apparet ergo dictos inquiſitos eſſe abſoluendos. Præterea non tenetur lege cornelia niſi ſit in dolo ut no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſsus fue. & dicta. l. in l. cornelia, maximè etiam cōſiderato iure municipali, quo cauetur quòd nullus pœna corporali puniatur niſi ſtatuto expreſſe caueatur, & ideo non obſtat dictus §. qui cum aliter in dicta l. ſcientiam, quia in caſu noſtro non fuit dolus. Item quia ille §. loquitur in lege aquilia. ubi de leuiſsima culpa teneretur ſecus in l. cornelia, ut dictum eſt ſuperius. Non obſtat l. furem ff. de ſicca. quia imo concordat, quia in caſu noſtro non poterat parcere ſiue periculo perſonæ ſuæ. Et licet ſatis ſit demonſtratum fuiſſe dolum abeſſe, Tamen adhuc clarius iuuat aliter demonſtrare & abeſſe dolum, & in caſu præmiſſo, præſumi ad defenſionem feciſſe, & confeſſum cum qualitate admitti debuiſſe. Quoniam in confeſsione prædicta interuenit iuramentum, ut patet ex inquiſitione, ergo confeſsio efficitur indiuidua, ut uoluit ſingulariter Bal. in l. ſi ex falſis C. de tranſac. & in l. fi. C. de edic. de adri. tol. & in uſibus feudo. in titulo de contro. inueſti. §. ei autem. Item ſecunda clara eſt quòd pro defenſione perſonę ſuæ & ſuarum rerum licet occidere. Ange. in l. quoniam multa C. ad leg. iul. de ui. pu. facit l. 1. C. unde ui, & l. ut uim ff. de iu. & iure &c. Nam inſultatus præſumitur occidere agredientem ad ſui defenſionem, tex. & ibi Bald. not. in l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. Pau. Fe. di. Sed dictus Saluagius primo eſt aggreſſus ergo &c. Item præſumitur ad defenſionem contra eum qui cepit euaginare ſecundum D. Florianum in l. ſcientiam

§. qui

§.qui cũ aliter ff.ad l.aquiliam.ſed dictus ſalua.ne dum euaginauit ſed percuſſit. Non obſtat quòd adſit prima confeſsio pura, Quia reſpondetur quòd ex uerbis ipſius confeſsionis & inquiſitionis apparet dictum homicidium eſſe comiſſum ad ſui defenſionem, ut ibi dum dicitur quòd ipſe Saluagius minabatur dicto Andreæ de occidendo dictum Andream cum aceta & eum percuſit ſuper ſpatulis, facit l. fi. C. de dona. & C. ſi min. ab hær. ſe abſ. l. 1. ibi fides ueritatis. Præterea ſequens confeſsio cum qualitate defenſionis bene declarat præcedentem confeſsionem, l. ſi ſeruus plurium §. fi. de leg. 1. Non obſtat quod non credatur quod ad defenſionem, ut per Bar. in dicto. §. idem quęſiit. Quia illud uerum niſi adſit iuramentum in confeſsione quia tunc efficitur indiuidua, ut not. Bal. in l. ſi ex falſis C. de tranſac. & in c. 1. de controuer. inueſti. Vel reſpondeo non eſſe curandum de illis uerbis ad defenſionem poſtquam conſtat clarè ex narratione primæ confeſsionis eſſe commiſſum homicidium ad defenſionem per multas rationes ſupra demonſtratas. Nec obſtat c. ſignificaſti, nec ætas Saluagij, & Ange. in d. l. 1. §. diuus. Quia procedunt niſi occidens eſſet conſtitutus in diſcrimine uitæ, & niſi adeſſet terror armorum & niſi Saluagius primo aggreſſus fuiſſet & conſuetus fuiſſet homicidia facere, glo. in l. 1. C. unde ui & Ang. in d. l. qui agreſſorem & Bar. in d. §. ſi quis ipſi prætori cum ſimil. Et ita eſt tenendum de iure non obſtante quod contra præmiſſa infraſcripta motiua & dubia allegarentur infraſcripta, uidelicet.

In conſilio ſupra poſito quod incipit Quidam Saluagius, faciunt iſta iura. Primo l. ſi confeſſus ff. de cuſto. reo. etiam ſi proceſſus eſſet nullus iuxta notata per Inno. in c. per inquiſitionem de electi, & per Bal. in l. & ſi ſeuerior C. ex qui. cau. infa. irro. Nam unica confeſsio ſpontanea ſufficit ad condemnan. glo. & Bar. in l. 1. ff. de cuſt. reo. Nec in ſecunda confeſsione obſtat qualitas adiecta quod ad ſui defenſionem quia ſunt uarij in confeſsionibus, Bar. in l. eos de fal. Præterea quod occiderit creditur contra ſe ſed quod ad ſui defenſionem non, Bart. in l. aurelio. §. idem quæſijt de libera. lega. & in eius diſputatione quæ incipit per Italiam & Bald. in l. unica, C. de confeſsis & glo. Io. Andreæ in cle. 1. de homici. cum ſy. Præterea uim ui repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutellæ. Nam non excuſatur a pœna homicidii qui occidit cum alias euadere poſſet c. ſignificaſti, de homici. licet Bal. in dicta l. 1. C. unde ui, dicat contrarium. Quod autem fecerit ad ſui defenſionem relinquitur arbitrio Iudicis, Bal. in dicta l. 1. C. de confeſsis facit glo. in d. c. ſignificaſti, maximè quia dictus Saluagius erat proſtratus in terram. Item hoc ætas eius ſuadet, qui erat octogenarius & maximè quia propoſitum eorum propter homici-

dium. Item quia dictus Andreas fuit percuſſus in ſpatulis & dictus Salnagius in gula, faci. not. Ange. in l. 1. §. diuus ff. ad le. cor. de ſicca. ubi dicit quòd qui percuſsit in capite cum poſſet percutere in ſpatulis dicitur habere animum occidendi. Ex quibus omnibus apparet dictum Andream eſſe condemnandum, Facit l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad le. acquil. Sed contra præmiſſa fuit reſponſum quod certè in contrarium adeſt ueritas. Pro cuius declaratione ſciendum eſt quod homicidium committitur tribus modis uoluntate, neceſsitate, & caſu, ut per glo. & Docto. in c. ſicut dignum de homicidio, & cle. prima eo. tit. & l. reſpiciendũ §. fi. de pœnis. Item aliàs homicidium cõmittitur extra rixam aliàs in rixa. ut per Bar. in l. ſi in rixa. ff. de ſicca. aliàs committitur impetu concitato rumore, dicta l. reſpiciendũ. §. fi. d. l. ſi in rixa. Nam impetus nihil aliud eſt niſi ſubitus quidam motus l. illud in fi. ff. ad l. aquil. Item in malefitiis Iudex arbitratur cauſam perſonam, locum tempus qualitatem euentum l. aut facta ff. de pœ. & glo. in d. §. illud, His præmiſsis dicendum eſt Andream & ſocios carere dolo in morte Saluagij. Nam ex coniecturis animus probatur l. fulcinius §. ſi is qui ff. de ex qui cau. in po. ea. & ibi glo. & facit quod no. ꝑ glo. in l. 1. C. de ſicca. & per glo. in c. ſignificaſti extra de homi. Itẽ quòd careant dolo probatur quia erant amici ipſius Saluagij patroni eorũ, quę amicitia operatur quòd nõ pſumitur dolus, quia dolo malo quis non præſumitur offendere Amico maximè patrono. Item per iuramentũ probatur dolum non adeſſe, glo. in d. l. 1. C. de ſiccarijs & glo. in d. c. ſignificaſti, maximè quia iſti inquiſiti erant bonæ uitæ eo quòd non uolebant frumentum alienum depredari, ergo ſine dolo, ut not. Salic. in d. l. 1. de ſiccarijs. Et ex prædictis apparet homicidium non punibile quia eſt factum ad defenſionem.

*Ita conſuluit D. Martinus, & totum Collegium Papienſe, & uidi Ego Stephanus Faciardus Doctor Collegij Papiæ dictum Andream duci quaſi ad locũ Iuſtitiæ ut decapitaretur, tamen fuit remiſſus propter auctoritatem D. Martini Garrati & aliorum Doctorum.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis.

11 *Prædictis adde, quòd cum ille Saluagius appellatus Malandrinus, haberet malum nomen, quòd etiam contra eum erat præſumendum quòd fuiſſet primus aggreſſor & inſultans, & quòd Andreas & alij eius famuli, fecerint homicidium ad defenſionem, quia ex turpi nomine, & cognomine, Oritur iniquitatis inditiũ, & quis ſuſpectus redditur, ita quòd quando duo ſunt torquendi incipi debet ab illo qui habet turpe nomen aut cognomen, ut latè ac doctè ſcribit Magn. & Excellentiſſimus Iureconſultus magni nominis Vir, D. Io. Baptiſta Ziletus in additionibus ad Chriſtophorum Portium in §. eſt & aliud, in apoſtil. in littera A incip. Decet tamen adde quòd nuncupatione, in fi. Inſtit. de Donat. ubi allegat Io. Andr. &*

*Panor. in c. cum ſecundum de Præben. & Fran. Bru. trac. de indic. & tortu. in II. par. q. 5. num. 55. uer. item ſi eſt pater & filius, ac Socin. in c. cum dilectus de Exceſſ. prælat. Hypol. l. 1. col. pen. in prin. uer. Et idem ff. de queſtion. & in §. expedita num. 52. Tho. Gram. con. 40. incip. In cauſa Magn. Triſtani num. 12. Mod. Rub. ff. ſol. mat. Doc. c. grauis Depoſiti.*

12 *Vlterius adde quòd non conſtabat de dolo malo Andreæ, & aliorum famulorum & ubi non conſtat Homicidium eſſe doloſum, non debet homicida mori, nec decapitari, etiam ſi conſtaret de culpa lata homicidæ & eſt com. op. ut latè habetur per Magn. D. Io. Baptiſtam Plotum Patrem meum in Rep. l. ſi quando num. 765. uer. ſic etiam leges omnes, C. unde ui, ubi probat quòd ſiue lex, ſiue ſtatutum, ſiue proclama, imponat pœnam mortis pro homicidio, uel falſo, uel alio delicto, quòd intelligitur ſi factum fuit dolo malo, adeo quòd non ſufficit lata culpa, ut quis puniatur ad mortem, ſed ubi non eſt dolus malus debet mitius puniri pœna arbitraria, Dec. conſ. 9. num. 2. & con. 83. in cauſa col. 2. uer tertio reſpondetur, & conſ. 234. in effectu num. 7. & in l. in actionibus num. 20. ff. de in lit. iur. Sed in caſu prædicto quo conſuluit D. Martinus nulla interuenit culpa nec dolus Andreæ & aliorum famulorum, Ergo merito in totũ fuerũt abſoluti, l. abſentẽ ff. de pen. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur.* Frãciſ. Maria Plotus Eques & Comes.

## SVMMARIVM.

1 *Societas particularis uel omnium bonorum quando uideatur contracta inter fratres uel alios.*
2 *Legata quando communicanda cum ſocijs etiam fratribus.*
3 *Dotes legate quando ante diuiſionem ſoluendæ ſint.*
4 *Teſtamentum Filijfamilias & Filiæfamilias, eſt nullum.*
5 *Diuiſio ubi fit inter fratris, debet prius extrahi Dos Vxoris, unius ex fratribus habita à patre.*
6 *Teſtari non poteſt filiusfamilias, nec Filiafamilias etiam nupta.*
7 *Teſtari Filiusfamilias poteſt de Caſtrenſibus uel quaſi.*
8 *Teſtari Filiusfamilias emancipatus quando poſſit.*
9 *Donare cauſa mortis quando poſſit Filius familias.*
10 *Teſtari poteſt Filius familias Clericus.*
11 *Contrahere Filius familias poteſt regulariter.*

## CONSILIVM LIX.

DOMINVS Petrus de Ottolinis de Laude condidit teſtamentum in quo prælegauit D. Iuliano eius filio perticas centum terræ. Item legauit tribus ablaticis ſuis libras tres mille imperial. pro qualibet ipſarũ pro dote. Item legauit tribus ablaticis ſuis filiabus dicti D. Iuliani pro earum dotibus alias libras tres

tres mille pro qualibet earum. Deinde inſtituit hæredes uniuerſales dictum D. Iulianum eius filium pro dimidia, & pro alia dimidia D. Ioannem dicti teſtatoris ablaticum, deinde etiam quedam D. Ioanna ſoror dicti D. Iuliani fecit teſtamentum & legauit quandam domum dicto D. Iuliano, mortuo teſtatore, dicti D. Iulianus & D. Ioannes hęredes utſupra ſtant & habitant in communi ponendo fructus omnes & reditus lucra & damna in communi. Modo dictus D. Iulianus, & dictus D. Ioannes nepos ueniunt ad diuiſionem, ex qua infraſcripta dubia reſultant. Primo an dictæ pertice centum terræ prælegatæ dicto D. Iuliano utſupra ſint communicande in diuiſione nec ne. Secundo an dictæ Dotes legatæ filiabus dicti D. Iuliani, quæ non ſunt maritate debeant ante diuiſionem fiendam accipi de communi per ipſum D. Iulianum nec ne. Tertio an Domus legata dicto D. Iuliano per quandam eius ſororem debeat communicari per dictum D. Iulianum cum dicto D. Ioanne, & ſimiliter quecunq; alia acquiſita per dictum D. Iulianum. Quarto an Dos Vxoris dicti D. Iuliani recepta per dictum D. Iulianum in uita patris, ſit de comuni accipienda ante partem uel ne.

1 Antequam ueniam ad ſolutionem dubiorum præmitto quòd † tripliciter contrahitur ſocietas uno modo reſpectu alicuius certi actus uel aliquorum certorum actuum. Secundo modo uniuerſorum bonorum. Tertio modo ſimpliciter contrahitur ſocietas ut hęc omnia probantur in l. ſocietates contrahuntur, cum l. ſe. & l. cho iri ff. pro ſo. & per Bart. in l. ticium & meuium §. altero ff. de admin. tuto. Item præmitto ſecundum D. Oldrad. & Ricar. Mal. quòd in ſimul cohabitatio & lucrorum in commune collatio, & eius quod alter ſuperlucratur inuicem non reddita ratio inducit ſocietatem, l. procula. ff. de proba. & l. ſi ſeruus ff. de donat. inter uirum & uxorem, & not. Bar. in tractatu de duo. fratri. Item præmitto quòd in hac tacita ſocietate ſi communicauerunt lucra unius negociationis, illius negociationis tantum uidetur contracta ſocietas, & ideo ſi unus emiſſet fundum ſuo nomine non cogeretur fundum communicare, ſed teneretur communicare pecuniam ſi ex dicta negociatione fuiſſet l. ſi unus §. primo ff. pro ſo. ſed ſi emptiones fundorum communi nomine celebraſſet, tunc huius negociationis præſumeretur eſſe contracta ſocietas, quia actus noſtri uoluntarij non extenduntur ultraquam gerantur, l. fin. C. ne uxor pro mari. l. 1. §. iull. ff. de iti. ac. que priua. Idem dico in tempore. Nam ab eo tempore quo ceperunt communicare uidetur contracta ſocietas & in dubio æqualiter l. ſi non fuerint ff. pro ſocio. Et ita ad literam dicit D. Bart. in duobus fratribus uel patruo & nepote in dicta l. ticium & meuium §. altero ff. de admi.

tuto.

2 tuto. His ſic breuiter præmiſsis reſpondeo † ad dubia, & primo ad primum quòd dictæ pertice centum terræ prælegatæ dicto D. Iuliano non ueniunt comunicandæ, Cum iſta non ſit ſocietas uniuerſorum bonorum, ut ad litteram dicit tex. in l. nec adiecit iuncta l. cum duobus §. ſi fratres ff. pro ſocio ubi legatum non uenit in ſocietatem con
3 ferendum. Ad ſecundum dico quòd dictæ † Dotes legatæ filiabus dicti D. Iuliani non ſunt de cõmuni accipiendę ante diuiſionem per ipſum D. Iulianum qnia hoc legatum eſt condictionale in tempus nuptiarũ ut ad litteram decidit D. Bart. in l. ticio centum §. ticio & genero
4 ff. de condic. & demon. Ad tertium reſpondetur † quòd teſtamentum conditum per dictam D. Ioannam de Ottollinis Laudenſem ſororem D. Iuliani eſt nullum, quia eſt in poteſtate, ideo non potuit teſtari etiam patre conſentiente l. qui in poteſtate ff. de teſtamentis, & ideo legatum eſt nullum & hæredes ab inteſtato dictæ D. Ioannę
5 debent habere dictam domum legatam. † Ad ultimum dubium dico quòd dictus D. Iulianus debet habere Dotem Vxoris ante partem dummodo conſtet de mandato patris de quo fit mentio in inſtrumento l. ſi filia §. 1. ff. famil. her. ubi eſt caſus.

*Ita conſulo Ego Martinus Garratus Laudenſis.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

6 *Teſtari & Codicillare non poteſt Filius familias nec Filiafamilias etiam cum patris conſenſu per D. Martinum ſupra num. 4. Amplia hoc procedere etiamſi Filiafamilias eſſet nupta, & ſtatutum diceret quòd Vxori liceat teſtari, quia intelligitur de Vxore non habente patrem uiuentem, nam Filia familias habens patrem etiam de eius conſenſu teſtari, & codicillare nón poteſt, Alex. conſ. 17. uiſis uol. 2. Io. Dilecti Durandi trac. de arte teſtan. Caut. 1. num. 1. Nam licet ſit nupta & traducta ad Domum Viri remanet in poteſtate patris, ergo teſtari & codicillare non poteſt etiam de eius conſenſu l. ſi uxor C. de cond. inſer. iuncta l. qui in poteſtate ff. de teſtam. Fallit quo ad pias cauſas quia poteſt teſtari cum patris conſenſu c. licet § fi. de ſepul. lib. 6. & eſt com. op. ut ait Io. Dilecti d. Cau. 1. num. 1. in fi. ubi allegat Alex. & alios Doct. in l. ſenium C. qui teſt. fac. poſ. & Barbac. Rubr. de teſtam. fol. 12.*

7 *Fallit ubi filius familias habet peculium caſtrenſe uel quaſi, quia tunc de eo etiam abſq; patris conſenſu teſtari poteſt l. fi. C. de inoffic. teſtam. Corn. conſ. 85. iura col. 3. uol. 3. Alex. con. 11. in conſultatione uol. 6. In profectitijs tamen & Aduentitijs & bonis maternis & dote teſtari non poſſunt Filij familias & Filiæ familias etiam de patris conſenſu l. fi. C. qui teſtam. fac. poſ. Io. Dil. d. cau. 1. num. 1.*

8 *Fallit etiam ubi emanciparentur quia tunc filij, ac filiæ abſq; Patris conſenſu teſtari poterunt l. fi. C. de emancip. liberor. ubi no. Doc. per illum tex. Cor. con. 259.*

*niſo*

*uiſo puncto uol.3.Io.Dil.d.cau.1.num.2.uer.ſed ut filius*, *Fallit ubi* Emancipa-*tio eſſet facta in fraudem puta ſi pater emancipaſſet filiam quæ ſtatim certo mo-do fecit teſtamentum in fauorem patris* Emancipantis *nel alterius excludendo in totum uel in parte filios dictæ filiæ nam tunc dictum teſtamentum non ualet ex quo emancipatio præſumitur facta in fraudem* Io. de Ana. *conſ.* 23. *licet prima facie*, Dec. *conſ.* 245. Diuino *implorato præſidio in cauſa quæ iam diu, col.3. num.6.uer.*Et *iſta concluſio.*

9 Fallit *tertio ubi filius familias,uel filia familias,cum patris conſenſu donaret cau-ſa mortis,alicui tertio quia ualet ex quo* Donatio *cauſa mortis æquiperatur con tractui l. tam is* §.1.*ff.de Don.cau.mor.* Alex.*con.*53. *in cauſa uol.*3. Io. Dil. *d. caut.*1.*num.* 3. *Et eſt com.op.quòd* Donatio *cauſa mortis poſſit fieri a filiofami-lias de conſenſu patris, licet non poſſit fieri a* Filiofamilias *de conſenſu patris de iure communi teſtamentum, nec legatum etiam de patris conſenſu* Magn. & Celeberrimus Iureconſultus Vir *numquam ſatis laudatus* D. Hyppolitus Ri-*minaldus* Ferrariæ *Sydus* Fulgentiſſimum Inſtit.*de* Donat.*in prin.num.*469.*uer. ſexta ſuccedit differentia*,*Fallit ubi pater conſentiret filio familias donanti cau-ſa mortis in fraudem,quia tunc non ualet donatio ipſa,quæ fraus præſumitur ex his quæ ſequuntur incontinenti,puta ſi pater conſentiat filio ut poſſit donare cau ſa mortis,& ipſe filius incontinenti donat cauſa mortis eius filio & ſubſtituit pa-trem in tali donatione ubi filius moreretur nam præſumitur* Fraus & Donatio *ipſa non ualet* Dec.*d.con.*245.*col.*2.*num.*5.*uer.quibus tamen*, Sed *ipſi* Patri *con ſentienti non poteſt fieri donatio cauſa mortis a* Filio *niſi cum* Iudicis Decreto & *aliter facta eſt nulla, ex quo in facto proprio non poteſt conſentire,& eſt comu. op.*Bal.*conſ.*60.In *Chriſti nomine* Amen. *Soluto matrimonio col.*1. *uol.*4. Dec. *d.con.*245.*col.*3.*uer.*Non *obſtant allegata* Io. Dil. *d. caut.* 1. *num.*4.

10 Fallit *ultimo in* Filio *familias* Clerico *etiam in minoribus conſtituto,quia abſq; pa-tris conſenſu poteſt teſtari & donare cauſa mortis,*Io.Dil.*d.caut.*1.*num.*5.*&*6. Cepol. *caut.* 113. *Filius familias*, Abb. & Doct.*c. quia nos de teſtamen.* Et *eſt ratio quia* Clerico *peculium etiam aduentitium, eſt quaſi caſtrenſe*, Auct.*presbi-teros*.C.*de* Epiſc.& *cler.*Cepol.*Caut.*exiij.*incip.*Filius *familias*, Io.Dil.*d.cau.* 1.*num.*5.& 6.Imol.Abb.& Doct.*c.quia nos de teſtamen.*Iaſ.*l. filiæ licet*. C. *de teſtam.*Et *eadem ratione* Doctores *legum etiam* Filij *familias teſtari poterunt de eorum quaſi caſtrenſi peculio arg.eorum quæ dixi ſupra num.*7.& *facit l.aduo-cati.* C.*de aduoc.diuer. iuditiorum.*

11 In *contractibus autem* Filius *familias regulariter ex omnibus cauſis etiam abſq;* Patris *cōſenſu obligari poteſt l. filius familias ex ff de* Action.& *oblig.*Fallit *in mutuo quo* Filius *abſq; patris conſenſu nōpoteſt obligari tot.tit.ff.*& C.*ad* Ma-*cedon.*Fallit *etiam ubi eſſet ſtatutum prout eſt in vrbe* Nouariæ *quod* Filius *fami-lias abſq; patris conſenſu non poſſit contrahere de quo per* Iaſ.*con.*69.*queritur uol.* 2. *ubi* Iaſon *conſuluit in ſpetie in cauſa* Magn. D. Andræ *de* Plotis Phiſici.

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarianſis.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Legitimatio facta a Comite Palatino Minore quando ualeat.*
*Princeps Minor quid facere poſſit abſq; Tutore & Curatore.*
2 *Statutum Mediolani loquens de perſona Minoris declaratur.*
3 *Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Cardinalis Caſtillionei laus.*
*Caſtilioneæ Familliæ Illuſtris laus.*

## CONSILIVM LX.

1 MAGNIFICVS Dominus Branda Caſtillioneus de Mediolano,† Comes Palatinus maior annis Decem ſeptem, ſed minor annis Decem octo legiptimauit filiũ naturalem potentis viri D. Antonij Triuultij Medionanenſis de conſenſu patris & filij. Queritur an ualeat ipſa legiptimatio; Et dic quòd ualet quia ubi Regi aut Comiti qui tranſmittit iuriſdictionem ad Deſcendentes ſuccedit minor, tunc Tutor, & Curator faciet ea quæ ſunt Adminiſtrationis uſq; quo maior fuerit, factus ſed ea quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis ipſe Minor poſtquam fuerit Pubes & ſic annorum Quatuordecim completorum facere poteſt a ſeipſo, & ſic legiptimare poterit abſq; Tutore uel Curatore per ea quæ not. Bar. in l. quidam conſulebat circa fi. uer. quero pone ff. de re iud. Bal. l. fi. C. de teſt. mil. Gemin. c. grandi. de ſup. neg. prӕl. in 6. 1

*Ego Martinus Garratus utrinſq; iuris Doctor de Laude ſic conſulo.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

2 *De prædicto conſilio ſuo facit memoriam D. Martinus Garratus trac. de Principibus q. 45 incip. Princeps Pubes, uel Comes Palatinus Pubes, & trac. de legiptimationibus num. 173. uer. Item quæritur, Et prædictum conſilium procedit etiam quòd Mediolani ſit ſtatutum quòd Minor annorum Decem octo non habeat legiptimam perſonam ſtandi in iuditio, & in alijs caſibus, niſi habeat uiginti annos. Nam ipſi ſtatuto cenſetur derogatum ex clauſula non obſtantibus poſita in priuilegio, Comitis Palatini, ut per Mod. in apoſtil. ad Mart. Garr. trac. de legiptim. num. 177. in fi. ubi reſpondet ad c. 1. de conſtit. in 6.*

3 *Et addo quòd ipſe Comes Palatinus fuit ex Illuſtri Proſapia Caſtillionea Mediolani quæ ſemper fuit & eſt optimum Seminarium Summorum Pontificum, Cardinalium, Prælatorum, Senatorum, Iureconſultorũ, & Ducum militiæ, ex ea enim ſtirpe fuit Cæleſtinus Quartus Pontifex Maximus, & Chriſtophorus Caſtillioneus Princeps ſubtilitatum & Archidoctor, & hodie claret Illuſtriſsimus &*

*Reuerendiſsimus D. Franciſcus Abondius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Caſtillioneus ampliſsimus, & Illuſtriſ. D. Camillus Caſtillioneus Senator Regius & Ducalis Mediolani.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes menſe Octobris. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Feuda Ducatus Marchiæ, & Comitatus quomodo diuidi poſsint.*
2 *Feuda præmiſſa etiam agnatis conſentientibus an diuidantur.*
3 *Feuda præmiſſa an diuidantur ubi inueſtitura eſt pro ſe & deſcendentibus.*
4 *Feuda inferiora poſſunt diuidi.*
5 *Feuda diuidendi quando ualeat conſuetudo.*

## CONSILIVM LXI.

EX partibus Vltramontanis tale petitur a me Con-
ſilium, Sunt duo Duces, uel Marchiones, aut Comi-
1 tes, † quibus Imperator contulit Ducatum, Mar-
chionatum, ſeu Comitatum, uel forte ſunt filij eiuſ-
dem Ducis, Marchionis, aut Comitis. Queritur an
poſsint præmiſſa diuidere, Et Dico quòd tales po-
terunt diuidere Ciuitates, & Caſtra, quo ad admini-
ſtrationem & exercitium Iuriſdictionis, non autem quo ad ſubſtan-
tiam & proprietatem Feudi Ducatus, Marchiæ, & Comitatus, ex quo
Feudum dignitatis eſt indiuiſibile, licet poſsit diuidi quo ad exerci-
tium iuriſdictionis & adminiſtrationem, Bart. l. inter tutores ff. de
admin. tut. Bald. c. præterea de Prohib. feu. ali. per. Fed. & l. 1. in fi. C.
quan. non pet. par. Bald. & Alber. l. 1. ff. de offic. con. Alber. Diction.
uer. Feudum.

*Ego Martinus Garratus Laudenſis ſic conſulo.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis & Nouariæ Patritij.

2 *Prædictum Conſilium ſuum allegat idem D. Martinus Garratus trac. de Principibus. q. 53. incip. Duo Duces, Et prædicta Feuda etiam conſentientibus omnibus agnatis non poſſunt diuidi abſq; Principis licentia reſpectu proprietatis & dignitatis licet reſpectu exercitij & adminiſtrationis poſsint diuidi, Fran. Cur. Sen. con. 68. incip. Dominus Ioannes col. 5. num. 7. uer. capio cum ſeq. Oldra. con. 237 perlectis, Illuſt. D. Iul. Clarus §. Feudum q. 44.*

3 *Primo limita non procedere ubi ipſa Feuda eſſent conceſſa pro ſe et hæredibus maſculis, uel pro ſe & Deſcendentibus nil dicendo quod ſuccedat ſemper primogenitus,*

*nitus, Nam tunc tenor inueſtituræ derogat iuri feudali & præmiſſa feuda Ducatus, Marchiæ, & Comitatus diuidi poſſunt, Fran. Cur. d. con. 68. Dominus Ioannes num. 7. uer. capio, & num. 8. ubi allegat Alb. de Roſ. Dic. uer. Feudum, ſed dico ego præmiſſa non poſſe diuidi ex quo ipſa inueſtitura intelligitur ſecundũ naturã actus ſuper quo fit ut feuda ipſa diuidi nõ poſſint l. fi. C. de non nu. pec. ubi tex. & Doc. l. ſi quando C. de inof. teſta. Nam & uerbũ hæres in materia feudali intelligitur de filio, l. gallus. §. etiã ſi ubi Iaſ. nu. 16. ff. de lib. & poſth. ergo &c.*

4 *Secundo intellige præmiſſa in Feudis Maiorie, puta Ducatus, Marchiæ, Comitatus quæ diuidi non poſſunt ſed alia Feuda inferiora diuidi poſſunt §. præterea Ducatus de prohib. feu. ali. per Fed. ubi Tex. & Doct. Illuſt. D. Iulius Clarus d. §. feudum, q. 44. ubi inquit quòd hæc eſt com. op.*

5 *Tertio non procedit ubi eſſet conſuetudo prædicta feuda Ducatus, Marchiæ, & Comitatus diuidendi nam talis conſuetudo in illis feudis quibus eſſet conſuetudo debet ſeruari & non in alijs, Fallit ſi eſſet regnum, quia tunc non ualeret conſuetudo illud diuidendi Ill. D. Iulius Clarus Regius & Ducalis Regens ſtatus Mediolani apud Sereniſſ. Regem Philippum Auſtriacũ, uir nunquam ſatis laudatus d. §. Feudum q. 44. ubi allegat. Io. Andr. in addit. ad Spec. in Rub. tit. de feudis, Et facit illud Sacri Euangelij omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur &c.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis. 1567.

## SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an probetur per confeſsionem utriuſque maris ſcilicet & fœminæ.*
2 *Matrimonium per impuberum conſenſum contrahitur.*
3 *Iudex ex circunſtantijs poteſt iudicare teſtem non eſſe ſuſpectum.*
4 *Filius naturalis non eſt ita nobilis, ac ſi à principio legitimus fuerit.*
5 *Teſtis licet non deponat de præſentia alterius qui cum nominauerit, tamen probat.*
6 *Teſtis qui in uno iudicio interrogatus dixit ſe non recordari, & deinde in alio dixit ſe recordari, quòd non eſt ſibi contrarius.*
7 *Confeſsio non requirit ſolemnitatem interrogationis, ſed ſatis eſt quòd pars ſit præſens & acceptet.*
8 *Verba aſſertiua uel narratiua in cauſa matrimonij, an probent quaſi poſſeſſionem ipſius.*
9 *Nominatio ſola mariti & coniugis non probat matrimonium.*
10 *Teſtes qui de iure aliàs non admitterentur, in cauſa matrimoniali admittuntur.*
11 *Præſumptio eſt quòd quilibet dicat uerum.*
12 *Singula quæ non poſſunt in matrimonio multa iuuant.*
13 *Confeſsiones geminatæ maiorem fidem in probando faciunt.*
14 *Matrimonium probatur per unum teſtem deponentem de uerbis matrimonij, & alium de confeſsione.*

15 *Sententia in dubio pro Matrimonio eſt ferenda.*
16 *Copula carnalis præſumitur, cum ſolus cum ſola reperitur.*
17 *Matrimonium præſumptum non admittit probationem in contrarium.*
18 *Teſtes eſſe non poſſunt parentes, pro filia corrupta à uiro, uel filocapta uiri, in cauſa matrimoniali, Fallit infra num: 18.*

## CONSILIVM LXI.

VISIS proceſsibus & atteſtationibus cauſæ matrimonialis uertentis coram Reuerẽdiſsimo in Chriſto patre & Domino Antonio de Bernerijs, Decretorum Doctore, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Landenſe & Comite, per & inter D. Ioannem de Ricardis filium quondam Domini Melchioris, & D. Catherinam de Nauaro filiam D. Thomaſini. & diligenter ponderatis & examinatis quibuſcunque, Quæritur an ſit probatum matrimonium inter dictum D. Ioannem & dictam D. Catherinam, & an dictus D. Ioannes ſit compellendus ad obſeruantiam huiuſmodi contractus matrimonialis, uigore atteſtationum de quibus infra.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Circa prædictum dubium diligenter enucleandum, eſt animaduertendum quòd dicta D. Catherina primo produxit in teſtem D. Magdalenam de Bonzijs, quæ in effectu dixit qualiter ipſa fuit præſens, uidit, & audiuit, quòd dicta D. Catherina iurabat, quòd accipiebat dictum D. Ioannem præſentem in maritum, & quòd nunquam acciperet alium maritum, & ſimiliter ipſe D. Ioannes iurauit quòd nunquam acciperet aliam in vxorem quàm dictam D. Catherinam, & quòd eam accipiebat: Deinde dictus D. Ioannes dixit eidem D. Magdalenæ alia die ſequenti, quòd ipſe D. Ioannes dixit eidem D. Catherinæ noli habere melancholiam, quia quicquid tibi promiſi uolo tibi attendere; quia nil melius quàm attendere fidem, Ego te accepi in vxorem, & ita uolo te habere: Et dicta teſtis dixit, quòd poſt elapſis diebus octo proximis, dictus D. Ioãnes dixit eidem teſti, ego nolo eàm accipere in vxorem. quæ teſtis reſpondens dixit eidem D. Ioanni, tu non potes eam renuere, qui D. Ioannes reſpondit, quòd bene poterat hoc facere, quia multi alij ſic faciebãt. Deinde ſuper capitulo vocis & famæ, dixit uocem & famam eſſe de ijs quæ ſupra dixit. Secundo produxit aliam teſtem nomine D. Leonardam ſororem dictæ D. Catherinæ, quæ in effectu dixit, qualiter uidit dictos D. Ioannem & D. Catherinam ſtare in quadam caminata; & dum eos reprehenderet, tunc dictus D. Ioãnes reſpondit; ego accepi dictam D. Catherinam in meam uxorem, & ipſa D. Catherina me accepit in maritum

ritum,& dicta D.Catherina interrogata à dicta teſte reſpondit quòd illud bene erat verum,&dixit eſſe uocē & famā de ijs quę ſupra dixit.

Item produxit aliam teſtem D.Coſimam,quæ in effectu dixit qualiter dictus D.Ioannes dixit ego accepi Catherinam in vxorem meam, & dicta D.Catherina dixit quòd bene illud erat uerum,&eſt iſta teſtis conteſtis cum ſupraſcripta D.Leonarda teſte etiam ad prædicta.

Quarto produxit D. Benuignutam matrem ipſius D. Catherinæ, quæ in effectu dicit,qualiter dictus D. Ioannes dixit eidem teſti, ego accepi filiam veſtram & ipſa me in maritum.

Nam ex dictis dictarum atteſtationum uidetur probatum eſſe matrimonium dictæ D.Catherinæ,nam ſunt duæ teſtes deponentes eodem contextu de confeſsione dicti D. Ioannis & dictæ D. Catherinæ qualiter erat matrimonium contractū, cuius rei gratia eſt quæredum.

1 An † matrimonium probetur per confeſsionem utriuſque ſcilicet, maris & fœminæ. Nam licet D. Innoc. uideatur tenere contrarium, quòd per confeſsionem utriuſque non probatur matrimonium in c. tuæ.de ſponſali.tamen Hoſtien. Io.And. & Io.de Ligna.tenent contrarium in d.c.tuæ,& idem Ioan. Andr. in ſumma iiij. decretali.in §. uiſo de prima parte rubricæ.ibi dum dicit,nam qui dicit matrimoniū fuiſſe contractum hoc probare debet,ſi alter id negat. ſi uterque confitetur ſufficit,& gloſ.in c. tua nos de ſponſali.in gloſ. quæ incip. imo benē potuit ſibi conſtare,hoc idem tenet Specul. in tit. de confeſ. §. ſequitur. uerſ. decimo.

Præterea adeſt dictum dictæ D. Magdalenæ concludentis per uerba
2 de præſenti matrimonium: † quia matrimonium per conſenſum puberum contrahitur c. cum apud Sedem Apoſtolicam, de ſponſal. 37. q.ij.ſufficit,& Ioan.Andr.in.d. ſumma iiij. §. uiſo. Item confeſsio eſt probata tam ex parte primæ teſtis quàm ex parte ultimæ teſtis.

Sed ſi aliquis dixerit D.Leonarda eſt ſoror D.Catherinę,& ſic nō eſt teſtis omni exceptione maior,quia dictus D. Ioannes ſuperat dictam D.Catherinam,nobilitate & potentia,ut in c.ſuper eo, el.ij. de teſti.
3 Quia reſpondeo, quòd † Iudex ex circumſtantijs poteſt & debet teſtimonium nōn ſuſpectum iudicare, quamuis ſint diſpares in qualitate, puta quando nobilis multum diligebat plebeam; nam tunc teſtimonium matris uel ſororis non dicitur eſſe ſuſpectum in cauſa matrimoniali.ita ſingulariter inquit Io.And.ſecundum Hoſtienſ. in d.c. ſuper eo,de teſti.in nouella. Nam inæqualitas ita demum facit teſtimonium parentum ſuſpectum,quando ceſſant circumſtantiæ propter quas iudicaretur teſtimonium non ſuſpectum, aliàs autem teſtimonium parentum benē probat matrimonium,etiam exiſtente inæqualitate,ſed ita eſt quòd hic eſt circumſtantia de qua dixi,quia dictus D. Ioan-

Ioannes produxit teſtes qui dicunt qualiter dictus D. Ioannes diligebat & uehementer amabat dictam D. Catherinam, & ut uulgari uerbo utar, dictus D. Ioannes era inamorato de ditta D. Catherina, & ſic hæc eſt coniectura quam ponunt Doctores, in d. c. ſuper eo, ut teſtimonium parentum non dicatur eſſe ſuſpectum, maximè quia non cadit tanta ſuſpitio in ſorore prout in matre & patre, ut not. in l. parentes, & in l. etiam, C. de teſtib. Nam in alijs cauſis non admittuntur parentes, & tamen fratres admittuntur, ut not. in d. l. parentes.

4 Præterea dictus D. Ioannes † non fuit legiptimus a principio, imo naturalis, ideo non eſt ita nobilis c. naturalis, ſi de feu. fue. controuer.

Nec obſtat ſi diceretur quòd dicta D. Leonarda uidetur contraria dictæ D. Magdalenæ, quia dicta D. Leonarda in eo actu capituli primi ſui examinis de quo D. Leonarda atteſtatur, dat D. Magdalenam pro conteſte. & ipſa D. Magdalena non dat D. Leonardam pro conteſte,
5 quia reſpondeo, quòd † ſi unus teſtis non deponit de præſentia alterius teſtis probat. ita ſingulariter not. Bald. in l. fin. C. de bo. poſſ. ſecun. tabu. Neque enim reſultat aliqua contrarietas, licet unus teſtis deponat de uno actu confeſsionato, alius uerò de uno actu uero, & de actu etiam confeſsionato, cum ſit confeſsio actus reiterabilis. Nam licet dicta D. Magdalena dixerit ſe tantum ſcire, & ſic uideatur excludere non aliud ſcire, & poſtea dicta D. Leonarda & Coſima eam dederunt pro conteſte in actu confeſsionato matrimonii, hic nulla reſultat contrarietas, quia potuit non recordari l. 3. §. cauſæ, ff. de Carbo. edi. & Ang. in l. quidam tabullarum, in fin. ff. de furt. qui in fortiori
6 caſu dicit, quòd † ſi teſtis interrogatus in uno iudicio dicat ſe non recordari. & interrogatus poſtea in alio iudicio & tempore dicat ſe habere memoriam omnium, non eſt ſibi contrarius, quia eſt poſſibile uno tempore recordari & alio tempore non. Quanto ergo magis in pluribus teſtibus. Nam dicta teſtium ſunt benignè interpretanda ut probent, t not. per Innoc. in c. cum clamor, de teſti. & per Bal. in l. de quibus, ff. de legi. in materia ſingularitatis teſtium.

Præterea ſunt duo teſtes probantes confeſsionem conteſtualē loci & temporis, ut dixi in ſuperioribus, & ſic eſt probatum matrimoniū.

Nec eſt uerum quòd in confeſsione requiratur præſentia Iudicis, quoniam non reperitur hoc iure cautum, quia ſatis eſt adeſſe præſentia partis, l. certum, §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. & not. in l. unica C. eo. quanto magis ergo in hoc caſu matrimoniali fauorabili, ut c. fin. de re iudica.

7 Nec enim iſta † confeſsio requirit ſolemnitatem interrogationis, ſed ſatis eſt quòd ſit præſens pars & acceptans, etiam in cauſis non fauorabilibus, quia eſt ſatis quòd pars præſens acceptet, ita conſuluit

Bartho.de Salyce.ut ipſa refert in l.generaliter, C.de non nume.pecunia, Sed ipſa D. Catherina acceptauit confeſsionem D. Ioannis, quia dicit illud eſſe uerum,& ſic ergo non requiritur quòd fiat ad partis inſtantiam,ſed quòd uel pars præſens acceptet, uel fiat ad inſtantiam eius, ut l. de ętate, §. qui interrogatus,ff.de interroga. actio.& ideo non eſt dubitandum de hoc quin dicta confeſsio probet, poſtquam habemus de hoc clarum in d.l.ſi ſiue.

8 Nec obſtat ſi forte allegaretur quòd † talia uerba aſſertiua uel narratiua matrimonii, non probant quaſi poſſeſsionem matrimonii, ut per Bal. in l. non epiſtolis, C.de proba. ergo multo minus per talia uerba probatur ipſum matrimonium,quia reſpondeo, quòd hic non ſunt uerba narratiua,uel aſſertiua matrimonii, ſed ſunt uerba matrimonij iam diſpoſiti & contracti, quæ uerba cõfeſsionis mutuæ probant matrimonium,ut inquit Io.And.in ſumma quarti.nam nulla eſt melior probatio,cum nimis indignum eſſe iudicemus,ut quod quiſq; ſua uoce dilucide proteſtatus eſt,id in eundem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere.l.generaliter,in fi.C.de non numerata pecu. cum ſimili. & id plenius probaui in ſuperioribus quòd matrimonium probatur per confeſsionem.

Præterea non eſt bona conſequentia, non eſt probata quaſi poſſeſsio matrimonii,ergo nec matrimonium:quia ex mutuo conſenſu expreſſato probatur matrimonium,ut in c.cum apud, de ſponſali. cum ſimili. & tamen non probatur quaſi poſſeſsio matrimonii. quia requiritur quòd ꝓbetur actus quaſi poſſeſsionis uinculi coniugalis,puta quòd iacuit cum ea,uel aliũ actum fecit, qui ſpecialiter fit inter coniuges,ſecundum Innocen.in c.ex parte,de reſtitutio.ſpoliato,circa fi.

9 Fateor tamen quòd † ſola nominatio non probat poſſeſsionem uinculi coniugalis, quia ſepe adulteri ut cooperiant peccatum nominãt ſe inuicem coniuges, Nos autem loquimur de confeſsione matrimonii,non autem de ſola nominatione,ut per Innoc. & Io.And.in d. c.ex parte,de reſtitu.ſpoliat.quia talia uerba nominationis vxoris & uiri,tanquam aſſertiua & narratiua matrimonii non probant, ut per Bal.in d.l.non epiſtolis, hic autem non quęrimus de nominatione, ſed de confeſsione.

Nec obſtat quòd ſint aliqui teſtes qui dicant dictas mulieres teſtificantes eſſe uilis conditionis & non nobiles,quia reſpondeo quòd nõ
10 tamen reperiuntur prohibitæ in matrimoniis. imo † perſonæ, quæ aliàs non admittuntur de iure, admittuntur in cauſa matrimonii fauore matrimonii,ut in c.ſuper eo,el.ij. extra de teſti. & ibi per Doct.

Præterea in hoc clandeſtino matrimonio in quo ueriſimiliter non adſunt teſtes, quia non eſt ueriſimile teſtes nobiles adeſſe in matrimonio

monio clandeſtino, quando mulier contrahit ſine conſenſu parentum ſuorum, ideo teſtes qui aliàs non admittuntur admittentur l. conſenſu, & ibi notat. cum ſimilibus. C. de repudi.

Præterea illæ mulieres teſtificantes habent præſumptionum na-
11 turæ pro ſe, † quia quilibet præſumitur dicere ueritatem c. fin. de præſumpt. l. ab ea parte. ff. de probar.

Item ſunt alij teſtes qui dicunt de bona uoce & fama dictarum mulierum teſtificantium, quibus eſt ſtandum, tamquam aſsiſtentibus regulæ naturæ l. ob carmen, §. fi. ff. de teſti. c. in præſentia, extra eo. ti.

12 Præterea eſt probatum matrimonium, quoniam † quæ ſingula non proſunt multa iuuant l. inſtrumenta. C. de proba. & l. ij. §. ætas. ff. de excuſa. tutor.

Nam eſt probata confeſsio per duas teſtes conteſtes. Item eſt pro-
13 bata confeſsio multiplicate in pluribus locis, dicti D. Ioannis † quæ confeſsiones multiplicatæ maiorem fidem probandi faciunt, ut not. per glo. & ſcribentes. in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſi. lib. xj. quia eius mater deponit de confeſsione, & D. Magdalena deponit de confeſsione. Non obſtat modo ſi dicatur quòd non ſunt conteſtes quia D. Magdalena dicit de uerbis inducentibus matrimonium, aliæ autem duæ dicunt de confeſsione, quia reſpondeo quòd illæ duę ſuf-
14 ficiunt: † Amplius dico quòd ſi eſſet unus teſtis qui diceret de uerbis matrimonii, alius teſtis de actu confeſsionato matrimonij, probaretur matrimonium, quia iſta non eſſet ſingularitas obſtatiua, ſed adminiculatiua, ut per Bal. in c. 1. de controuer. inueſti. & eſt tex. in c. fin. de ſucceſsio. ab inteſta. & ibi gloſ. Innoc. & Hoſti. & Io. de Ligna. & eſt iſta communis ſententia, quia coadiuuandæ ſunt probationes, non coarctandæ, l. quoniam, C. de hæreti.

Præterea & iſtud fundamentum eſt diligenter aduertendum, & ſi diceret aliquis hanc cauſam eſſe dubiam, quam ſupra claram fore oſtendi in fauorem D. Catherinæ & matrimonij, tamen ſi res foret dubia
15 eſſet ſententia proferenda † nam licet ſit regula, cum ſint partium iura obſcura potius eſt reo fauendum quàm actori l. Arrianus. ff. de actionibus. & obliga. l. fauorabiliores, de regu. iur. Illa tamen regula fallit in matrimonio, quia in dubio ſententia eſt ferenda in fauorem matrimonii, xxxiij. q. 1. ſi quis acceperit, c. fin. de reindica. & gloſ. Io. And. in c. cum ſint partium iura obſcura, de regul. iur. cum ſimili.

16 Pręterea quia veriſimile eſt ſecutam eſſe carnis copulam, quia † ſolus cum ſola eſt repertus, ut in c. tertio loco, de præſumptio. iuxta illud A Iuuene & Cupido credatur reddita uirgo. Gloſ. in l. ſi uero non
17 remunerandi §. ſi adoleſcens. ff. manda. Et ideo † eſſet matrimonium præſumptum contra quod non poſſet probari contrarium c. is qui fidem,

fidem, de ſponſalib.

Ex prædictis apparet probatum eſſe matrimonium,& officio Iudicis eccleſiaſtici dictum D. Ioannem eſſe compellendum ad ea, dictæ D. Catherinæ exhibendum, quæ maritus exhibet uxori c. ex litteris, el. ij. de ſponſalib. per Innoc. & Ioan. And. in c. ex parte, de reſtitutio. ſpoliatorum.

*Et ita utſupra concluſum eſt, Dico & conſulo Ego Martinus de Garratis de Laude V. I. Doctor. &c. Cui ſe ſubſcripſerunt & idem conſuluerunt Dominus Tubertus de Tortis, Dominus Luchinus de Curte, & D. Ioannes de Vicomercato Doctores iura Papiæ legentes.*

Additiones Magn. D. Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis, & Nouariæ Patritij.

18 *Ad illud quòd ſuperius inquit D. Martinus num. 3. Adde quòd in caſibus quibus in cauſa matrimoniali creditur parentibus pro filia, puta ubi eſt æqualitas matrimonij, iuxta c. ſuper eo de teſtibus, quòd eis in illis caſibus nō creditur ubi conſtaret per teſtes, filiam ante matrimonium contractum prius fuiſſe ſtupratam, uel cognitam ab eo, cum quo parentes dicunt fuiſſe per eorum filiam contractum matrimoniū, Nam tunc nō creditur parentibus, quia eſt ueriſimile quòd falſum deponent teſtimoniū, pro ſeruādo honorem filiæ, tex. d. c. ſuper eo, uer. honore, & ita inquit Barb. con. 45. col. 2. & con. 54. illud nū. 18, uer. Et ſi quiſpiā uol. 1. Dec. con. 133. uiſo, nū. 4. uer. tertio cōſiderandū, & con. 310. uiſis nū. 1. col. 3. Soc. con. 17. Omnipotēs Deus col. 3. & 4. uol. 1. Matri etiā pro filia filocapta uiri, nō creditur, Lafr. Orian. c. quoniam contra falſum uer. Teſtium depoſitiones nū. 33. de proba. Fallit ubi parentes deponunt ueriſimilia, Nam tunc eis creditur etiam pro filia ſtuprata ſeu corrupta, puta ſi uir nimis amabat mulierem, uel alij teſtes etiam ſingulares aliquid depoſuiſſent quòd contractum fuiſſet matrimonium, Nam tunc creditur parentibus, Fel. d. c. ſuper eo num. 7. de teſtib. Fallit etiam ubi ſolum ex confeſsione filiæ conſtaret quòd a uiro tamquam eius marito, fuiſſet corrupta, ſeu cognita, nam tunc ſuper tali confeſsione negata per uirum, non poteſt uir ſe fundare ad repellendum parentes a teſtimonio, quia ſi negat matrimonium memoratum in confeſsione, non poteſt ſe fundare ſuper corruptione confeſſata, c. ex eo de reg. iur. in 6. Et ita conſuluit Mag. pater meus D. Io. Bap. Plotus & ſecundum eius conſilium iudicauit Mag. & R. D. Cæſar Andena Doctor, & Præpoſitus S. Geminiani de Laude, Vicarius Epiſcopalis Nouariæ, inter Camillam Seregnam, & Io. Franciſcū Carrionū et eius Sententia fuit Mediolani, et deinde Romæ confirmata & ipſe R. D. Andena erat Vicarius Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Io. Antonij Serbelloni patritij Mediolani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis tituli S. Georgij, Vrbis Nouariæ Epiſcopi digniſsimi, & Comitis Ortæ Gaudiani, Soriſij, ac totius Ripariæ & aliorum multorum Caſtrorum ſpectantium ad Epiſcopatum Vrbis Nouariæ in temporalibus & ſpiritualibus.*

Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes Nouarienſis.

onus mixtum,quia imponitur perſonæ pro rebus, & tunc poſtquam comoditatem fundi habuit D.Torniellus, non autem D. Catia certè tenetur ſoluere D. Torniellus,quia poſſeſſor tenetur ſoluere.l.forma §. illam æquitatem ff.de cenſi. nam etiam ſi periſſet fundus uel aliter frui non poſſet debet releuari ut ibi in tex. Aut dicemus onus perſonale,& iſte non eſt caſus noſter, quia imponitur perſonæ pro rebus ſcilicet ſuper Extimo,l.reſcripto §.fi.ff.de mu.& one.&c.Nam ſi eſſet munus perſonale tunc non ſequitur fundum l. fi.ff.de contrahen. emp.Non obſtat glo. in l.incola. ff. de municip. & ibi Bart. quia loquitur alio caſu. Præterea facit pro me quia ſicut ſentit commodum ita incommodum.

*Et ita conſulo de iure Ego Martinus de Garratis Laudenſis.*

Additiones Magn.D.Franciſci Mariæ de Plotis Equitis & Comitis. & Nouariæ Vrbis Decurionis Nobilis.

3 *Ex hoc conſilio collige quòd onera dantur propter fructus, & emolumenta utſupra per D.Martinum. Vnde adde quòd eadem ratione, Emphiteota, Cenſualis, & ſimiles, tenentur ſoluere onera ad ratam fructuum & emolumentorum quam habent,deducto eo quod ſoluunt Domino directo,quia pro eo quod ſibi ſoluitur tenetur Dominus dirrectus ad onera,Andr.de Iſer.§.Et plauſtrorum col.2.num. 56. uer.Quid de Emphiteoticario,in tit.quæ ſint Regalia.*

4 *Acquirentes bona tenentur ſoluere onera prout tenebatur eorum auctor,ſeu anteceſſor, ut per D. Mart.ſupra, Et amplia hoc procedere etiam ſi Acquirens non eſſet ſubditus loco,in cuius territorio ſunt bona, puta Mediolanenſis ſi acquireret bona in Nouarienſi,uel Ciuis Nouariæ ſi acquireret bona extimata ſeu acateſtrata cum Ruralibus,Nam bona tranſeunt cum onere ſuo & tenetur ſoluere onera in loco quo eorum auctor ſoluebat, etiam ſi ipſe eſſet immunis & priuilegiatus,Et hoc eſt indubitatum et uerum ubi adeſt ſtatutum prout Nouariæ quòd omnia bona ſint hypotecata & obnoxia pro oneribus, Bar.l. reſcripto §. ſciendum in fi.ff.de mun.& hon. uel ubi ſit ordo & Conſtitutio prout eſt in Dominio Mediolani ſub Rubr. De oneribus in prin.quòd Acquirentes bona quocumque titulo etiam ſi eſſent inmunes & priuilegiati teneantur ad onera his modo & forma prout tenebatur & ſoluebat eorum auctor,Nam tunc etiam non ſubditi, & Forenſes, etiam ſi eſſent priuilegiati pro bonis acquiſitis tenentur ad ipſa onera, Illuſt.D.Aegidius Boſsius tit.De Principe num.100.uer.Aut uero, ibi Et ideo in hoc Dominio, ubi ex hoc infert quòd Ciuis uel Exemptus acquirens bona Ruri extimata, quòd pro eis tenetur ad onera cum Ruralibus, Sic & acquirens bona in taxis Equorum extimata cum Ruralibus, tenetur cum eis ad onera taxarum Equorum & hoſpitationis Militum pro dictis bonis etiam ſi eſſet Nobilis & Ciuis priuilegiatus,Cardin.Pariſius con.52.tenetur uol.1.D.Anto. Rubeus, Alex, conſ. ix. In cauſa num. 6. Magn. Dominus Pater meus D. Io. Baptiſta Plotus,*

Pernati Dominus in Rep.l.ſi quando num.21.uer.onera enim,cum ſeq.C.und.ui.

5 Et præmiſſa intellige, & limita procedere reſpectu onerum realium uel mixtorum quæ imponuntur perſonæ pro rebus in Cataſtro poſitis quia Acquirens ea etiam ſi eſſet priuilegiatus & immunis & non ſubditus tenetur ad ipſa onera prout ſunt taxæ Equorum,& Militum hoſpitatio,& ab eis dependentia, quia iſta ſunt onera realia,Pariſ.d.conſ.52.tenetur uol.1.Rub.Alex.d.con.ix.In cauſa nu.8. Magn.Pater meus in Repet.d.l ſi quando, num.21.uer.Onera enim.C.unde ui.

6 Sed reſpectu onerum perſonalium tantum puta ſalarij Prætoris, oneris Salis quod datur ſuper Capitibus & Buchis,Ciues pro dictis oneribus perſonalibus non tenentur cum Ruralibus nec alij Forenſes, tenentur cum Ciuitate nec uilla, Illuſt. D.Aegidius Boſſius tit.De Principe,num.100.uer.Aut uero,in fi.ibi Quo autem ad onera quæ perſonis, Magn.D.Pater meus D.Io.Baptiſta Plotus d.l.ſi quando num.24.uer. Pro bonis tamen, & num.27. uer Taxæ enim in fi.ibi Et taxæ ſalis C. unde ui.

7 Secundo præmiſſa intellige reſpectu onerum quæ imponuntur per Principem, quia Acquirentes bona tenentur ſoluere onera cum diſtinctione de qua ſupra, quæ à Principe imponuntur,ſed reſpectu onerum quæ imponuntur ab Vniuerſitate,Ciuis non tenetur cum Ruralibus etiam pro bonis ab eis acquiſitis & Ruri extimatis & non ſubditus non tenetur cum Ciuitate nec Villa pro eis niſi eatenus quatenus onera impoſita per Vniuerſitatem cederent etiam in beneſitium non ſubditorum & Forenſium ac Ciuium puta ſi imponeretur ab Vniuerſitate onus pro litigando contra Negantes ſoluere onera ut ea ſoluant, uel pro donando aliquid alicui Offitiali ut Militum hoſpitationem non ponat, ad quam etiam Forenſes tenerentur cum ſit onus reale l.3.§.munus & l.reſcripto §.ſciendum, & ibi Bar.num.3.ff.de mun.& hon.Nam tunc Ciues & Forenſes & non ſubditi tenentur ad ipſa onera ad ratam ex tit.ff.& C.de Neg.geſtis & ita ait Illuſt.D. Boſſius in tit.de Principe num.100.uer.Aut uero,in fi.ibi,Quo uero ad collectas quæ imponuntur per ipſam Villã,Et ad ipſa onera teneri debent Ciues,& etiam nõ ſubditi,etiamſi proteſtarentur,quòd non intendunt participare de ipſo utili,et per conſequens quòd non uolunt ſoluere ipſa onera,Nam tenentur nihilominus ea ſoluere ſicuti tenetur uicinus ad expenſas refectionis & purgationis putei uiciniæ etiam quòd dicat quòd non uult eo uti, & quòd in eius edibus habeat puteum proprium Specul.tit.de cenſibus §.11.uer.Pone quædam uicinia.

8 Sed an Ecleſia & perſonæ Eccleſiaſticæ acquirentes bona à Secularibus teneantur pro bonis acquiſitis à ſecularibus ad onera, Et uidetur dicendum quòd non, quia ſi Forenſes acquirentes bona tamquam non ſubditi non poſſunt collectari, ergo minus poterit Eccleſia,& Clericus collectari, pro bonis acquiſitis etiam a ſecularibus ſolitis ſoluere onera, Bart.l.munerum §.patrimoniorum ubi Bart. num.4.ff.de mun.& honor.ubi Bart.ait quòd Ciuitas non poteſt collectam imponere Forenſibus ſeu non ſubditis niſi habeat ſpetiale priuilegium uel niſi habeat conſuetudinem ſic faciendi ut per Bar.l.muneri.C.de auro Coron.lib.x.Doc.

*in apoſtil. ad Bar. l. reſcripto §. ſciendum in apoſt. uer. imponuntur ff. de mun. & honor. Et quòd Clericus & Eccleſia etiam pro bonis acquiſitis & acquirendis a ſecularibus non teneantur ad onera cum ſecularibus facit Auct. Item nulla comunitas & Auc. caſſa. C. de Epiſ. & cler. & c. quamquam de cenſibus lib. 6. & c. 1. de immun. eccleſ. in 6. & in clem. 1. de im. immun. & in c. ſecundum canonicam. 10. q. 2. Et hoc docet latè Illuſt. D. Hier. Albanus Eques & patritius Bergomas ſanguine, & moribus clarus tract. De immunit. eccleſiæ num. 28. uer. Nunc ſupereſt, ubi probat hoc procedere non ſolum de iure ciuili, & canonico, uerumetiam de iure Diuino, Nam ut habetur Eſdre. 1. cap. 7. Arthaſerſes Rex diuino afflatus in hoc Spiritu Sancto hac protulit uerba. Vobis quoq; notum facimus de uniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis & Cantoribus, Ianitoribus, & Miniſtris domus Dei, ut uectigal & tributum & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos, & Pharaoo Rex cum Aegiptij Regiones emeret, eaſq; imperio ſuo ſubijceret, terram sacerdotum excepit, eamq; liberam eſſe religioſiſſimè iuſsit, ut habetur Genen. cap. 27. Quæ quidẽ Exceptio nil aliud demonſtrauit quàm Sacerdotes cum eorum bonis in omni gente liberos eſſe oportere ut declarat tex. in c. tributum §. quamuis 28. q. 8. Et hoc intelligitur tam pro bonis acquiſitis quàm acquirendis. c. ea enim x. q. 2. c. 1. de cenſib. & c. comperimus 14. q. 6. Et ſi Arthaxerſes & Pharaoo Reges Gentiles, & Deo infideles, præmiſſa fecerunt in fauorem Eccleſiæ, ac Sacerdotum & Clericorum Dei, quanto magis Principes Chriſtiani & Vniuerſitates, Ciuitatum, ac Opidorum, præmiſſa debent ſeruare nil ab Eccleſia & Clericis exigendo, cum in ſacro dicatur Euangelio Math. cap. 5. Niſi abundauerit Iuſtitia ueſtra pluſquam Scribarum & Phariſeorum non intrabitis in Regnum Cælorum.*

9 *Et quamuis Bart. in l. reſcripto §. Sciendum col. fin. num 5. uer. Sed quæro ff. de mun. & honor. det cautelam faciendi ſtatuta, quòd omnia bona ſint tributaria, uel obligata & hypotecata pro fodris & taleis & oneribus, quo caſu Eccleſia pro bonis acquiſitis etiam à ſecularibus ante ſtatutum conditum, non tenetur ad onera, ſed pro acquiſitis a ſecularibus poſt ſtatutum ipſum, tenetur ad onera cum Ruralibus, ut per Bar. d. num. 5. uer. ſed quæro.*

10 *Et ſimiliter in Dominio Mediolani, adeſt Conſtitutio ſub Rubr. De Oneribus, qua cauetur quòd Acquirentes bona quecumq; titulo etiam ſi eſſent priuilegiati & Exempti ac immunes teneantur ſoluere onera his modo & forma prout ſoluere conſueuerat eorum Dator, Tamen præmiſſa ſtatuta & Conſtitutiones non nocent Eccleſiæ nec Clericis acquirentibus, nec eorum libertati Eccleſiaſticæ ex quo Imperator & ſtatuentes non habent autoritatem aliquid condendi in præiuditium libertatis Eccleſiaſticæ, c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Auc. item nulla Communitas, & Auc. cauſa C. de Epi. & cle. Et hoc latè docet Ill. D. Hier. Albanus d. tra. de Immunit. Eccleſiarum num. 28. præſumuntur enim præmiſſæ ſtatuta & Conſtitutio & remedia inuenta a Bartholo in d. §. Sciendum num. 5. uer. ſed quæro utrũ, facta per cautelam & in fraudem Eccleſiæ & Clericorum, ergo contra eam*

&

& eos non ualent, Fel.d.c. Eccleſia S. Mariæ poſt num. 76. uer. Sed contra dictam op. Bar. & uer. ſed retenta, de conſti. ubi inquit quòd hæc eſt op. uerior & ſuſtentabilior, & ita uoluit Abb. c. ſi. in ſi. de uita & hon. Cler. Bal. l. placet C. de ſac. Eccleſ. ubi glo. & Bald. per Lud. Rom. l. ſi publicanus ff. de public. Card. Zabar. in c. perpendimus col. 30. uer. uenio ad tertium de ſen. excom.

11 Sunt tamen plures magnæ autoritatis Doctores dicentes quòd ubi adſit ſtatutum, quòd omnia prædia ſint tributaria uel obnoxia & hypotecata pro oneribus quòd ſi tunc Eccleſia acquirit bona a ſecularibus quòd bona tranſeunt cum onere ſuo, & per conſequens quòd Eccleſia & perſonæ Eccleſiaſticæ tenentur ad onera cum ſecularibus, & ita uoluit Bart. d. l. reſcripto. §. ſciendum num. 5. uer. quæro utrum ff. de mun. & hon. Abb. c. quod clericis col. 14. de for. compet. Calder. tit. de cenſib. con. 2. incip. ſtatuto Peruſino, & eſt conſilium Collegij Peruſini approbatum a Calderino, Anchar. con. 198. Habet ſtatutum Communis Piſtorij Bart. con. 180. ſi aliqua poſſeſſio, in fi. & alij quos allegat Fel. d. c. Eccleſia S. Mariæ num. 76. uer. Quinto quæro de conſtit.

12 Super hac cõtrouerſia tot Illuſtrium Doctorum, Ego adhereo primæ opinioni quòd Eccleſia & perſonæ Eccleſiaſticæ, non teneantur pro dictis bonis acquiſitis ad onera, erga Principem ſecularem, nec Vniuerſitatem, tum quia ſunt immunes de iure Diuino, Canonico, & Ciuili, ut ſupra num. 8. probaui, tum etiam quia tenentur ad Decimas papales, & Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ac bona per eos acquiſita & poſſeſſa non ſunt amplius ſub iuriſdictione temporali tot. tit. ex. de de foro compet. Nam & Princeps, & Ciuitas non poteſt Ciuibus ſuis collectas imponere pro bonis quæ habent extra territorium Principis, aut Ciuitatis ubi in loco ſcitus bonorum ſoluunt aliqua onera, ſeu tributa, uel habent Principis immunitatem ut latè conſuluit D. Franc. Curt. Iun. pro Magn. Dominis Torniellis Ciuibus Nouariæ, & Condominis Caſtri & iuriſdictionis Vergani conſ. 106. incip. Sacratiſsimæ Trinitatis præſidio inuocato in 2. par. Ex quibus Magn. Dominis Torniellis inter cæteros hodie Floret in Vrbe Nouariæ Magn. & acutiſsimus & Splendidiſsimus Iureconſultus D. Io. Franciſcus Torniellus Sororius meus Colendiſsimus, & Romæ Magn. D. Hieronimus Torniellus Conſanguineus meus, ambo Caſtri & iuriſdictionis Vergani Condomini, Et poſteri ac Deſcendentes Illuſtriſsimorum Heroum Calcini & Robaldoni Fratrum de Torniellis Vrbis Nouariæ & Aronæ Dominorum, ac Vicariorum Imperialium tempore Ludouici Bauari Imperatoris Romanorum, ut ſcribunt Corius, Donatus Boſsius, & Bonauentura Caſtillioneus, & ego uidi Priuilegia Imperialia ſuper hoc confecta adhuc extantia apud ipſum Magn. D. Io. Franciſcum Torniellum.

13 In Mediolani Dominio ſeruatur iſtud, quòd Eccleſia pro bonis antiquitus acquiſitis nil ſoluit cum ſecularibus nec Principi ſeculari, & hoc eſt iuſtum Bart. d. §. ſciendum num. 5. uer. quæro utrum, Sed pro bonis acquiſitis nouiter per Eccleſiam a ſecularibus poſt dicta Statuta quibus cauetur quòd omnia bona ſint obnoxia & hypothecata pro oneribus, & poſt ipſas nouas Conſtitutiones ſub Rubr. de One-

Oneribus, quibus cauetur quod acquirentes bona etiamſi eſſent immunes et priuilegiati teneantur ad onera his modo & forma prout ſoluebat eorum dator, Seruatur quòd tam Excellentiſſ. Senatus quàm Illuſtris Magiſtratus Ordinariorũ redditũum ſtatus Mediolani, ac etiã Illuſtris magiſtratus extraordinariorũ redditũ Ducalium ſolet ordinare quòd pro oneribus extraordinarijs non moleſtetur Eccleſia, nec moleſtentur perſonæ religioſæ etiam quòd ipſa bona cũ ſecularibus ſint extimata & pro eis alienantes ſoluiſſent onera, declarãdo quòd ad ipſa onera extraordinaria nõ teneantur, in quibus oneribus extraordinarijs cõputatur onus appellatũ onus Menſualis Trecentũ mille aureorũ quod ſoluitur omni anno menſuatim ad ratã Duci Mediolani. Et ita declarauit Illuſt. Magiſtratus ordinarius ſtatus Mediolani pro Reueren. Monialibus S. Dominici ordinis S. Claræ Noariæ, die uigeſimo tertio Septembris, anni 1558. & de hoc rogatus fuit D. Hieronimus Antonianus Notarius Ill. Magiſtratus Ordinarij Mediolani. Et hoc quidem iuſtè factum fuit ut ad onera extraordinaria Eccleſia & perſonæ eccleſiaſticæ non teneantur pro dictis bonis acquiſitis.

14 Nam in ipſo Excell.^mo Senatu Regio et Ducali Mediolani Sedent viri Illuſtres et Catholici, zelatores et obſeruatores fidei Chriſtianæ, ac Eccleſiarũ defenſores, fide ſapiẽtia et integritate clariſſimi, idonei nõ ſolũ ad gubernandũ dominiũ Mediolani, uerumetiã uniuerſam Italiã, Adeo quòd ſatis ſuperq; exclamari poteſt ò Fœlix et pluſquàm fœlix ter quaterq; beatum Mediolanũ Ciuitas antiquiſſima, cui Sereniſſ. Rex Philippus Auſtriacus Rex Catholicus ter Maximus et fidei defenſor dominatur, Cui Illuſt. & Excellentiſſ. Dux Gabriel à Cueua Dux Alburquerquenſis ũ ipſius Regis Locũtenens iuſtiſſimus præeſt, Et cui Præſes et Senatus tam prudẽtiſſimus et Chriſtianus moderator, ac cui Illuſt. D. Andreas Ponce de Leon Hiſpanus ſupremus Canzellarius Regius et ducalis integerrimus uir omnibus numeris et uirtutibus ornatiſſimus adeſt, Tibi quoq; eſt Illuſt. D. Leonardus Herrera Illuſt. Magiſtratus ordinarij Præſes benemeritus, et Ill. D. Io. Baptiſta Rainoldus Ill. Magiſtratus Extraordinarij Præſes nobiliſſimus, Vnde iure meritò dici tibi poteſt Mediolanũ, quòd ſit tibi nomen cõſequẽs rei, hoc eſt quòd cum in tui nominis medio ſit Dei nomen. ſit etiã protector tuus Deus Optimus Maximus in medio et qualibet parte Ciuitatis cũ Regẽ, et eius Locũtenentẽ, & Officiales tibi cõtulerit uerè Chriſtianos optimos & iuſtiſſimos ac æquiſſimos adeo quòd aurea ſecula reſurgere & reuiuiſcere in te uidentur procuIdubio, vnde cũ Auſonio Poeta Burdegalenſi qui cũ maximas totius Mundi Ciuitates recenſeret, ut etiam ſcribit Marcus Litta Iureconſultus ac Orator haud inglorius ſeptimũ locum Mediolano attribuit ſic canendo dicere poſſumus.

Et MEDIOLANI mira omnia, copia rerum.
Innumeræ, cultæq; domus, fecnnda uirorum.
Ingenia, antiqui mores, tum duplici muro
Amplificata loci ſpecies Populique uoluptas, &c.

SEDENT autem in ipſo SENATV Illuſtres Viri, Gabriel Caſatus PRESES Optimus et Catholicus, noſtri temporis alter Cato, alter diuus Hieronimus, necnon & Daneſius Filiodonus, ingenio, & doctrina, ac probitate Illuſtris, uir quem omni numero uirtus

beauit,

beauit, Placentiæ patriæ ſuæ decus perpetuū, et comes Mauritius Petra Regiæ ciuitatis Papiæ patritius ſplēdidiſſimus, ac ſecūdus Epiſcopus nouæ vrbis Viglenani, olim Nouarienſis Diœceſis, Paulus Palauicinus Abbas nunquam ſatis laudatus Papienſis, Antonellus Arcimboldus Prothonotarius Apoſtolicus benemeritus, Ludouicus Mazenta integerrimus, Balthaſar Mollina magni nominis uir, & Hiſpaniarū Decus magnū, Polictonius Mediabarba Papiæ honos nunquam inter moriturus, uirtute memoria & integritate laudatiſsimus, Scipio Simoneta iuſtiſsimus et præclariſsimus quo uiuente iuſtitia & patria ceca eſſe nō poteſt, prout de Illuſtri cicho Simoneta maiore ſuo dici ſolebat, Hieronimus Montius qui Mons ſcientiæ appellari poteſt, Camillus Caſtilioneus cæleberrimus, Thomas Odeſcalcus Commi laus perpetua, Sigiſmundus Picenardus Cremonæ gloria immortalis, Io. Paulus ab Eccleſia Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ amator, Camillus Porrus elloquentiſsimorū conſultiſsimus & cōſultiſsimorū elloquentiſsimus, Aloiſius Pallatius acutiſsimus & Canonū & legum Dux ſummus, ac uſu rerum & ſcientia pollens, & Don Antonius Londonius Hiſpaniarum ſydus fulgentiſsimum, & certiſsimus legum nates ſanguine & moribus illuſtris, de quo omnia laudabilia dici poſſunt quæ de Seruio Sulpitio dixit Cicero, & Cæſar Attendolus Bologninus S. Angeli & Olegij Comes ſplendidiſsimus, ac Cæſar Taberna ampliſsimus.

In Illuſtri autē D. Quæſtorū Regiorū et ducaliū, Magiſtratu ordinario, et extraordinario, clarent quàm plures viri, nataliū ſplendore, rerum uſu, & ſumma prudentia pollentes, inter quos ellucent ſummi legū uertices, in Ordinario, Illuſtres Leonardus Herrera Præſes digniſsimus & iuſtiſsimus, & Hieronimus ex Illuſtriſſ. & antiquiſsima Vicecomitum familia, quæ non ſolum Mediolani Dominium, uerumetiam Pataüium, Vincentiam, Veronam, Briſiam, Bergomum, Scenas, Piſas, Aſtam, Vercellas, Albam, Cremam, & alias Italiæ partes magna uirtute ſuo ſubiecit Imperio, In Extraordinario autem florent Illuſtres Io. Baptiſta Rainoldus Præſes benemeritus, ampliſsimus, doctiſsimus, & æquiſsimus, Iuris Aſylum alter Papinianus, alter Vulpianus iure merito appellandus, & Alexander Archintus uir integerrimus iuris canonici & ciuilis ſcientiæ excellentiſsimus apud omnes maximæ autoritatis uir, ac Aloiſius Campus Hiſpanus, omnibus uirtutibus ornatus, necnon & Alexander Panigarola, de quo loquendo ſatis eſt dicere, quòd eſt imago Illuſt. Gabrielis Panigarolæ quondam eius patris, uiri rariſsimi, eruditiſsimi, & clariſsimi, de quo ut de Alexandro Magno dici poteſt, maximus ingenio, corpore paruus erat, Vnde iure optimo affirmandum eſt, Tanto maiores Regios & Ducales Officiales Mediolani cæteris eſſe, quanto Mediolanenſis Ciuitas ampliſsima & ſplendidiſsima alias excellit.

Anno partus virginei 1567. menſis Octobris prædictas feci additiones Ego Franciſcus Maria Plotus Eques & Comes, filius magn. Iureconſulti Equitis & Comitis D. Io. Baptiſtæ Ploti Nouarienſis, Pernati Domini, in uigilia Sanctorum Simonis & Iudæ. Pio V. Pont. Max. uerè Sanctiſsimo. Maximiliano Auſtriaco II. Romanorum Imperatore Auguſtiſsimo, Diuo Philippo Auſtriaco Rege Catholico, Ter Maximo, Hiſpaniarum utriuſque Siciliæ & Mediolani Duce &c. Dominantibus. 1567.

FINIS.

## *Index Conſiliorum Magn. D. Martini Garrati Laudenſis Doctoris Celeberrimi, ex quibus viginti octo ſunt cum Adnotationibus Magn. Iureconſulti D. Io. Franciſci Catij, & Triginta quinque cum Additionibus Magn. Equitis & Comitis D. Franciſci Mariæ Ploti, Nobilium Nouarienſium.*


ABSENTI quæri poteſt per notarium, conſ.26.nũ.1. fol. 64.

Actio cui datur multo magis datur exceptio, conſ. 26. num. 10. fol.66.

Actio furti an detur ex aſsidua cõtractione facta in diuerſis territorijs, Martinus conſ. 40. num. 3. fol. 157.

Actu deficiente in re ſed non in ſpe non deficit diſpoſitio, conſ. 9. num. 4. fol.30.

Actus in dubio ualidandus eſt conſ.6. num. 18. fol. 23.

Accuſatore uel querelante non probãte uel inditiante nõ debet formari inquiſitio, uel ſaltẽ debet reus abſolui cõ.13.nũ.4.f.37.

Aedificatum ſuper ſolo alieno cedit ſolo, conſ. primo, num.2. fol.2.

Agnati quando recuperent feuda uel alia alienata, Mart. conſ. 29. num.6.& 8.& 35. fol.95. cum ſeq. & per Plotum in add. num.64. & 65. fol.93.112. & 113.

Agnatorum appellatione continentur fœminæ, conſ. 21. num. 1. fol.56.

Allegãdo et diſputãdo ſuper iuribus partiũ ueritas ellicitur Mar.cõ.37.nu.2 fo.143.

Alimentandi onus eſt ſubſidiarium Mar.d. con.48. num. 3. fol.180.

Alimentorũ & dotis ſententia quando poſſit exequi pendente appellatione, Plotus num.4. in addit. con. 48. fol.180.

Alimenta fratribus & nepotibus quando debeantur Mar.con.48.num.1. fo.179.

Alimenta et litis expenſæ quando per reum diuitem debeantur acteri pauperi Plotus num.5. in add. con.48. fol. 180.

Alienationis feudorum materiam, uide per D. Mar. Gar. con.29. fol.93. cum ſeq. & ibi Plotum in addit. fol.105. cum ſeq. & late infra uer. Feudum, fol.93. cum ſeq

Alternatiua uel cadit inter diuerſa, conſ.6. num. 6. fol. 19.

Alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri Mar.con.29.num.25.fol.10

Amyci Cœnobij Abbati Magn. & Reuer. laus, Plotus nũ.5. in ad. ad con.54.f.225.

Animus ab effectu probatur, Mart. conſ. 40. num. 12. fol. 158.

in his quæ ab Animo noſtro dependent ſtatur declarationi noſtræ cum iuramento conſ.6. num.5. fol. 19.

Annorum centum lapſus probat non extare memoriam in contrarium & habet uim priuilegij & dicitur eſſe in antiquis, Mar. con.38. num.8. fol.152.

Antiquitas operatur quòd omnia præſumuntur ritè & rectè & per habentes poteſtatem facta, Mar.con.45.num.5.& 6. fo.170.& uide eũdem ſupra con.38. nũ. 7.cũ ſeq.f.151.& ibidẽ Plot.nũ.12.f.153

Antiqua uel diuturna poſſeſsione duarum eccleſiarum quãdo præſumatur unio Plotus num.10.& 11. in add.con.45.fo.170

Appellatione pendente quando exequi poſſit ſententia Dotis & alimentorum, Plotus num.4. in addit. con.48. fol. 180.

*Appellaſſet uel habuiſſet in habitâ poteſtate appellãdi paria ſunt conſ.9.nũ.8.f.30*

*Apochæ cõfeſsio quando præiudicet, Mar. con.50. num.19. fol.192.*

*Aratoria animalia & inſtrumenta quando poſsint capi pro exequutione publica uel priuata, Plot.nũ.14.in add.cõ.38.f.153.*

*Arbitramẽtalis ſententia æquiperatur tranſactioni, Mar.con.38.num.3. fol.150.*

*Arbitramentalem ſententiam infringere nõ poteſt cõmunitas, Mar.cõ.38.nũ.5.f.151.*

*Arbitramentali ſententia antiqua reperta præſumitur pro ea quòd omnia ſolemniter facta fuerint, Mart. d.con. 38.& ibi Plotus in addit.num.12.fol.150.& 151.*

*Arbitratores, an poſsint dicere teſtimonium coram reductore, conſ.11.num.1. fol.33.*

*Argumentum ab abſurdo eſt bonũ etiam in ſtatutis conſ. 18. num.1. fol.47.*

*Argumentum a dominio ad iuriſdictionem ualet, Mart.con.40.num.7. fol.158.*

*Argumentum non datur actio parti, ergo nec Reipublicæ an ualeat, Mart.d. con. 40.num.16. fol.159.*

*Argumentũ a cõtrario ſenſu procedit etiam in cõtractibus, Mar. con.43.nũ.7.f.166.*

*Argumentum antiquæ nobilitatis eſt ubi ciuitas aut familia uno modo dicitur latinè & alio modo uulgariter, ut Mediolanũ Milano, Vicecomes Viſconti, Plotus Piotto, ut per Plotũ nũ.7. in ad.cõ.52.f.213.*

*Aucten.hoc ius porrectum, ſublata eſt conſuetudine, Mar.con.45. num.2.fol.169.*

*Aucten.ſacramenta puberum, et ſimilia iura quo in caſu tollantur a Sacro Concilio Tridentino, Plotus num.9. in addit. ad conſ. 55. fol. 228.*

*Aucten.ſacramenta puberum locum nõ habet ubi eſt enormis læſio, Plotus num.11. in addit.con.55. fol.228.*

*Auguſtini Mollignati Illuſtris Iureconſulti & Epiſcopi Britinorij aliàs Petræ Honorij laus, Plotus cõ.45.num.10.fo.171.*

BERNARDINI *Ploti Iureconſulti Excellentiſsimi laus, Plotus num.10. in addi. con.40. fol. 159.*

*Beſtiæ alienæ ob datium fraudatum quãdo publicentur, Mar.con.39.num.6.fo.155.*

*Blaſphematores ſunt infames, et nõ poſſunt eſſe teſtes, Plot. nu.8.in ad.con.54.f.226*

*Bonorum Heretici confiſcatio quibus debeatur, Mar.con.37.fol.147. cum ſeq. et ibi Plotus in addit.num.37. cum ſeq. f.147.*

*Bonorum confiſcatio quando Principi, et quando Feudatario debeatur, Mart.con. 37.fol.143. et ibi Plotus in add. fo.147.*

*Bonorum confiſcatio fit in pœnam Damnati ut nudus exulet, Mar.cõ.37.nũ.10.f.143*

*Boues et alia aratoria quando capi poſsint per exequutores, Plotus num.14. in addi. con.38. fol.153.*

CADVCITATIS *materia ſtrictæ procedendum, Mar.con.32. num.4. fol.128*

*c. quamuis de pac. in 6. quando tollatur à Sacro Concilio Tridentino, Plotus num.9 in addit.con.55. fol.228.*

*c. quamuis de pac.in 6.locum habet in omni foro, Mar.con.55. num.8. fol.229.*

*c.quamuis de pac.in 6.locũ nõ habet ubi eſt enormis læſio, Pl.nu.11.in ad.c. 55.f.228*

*c. Reintegranda 3.q.1. declaratur, Mart. con.51. num.10. fol.207.*

*c. Sepe de Reſtit. ſpol. declaratur, Mart. con.51. num.10. fol. 207.*

CAROLVS *Diuus Imperator Romanorum Quintus Auguſtiſsimus ſpiritu Diuino afflatus ædidit Conſtitutionem Mediolani, quòd ius tertij non intelligatur ſublatum Plotus num.38.in addit.con.29. fo.110.*

*Carretæ familiæ Illuſtris laus, Mart.con. 51.num.1. fol. 203.*

*Caſtillioneæ familiæ Illuſtris laus, Plotus num.*

num.3.in addit.con.60.fol.245.et 249.
Cauſa quelibet etiam iniuſta excuſat a dolo, conſ.1.num.19. fol.5.
Cauſa præſumitur deſcendere unde deſcendere debuit, conſ.4.num.7. fol.13.
In Cauſis decidendis ſequi debemus ſtatuta Ciuitatis quibus deficientibus ius commune, conſ.6.num.14. fol.21.
Cæleſtinus Quartus Pontifex Maximus fuit ex Caſtillionea familia Mediolani, Plotus num.3.in addit.con.60. fol.249.
Chriſtianus poteſt infidelem Iudeum & hereticum repellere ne contra eum ſit Teſtis, Mar.con.54.& ibi Plotus in addit.f.226
Citare eum cōtra quem dirigitur petitio ſatis eſt, conſ.7.num.15. fo.22.
Ciuitas non habet fiſcum niſi Roma, Mart. con.37.num.3. fol.143.
Ciuitas quelibet de conſuetudine & non de iure habet fiſcū, Mar.cō.37.nū.23.f.145.
Ciuitas, Caſtrum, & Oppidum, ac Villa reſtituuntur in integrum, ſicut minor, Plotus num.6.in add.con.41. fol.161.
Ciuis præſumitur ſcire ſtatuta Ciuitatis ſuæ, Mar.con.39.& amplia per Plotum ibidem in add.num.7. fol.155.& 156.
Clauſula generalis non tollit reſtitutionem in integrum, conſ.16.num.8. fol.44.
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, conſ.18.num.3. fol.47.
Clauſulæ inſolitæ & particulares renunciationes arguunt contractus ſuſpectos et fraudulosos, conſ.27.num.25. fol.82.
Clauſula motus proprij ex certa ſcientia quid operetur contra iura derogatoria, Plotus num.47.in addit.con.29.fo.108.
Clauſula prædicta non tollit ius tertij, Plotus num.51.in addit.con.29.fol.109.
Clauſula ſaluo iure tertij ſemper ſubintelligitur, Plot.nū.53.in add.cō.29.f.109.
Clericus filius familias abſq; patris conſenſu poteſt teſtari, Plotus num.10.in addit. conſ.59. fol.248.
Codicillare et teſtari et donare cauſa mortis filius familias non poteſt, Fallit in caſibus de quibus per Plotum num.6.cum ſeq.in addit.con.59. fol.247.
Comes Palatinus minor quando poſſit legiptimare abſq; autoritate Tutoris & Curatoris, Mart.con.60.& ibi Plotus in addit.num.2. fol.249
Comites perpetuam habentes iuriſdictionē poſſunt cōdere decreta, con.15.nu.1.f.40
Comitatus Feudum quomodo poſſit diuidi, Mart.conſ.61.fol.250.& ibi Plotus in addit.num.2.cum ſeq. fol.250.& 251.
Concubinarij teſtes eſſe non poſſunt, Plotus num.7.in addit.con.54. fol.226.
Concilij diſpoſitioni Epiſcopus derogare nō poteſt, Plot.nū.11.in ad.cō.49.f.184.
Concilij conſtitutio habet clauſulam derogatoriā ad reſcripta et illi per Papam nō cenſetur derogatum niſi in ſpetie de ea fiat mentio, Plotus nu.10.in add.con.49.
Conceſſio alicui facta ſemper debet intelligi quòd ſit utilis ei cui fit cō.28.nū.9.f.86.
Conceſſio talis concedo quicquid habeo in tali caſtro eſt inutilis niſi probetur id quod ille habuit in tali caſtro, con.1.nū.6.fo.3.
Conceſſionis locus in inſtrumento uarius et incertus nō probat niſi agens ex inſtrumento probet certitudinē loci, con.1.nū.5.f.3.
Conditionis melioris eſſe non debet qui magis aut pluries deliquit quàm qui ſemel aut minus deliquit, conſ.18.num.4.fo.47.
Condemnatoria ut ſequatur in rei uendicatione duo debent probari dominium ſcilicet & poſſeſſio conſ. primo num.1.fol.2.
Condemnatus admiſſus ad nouas defenſiones tenetur prius ſoluere expenſas contumatiæ, Plotus nū.56.in ad.con.29.f.110.
Cōfeſſio de recepto nō ſufficit quando con-

*tractus eſt ſuſpectus uel exoſus legi niſi uera pretij numeratio demonſtretur, conſ. 27.num.24.* fol.82.

*Confeſsio quando poſsit reuocari conſ. 3. num.4* fol.9.

*Confeſsio adminiſtratorum quando præiudicet* Domino, *Mar.d.con.50.fol.185.& ibi* Plot.*in ad.nũ.26.cũ ſeq.f.199.et 200*

*Confeſsio uenditoris quando præiudicet emptori, Mart.con.36.num.7.* fo.139.

*Confeſsio unius alteri nõ præiudicat, Mar. d. num. 7.* fol.139.

*Confeſsio unius non retrotrahitur in tertiũ præiuditium, Mar.con.36.num.8.f.139.*

*Confeſsio prælati uel* Guardiani *nõ nocet* Eccleſiæ, *Mar.con.49.nũ.5.cũ ſeq.f.183*

*confeſsio procuratoris quando noceat domino late per Mart.& alios* Doct.*diſputatur con 50.fo.186.ſed quæ ſit com.op. uide per* Plotum *ibidem in add. num. 26. cum ſeq.* fol.199.

*Confeſsio mariti ſuper dote quando uera præſumatur, Mar.con.50.nu.17.fol.191*

*Cõfeſsio creditoris an proſit fideiuſſori contra debitorem,* Plotus *num. 29. in addit. con.50.* fol.200.

*Confeſsio tutoris & curatoris quando noceat minoribus,* Plotus *num.31. in addit. con. 50.* fol. 201.

*Confeſsio procuratoris quòd habuit a debitoribus domini ſibi præiudicat quia dominus poteſt ab eo repetere, Mar.con.50. num.22.* fol.194.

*Confeſsio creditoris quòd habuit a debitore poteſt infringi infra triginta dies exceptione non numeratæ pecuniæ,* Plotus.*nũ. 29.in addit.con.50.* fo.200.

*Confeſsio mutui eliditur exceptione non numeratæ pecuniæ infra biennium ſed confeſsio facta ex alia cauſa ſtatim præiudicat confitenti, Mar.con.50.num.12.f.189*

*Confeſsio unius alteri quando præiudicet, Mar.con.50.num.14.* fol. 189.

*Cõfeſsio apochæ quando præiudicet, Mar. con.50.num.19.* fol. 192.

*Confeſsio ſeu ſolutio probat inter contrahentes, Mar.con.50.num.24.* fol.195.

*Confeſsio tutoris in inuentario an & quando ſibi præiudicet, Mar.cõ.56.nũ.7.f.234*

*Confeſsio non requirit ſolemnitatem interrogationis, Mar.con.61.num.7.* fol.254.

*Cõfeſsio geminata magis probat, Mar.con. 61.num.3.* fol.256.

*Confeſsione facta per mulierem quòd fuit cognita a* Titio *tamquam eius uiro, non poteſt ſe fundare* Titius *negans matrimonium ad repellendum parentes mulieris a teſtimonio,* Plot.*n. 18.in ad.cõ.62.f.257*

*Confiſcatio bonorum quando* Principi*, & quando feudatario debeatur, Mar.con.37 & amplia et limita late per* Plotum *ibi in addit.num.37.cum ſeq..fol.143.& 147.*

*Cõfiſcatio bonorũ quando principi et quando feudatario debeatur, con.37.f.143.et ibi* Plot.*in add.n.37.cũ ſeq.f.147.et 148*

*Confiſcatio bonorum an ſit acceſſoria ad ſententiã hereſis, con.37.n.13.30.f.146.*

*Confiſcatio bonorum heretici an principi, an feudatarij, & an* Inquiſitori *debeatur Mart.d.con.37.fol.143. & ibi* Plotus *in addit.num.37.cum ſeq.* fol.147.

*Copula cadit inter diuerſa & auget, Mar. con.50.num.8.& 9.* fol.188.

*copula carnalis præſumitur ubi ſolus cum ſola reperitur, Mar.con.61.nũ.16.f.256.*

*per cõſtitutũ uel præcariũ poſſeſsio nõ tràſfertur incõtractu ſimulato cõ.27 n.18.f.72*

*Contrahere & ſe obligare filius familias abſq; patris conſenſu poteſt fallit in mutuo,* Plotus *num.11.in add.con.59.f.248.*

*Contractu per metum reſciſo an prætium reſtituatur, conſ.27.num.22.* fol.81.

quaſi

quaſi Cōtrahitur in deciſorijs,cō.3.n.5.f.10
DAMNATVS de hereſi ubiq; hereticus eſt Mar.con.37.num.19. fol. 144
Danthis poetæ Florentini carmina contra Florenos & pecuniæ auaritiam, Plotus in addit.conſ.52.num.6. fol. 213.
Datia quando quis teneatur ſoluere etiam pro rebus uſus ſui,& an ſit licitū ea fraudare,Mar.con.39.num.4.fol.155.& ibi Plotus in addi.num.8.cū ſeq.f.155.et 156.
Debitor habens penes ſe inſtrumentum debiti inciſum,an ſit tutus ſi alleget ſe liberatū ſolutione,con.24.num.1. fol.59.
Debitor ſoluens uiolēto et iniuſto poſſeſſori an liberetur,conſ.19.num.7. fo.52.
Deceptio nullo modo licita eſt, etiam artificioſis uerbis,con.28.num.18. fol.88.
in Deciſorijs quaſi cōtrahitur cō.3.n.5.f.10
ob Decretum Iudicis interpoſitum præſumitur,quo ad ipſos contrahentes,non quo ad tertium,con.5.num.6. fol.15.
Decretum fratris an liget alterum fratrem con.15.num.4. fol.41.
Decretum an liget abſentem tempore conditi decreti,conſ.15.num.7. fol.42.
Decreti interpoſitio nō poteſt delegari, con. 16.num.2. fol.44.
Decretum an tollat beneſitium reſtitutionis in integrum, quando imponit perpetuum ſilentium, conſ.16.num.3. fol. 44.
Defenſionis cauſa quis præſumitur uulneraſſe aut homicidium feciſſe ex undecim coiecturis de quibus per Mar.cō.58.f.240 et ibi per Plot.nu.11.et 12.f.244.et 245.
Dellegatus principis quos & quomodo punire poſsit,Mar.con.40.n.1.cū ſeq.f.157.
Dellegatio principis preſumitur in antiquis Mar.con.45.num.6. fol.171.
Delictum unum plures Iudices habere poteſt,Mar.con.40.num.15. fol.158.
Delicto Defuncti quando teneatur hæres, Mart.con.51.nu.4.& 5.fol.206.Plotus num.12.in addit. fo.209.
Delinquens magis aut pluries non debet eſſe melioris conditionis quàm qui ſemel aut minus deliquit, conſ.18.num.4. fol. 47.
Denunciatus quòd conduxit merces Datio nō ſoluto quomodo puniatur,cō.39.f.154
Depoſitum factum Iudicis autoritate operatur quòd nulla culpa deponenti poteſt imputari malæ electionis depoſitarij Mar. con.43.num.1. fol. 165.
Depoſitū iuditiale operatur ius ad rem & fructus,Mart.con.43.num.6. fol.156.
Depoſitum peti debet a Depoſitario non a deponente,Mar.con.43.num.6. fol.156.
in Deſcendente præſumitur ignorantia,con. 7.num.6. fol.26.
Deus non ſubiecit principi conuentiones & pacta D.Mar.con.56.num.6. fol.234.
Diffinitione rei prius eſt inchoandum,Mar. con.31.num.2. fol.120.
Diſpoſitio l.uel hominis loquens de ſolutione uel numeratione debet intelligi de uera non de ficta uel cōfeſſata,cō.27.n.23.f.81
Diſpoſitio dubia debet declarari per præcedentia,con.4.num.5. fo.12.
Diſpoſitio non deficit ubi actus deficit in re, ſed non in ſpe,con.8.num.4. fol.30
Diſpoſitio per quam quis inducitur ad ueniendum ad certum locum habet tacitum intellectum ſecuritatis,con.28.nu.10.f.56
Diſponi de iure tertij abſq; eius conſenſu nō poteſt,Mar.con.29.num.14.fo.98. & ibi Plotus in addit.num.50.cum ſeq.fol.109 & 110.& 111. cum ſeq.
Diuiſio ubi fit inter fratres quando dos uxoris prius extrahi debet,con.59.n.5.f.245.
Dominium in antiquis præſumitur ex fama Mar.con.45.num.8. fol.171
Domino an fiat præiuditiū per minores ſolutiones, Mar.con.45.num.8. fol.171

Doli præſumptio tollitur quando aliquid fit ſui iuris conſeruandi gratia, con. primo num. 20. fol. 5.
Dolo excuſat qualibet etiam iniuſta cauſa, conſ. 1. num. 19. fol. 5.
Dolo uel uiolentia defuncti quando hæres teneatur, Mar. con. 51. nu. 4. & 5. fo. 206. & ibi late per Plotū in add. nu. 12. f. 209.
Dolus præſumitur ubi eſt enormis læſio, Mar. con. 55. num. 6. fol. 229.
Dolus debet probari ex perſpicuis inditijs, conſ. 1. num. 15. fol. 4.
Dolus uel metus non præſumuntur in curia principis, con. 1. num. 21. fol. 5.
Dolus ubi obijcitur nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probationis, con. primo num. 16. fol. 4.
Doloſum ubi non eſt homicidium, & falſum non punitur pœna mortis Plotus num. 12. in add. con. 58. fol. 245.
Dominium non transfertur l. prohibente alienationem, con. 15. num. 5. fol. 42.
Domino directo, puta principi, an Domino utili, puta Feudatario, an & quando confiſcationes, mulctæ, ac pœnæ debeantur, Mar. con. 37. fol. 142. & ibi Plotus late in addit. nu. 37. cum ſeq. fol. 147. & 148.
Dominus utilis Dominij præfertur directo in cōmoditatibus, Mar. con. 37. num. 15. cū ſeq. fol. 144. & Plotus in addit. num. 37. cum ſeq. fol. 147. & 148.
Donatio propter nuptias debet conferri, Mar. con. 46. num. 4. fol. 174.
Donatio fieri poteſt in domo donatarij con. 22. num. 1. fol. 57.
Donatione non requiritur præſentia donatarij, conſ. 22. num. 2. fol. 57.
in Donatione quam facit uxor uel ſponſa non requiritur præſentia mariti uel ſponſi conſ. 22. num. 1. fol. 57.
Donatio an reuocetur ex legiptimatione facta de filio naturali, Mart. conſ. 53. num. 10. fol. 221.
Donare cauſa mortis quādo poſſit filiusfamilias, Plotus num. 9. in ad. cō. 59. f. 248.
ad Dotium legatum hæredes tenentur per portionibus hereditarijs, cō. 10. n. 2. f. 32.
Dotandi ſorores onus pertinet ad fratres, ubi aliàs non adſit unde dotentur, con. 10. num. 1. fol. 32.
Dotem in pecunia legata petenti poteſt offerri tot de bonis, Mar. con. 35. nu. 1. f. 136
Dotis fructus an ſint fratris uxorati tantum an communes cum alio, Mar. conſ. 34 num. 6. fol. 134.
Dotem petenti actori pauperi quando per Reum diuitem debent dari lite pendente litis expenſæ & alimenta, Plotus num. 5. in addit. con. 48. fol. 180.
Dotis cauſa lata ſententia eſt exequenda etiam pendente appellatione ubi maritus uel uxor non habent unde comodè uiuant Plotus num. 4. in addit. con. 48. fol. 180.
Dos & Donatio propter nuptias debēt conferri, Mar. con. 46. num. 4. fol. 174.
Dubia diſpoſitio debet declarari per præcedentia. con. 4. num. 5. fol. 12.
ECCLESIA pro bonis acquiſitis & acquirendis etiam a ſecularibus non tenetur ad onera de iure Diuino, Canonico, & Ciuili, Plotus in add. con. 63. num. 8. & 10. cum ſeq. fol. 260. & 261. & 262. cū ſeq.
Eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ pro bonis acquiſitis a ſecularibus ſolitis ſoluere onera non tenentur ſoluere onera extraordinaria in ſtatu Mediolani ex ordine ſuperiorū, Plotus in ad. con. 63. nū. 13. f. 262
Eccleſia dicitur parochialis ſi habet parochiam aſſignatā, licet parochiales actualiter non adſint, con. 9. num. 2. fol. 29.
Eccleſia ubi habet parochiam limitatā per fines agrorum tunc intelligitur parochialis

lis etiam nemine exiſtente uel habitante in parochia, con.9. num.3. fol.29.
Eccleſia reſtituitur ſicuti minor, con.14.n.2. fol.39.
Eccleſiæ contractus ubi eſt nullus, intelligitur ſi placet & utile ſit Eccleſiæ, Mart. con.45. num.1. cum ſeq. fol.169.
Eccleſiæ cõſuetudo in contractibus ſeruanda, Mart. con.45. num.2. fol.169.
Eccleſiæ feudum dando Imperator non cenſetur ſuperioritatem ſibi reſeruaſſe, Plot. num.38. in add. con.37. fol. 147.
Eccleſiam eſſe parrochialem actu uel habitu ſufficit, con.9. num.1. fol.29.
contra Eccleſiam enormiter læſam non currit quatriẽnij præſcriptio, cõ.14. n.2. f.39.
Electione unius ex contrarijs alij cenſetur renunciatum, Mar. con.32. num.2. fo.128
Emancipatio quando præſumatur facta in fraudẽ, Plot. nu.8. in add. con.59. f.169.
Emens ex pecunia aliena nomine proprio an dominium acquirat, con.1. nu.23. fo.5.
Emens ex propria uel aliena pecunia ſibi acquirit & non alij, Mar. con.33. num.3. fol.131. Fallit in ſocijs uniuerſalibus uel duobus fratribus ubi extaret ſtatutum quòd acquiſita eſſent communia, quia tũc pecunia etiam præſumitur quòd fuerit cõmunis, plotus num.7. in ad. con.33. f.132.
Emens etiam de pecunia communi præſumitur emere nomine proprio, Mart. con.34. num.9. fol. 135.
Emptis libris pro fratre quid debeatur alteri, Mar. con.34. num.9. fol.135.
Emptio prima præfertur ſecundæ, Mart. con.36. num.6. fol.139.
Emphiteota non ſoluens canonem an cadat a iure ſuo quando Dominus nõ tradit rem totam emphiteotæ, con.23. n.1. fo.58.
Emphiteota propter intereſſe ſuum poteſt uti retentione canonis ſi res locata nõ fuit ei tradita, conſ.23. num.2. fol.58.
Emphiteotæ et Feudatario caducitas, quando uideatur remiſſa, Mar. con.32. num.3. fol. 128. & ibi Plotus in ad. nu.5. f.129.
Emphiteoticum ius præſcribitur, Mar. con. 45. num.4. fol.170.
Epiſcopus non poteſt commutare uoluntates defunctorum, ſed ſoli Papæ eſt reſeruatum, Mar. con.49. num.4. fol.182.
Epiſcopus dicitur etiam nullius Eccleſiæ, conſ.23. num.2. fol.30
Epiſcopus tamquam apoſtolicæ Sedis Legatus deputatus a Concilio Tridentino, per Papam cõfirmato, poteſt et debet cognoſcere an cõmutationes ultimarum uoluntatum factæ per Papam ſint factæ per obreptionem ſupplicantium, Plotus num. 9. in addit. con.49. fol.184.
Epiſcopus concilij diſpoſitione derogare nõ poteſt, Plotus nu.11. in ad. con.49. f.184
Error & perſuaſio falſa æquiperantur, Mart. con.31. num.11. fol. 124.
Exceptio ſtatuti poteſt extendi ob pœnam euitandam, con.18. num.5. fol.48.
Exceptio extenditur ex identitate uel maioritate rationis, conſ.18. num. 6. fol.48
Excommunicatus in uno loco in omnibus locis eſt excommunicatus, Mart. conſ. 38. num.20. fol.144.
Exequutio pro oneribus quando quomodo, & in quibus poſſit fieri, Mar. con.38. & ibi Plotus in addit. fol.149. cum ſeq. & fol. 153. cum ſeq.
Expenſæ melioramentorum & aliorũ quomodo extimandæ reſpectu temporis, Mar. con.34. num.5. fol.134.
Expenſæ ſtudiorum filij an ei ſint imputandæ, Mart. cõn.34. num.8. fol. 135.
Expenſæ ſtudij patre uiuente factæ an imputatur filio ſtudenti, Mar. con.46. num.1 cum ſeq. fol. 173.
Expenſæ ſtudij quando imputentur filio uel

fratri

fratri & quomodo, Mar.con.34.num.5. & 8.& 9.fol.133.cum ſeq. & conſ.46. num.1.cum ſeq.fol.173.& ibidem Plotus num.5. fol.174.

Experientia naturalis uincit omnem probationem de mundo, conſ.13.num.6.fol.37

FALSA perſuaſio & error æquiperantur, Mar.con.31.num.11 fol.124

Falſi pœna ordinaria locum habet ubi eſt dolus malus, & ubi non eſt dolus eſt locus pœnæ arbitrariæ, Plotus num. 12. in addit. con.58. fol.245

Falſi pœna quando Notarius excuſetur, Mar.con.42.num.1. cum ſeq. & ibi Plotus in addit. fol.162.& 163

Fama in antiquis probat dominium, Mar. con.45.num.7 fol.171

Feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus diuidi non poſſunt, fallit in caſibus de quibus per Mar.cō.61.fol.250. Et per Plot.ibidē in add.nū.2. cū ſeq.f.250.251

Feuda inferiora quæ nō ſint Ducatus, Marchionatus, Comitatus poſſunt diuidi, Plotus, num.4. in addit.con.61. fol. 251

Feuda omnia ut poſsint diuidi ualet conſuetudo, fallit in Regno, Plotus num. 5. in addit.con.61. fol. 251

Feudalibus requiritur intra annum, et diem petitio inueſtituræ ſecus in allodialibus, Mar.con.38.num.10. fol.152

Feudi antiqui, ſiue paterni, ex una, & Feudi noui ex alia, quæ ſit differentia, Mar.con. 29.nu.3.& 4.fol.101.& nu.26.fo.101 Plotus ibidem in addit. num.38.fol. 105 & num.61.fo.111.& nū.63.et 64.f.112

Feudi alienatio ualet in præiuditium alienantis, Mar.conſ.29.num.16. fol.98

Feudi Dominus quando poſsit collectare Vaſallos, Luchin.de Curte in num. 36. in ſubſcriptione con.37.fol.147. & Plotus ibidem num. 40. in add. con.37.fol.148

Feudo alienato Agnato uocato ex inueſtitura, ſed non proximiori, poteſt reuocari per proximiores nō conſentientes mortuo alienatore niſi lapſus anni uel conſenſus ſubſequēs obſtaret.cō.29.n.18.19. f.99

Feudo alienato ſtatim feudum per filios uel agnatos non aſpectata morte alienantis poteſt reuocari ubi illicitè facta fuit alienatio, ſed ſi licitè expectatur mors alienantis, Mar.con.29.num.34.fol.103.& nu.35.f.104.Plo.ibidē in ad.n.65.f.133

Feudum nouum conceſſum cū clauſula quòd habeat naturam Feudi antiqui, regulatur tamquam Feudum antiquū, Mar.con.44 num.1.& 2.fol.167.Et eſt com.op.Plot. in addit. conſ.29. num.40, fol. 106.& num.64. in fi. fol.112

Feudum nouum conceſſum ut antiquum regulatur tamquam antiquum, ſiue de Domini, ſiue filiorum uel Agnatorum agatur præiuditio, Plo.in ad. con.44.n.3.f.168

Feudum prohibetur alienari fauore Domini, Filiorum, ac Agnatorum, uocatorum ex inueſtitura unde eis non conſentientibus alienari non poteſt etiam quòd Princeps conſentiret cum clauſulis derogatorijs, Mar.con.29.nu.13. cum ſeq. fol.98. & num.22.fol.100. Et ibi Plotus in addit. num.38.fol.103.& num.50.cum ſeq. fo. 109. & num. 61. fol.111

Feudum emptum, uel hæreditarium poteſt alienari abſq; Principis filiorum & agnatorum conſenſu, Plotus in addit. conſ. 29 num 62. fol. 112

Feudum conceſſum pro ſe & filijs quando a patre in filiorum non conſentientium præiuditium poſsit alienari, Plotus in addit. con.29.num.61.fol.111.& num.62.f.112

Feudum nouum alienatum abſq; Principis conſenſu deuoluitur ad Principem & non ad filios nec agnatos alienantis, Mar.con.

29.num.3.& 4.fo.95. Et Plotus ibidem in add.num.63.fo.112. Fallit ubi feudum nouum cōceſſum fuiſſet tamquam antiquū quia tunc ad filios uel agnatos alienantis deuoluitur, & non ad Principem, & eſt com.op.Plotus in addit.con.29 num.40 fol.106. & num.64. in fi. fol.112

Feudum aliud antiquum ſiue paternum & aliud nouum, Mar.con.29.num.26.f.101 cū ſeq. Plotus ibidem in add.nu.38.f.105

Feudū antiquū ſiue paternū, ſine Principis conſenſu alienatū nō deuoluitur ad Principem ſed ad filios uel agnatos alienantis uocatos ex inueſtitura etiā uiuente alienatore, Mar.con.29.nū.26.f.101.& eſt co. op.plot.in ad.n.64.f.112.& nu.65.f.113

Feudū antiquū alienatū abſq; principis conſenſu, ubi nō ſunt filij nec agnati alienātis deuoluitur ad principē, con.29.n.4.f.95

Feudum antiquum non poteſt etiam de Principis conſenſu alienari in Extraneum qui non deſcendit a primo inueſtito in præiuditium filiorum & agnatorum uocatorū ex inueſtitura, Mar.con.29.nu.1.cum ſeq. fol.94. cum ſeq. Plotus ibidem in addit. num.50.cum ſeq. fol.109.cum ſeq.

Feudum alienatum in Agnatum alienantis qui tamen non deſcendit a primo inueſtito iudicatur alienatum in extraneum, & nō ualet alienatio, Mar.con.29.num.5.fo.95

Feudis agnati an ſuccedant in infinitū etiam ultra Decimum gradum & quando, Mar. con.29.num.5.cum ſeq.fol.95. cum ſeq.et num.8.uſq; ad num.10. fol.96. & 97.

Feudo confiſcato ſi Rex promittit illud tenere ſub Corona ſua & nulli relaxare, nō intelligitur promiſsio facta in præiuditiū tertij, & ſic filij cui debetur, Plotus num. 54.uer.Et ſi Rex, in addit.con.29.f.109

Feudum abſq; Domini conſenſu poteſt alienari agnato proximiori uocato ex inueſtitura, Mar.con.29.num.14.& 15.fol.96

Feudum ubi alienatur in Agnatum proximiorem uocatum ex inueſtitura nō habentem in gradu parem alijs non conſentientibus ualet alienatio irreuocabiliter, Sed ſi habet parem in gradu reuocatur pro portione illius paris qui non conſenſit, mortuo alienatore, con.29.n.17.et 18.fol.99

Feudū ubi illud poſsidēs uult alienare præfertur Agnatus proximior Agnato remotiori & extraneo, Mar.con.29.n.19.f.99

Feudum non poteſt alienari Agnatis remotioribus tertij & quarti gradus, etiā Principe conſentiente in præiuditium proximiorum non conſentientium, & proximior reuocat Mar.con.29.nu.20.f.110.et 101

Feudum an deuoluatur ad principem, an ad filios uel agnatos ubi feudatarius deliquit uel alienat, Mar.con.29.num.27.fol.101 & num.28.cū ſeq.uſq; ad num.34.f.102 & 103. Sed uide Plotum ibidem in add. num.63.& 64.f.112. Et Ill.D.Iul.Clarum §. Feudum.q.66.

Feudum ubi reuocatur per filios uel agnatos an debeat ſolui prætium, Mar.con.29 num.36. fol.104

Feudorum iura ubi deficiunt, recurritur ad ius cōmune, Mar.con.29.n.11 cū ſeq.f.98

Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis intelligitur de filijs & deſcendentibus & non extraneis, & eſt com. op. Plot. num. 41. in addit.con.29.fol.106.fallit infra.

Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcumq;, uel pro ſe & hæredibus quibuſcumq; intelligitur etiam de Extraneis, Plotus num.41. uer.ex hoc, in fi. fol.106 & num.43.uer. Et idem. fol.107

Feudum cōceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcumq; etiam extraneis, etiam famulis non tranſit niſi ad Deſcendentes maſculos in Dominio Mediolani ob Conſtitutionem

*in eo uigentem, quam amplia & limita, ut per Plotum num. 44. uer. Sed hæ limitationes cum ſeq. uſq; ad num. 50. in addit. conſ. 29. fol. 107. & 108. & 109*
*Feudum ubi ex alienatione uel delicto deuolueretur ad Principem, non deuoluitur ubi ſuperueniret Decretum gratioſum, ob publicam lætitiam, Plotus num. 66. uer. Sed pone, in addit. con. 29. fol. 113*
*Feudum alienatum abſq; principis conſenſu ad eum non deuoluitur ubi ex poſt. conſenſit, Plotus num. 67. fo. 114. in add. con. 29*
*Feudum per uim inuadens priuatur omni ſui iure, & cui applicetur, Plotus num. 10 in addit. con. 36. fol. 139*
*Feudum & iura feudorum alterantur ex inueſtitura quæ eſt attendenda, Mart. conſ. 44. num. 1. fol. 169*
*Feudũ ubi debetur Primogenito, an & quando Princeps poſſit præiudicare Primogenito concedendo Secundogenito, uel alteri Mar. con. 66. num. 1. cum ſeq. fol. 233. Et latè ibidẽ Plot. in ad. nu. 11. cũ ſeq. fõ. 235.*
*Feudum ut nõ debeatur Primogenito etiam quòd ex inueſtitura uel conſuetudine, uel ſtatuto eidem deberetur, plures ſunt modi iuridici, de quibus per Plotum num. 11. & 12. 13. & 14. in ad. con. 66. f. 235. et 236*
*Feudum a patre alienatum an reuocet filius hæres, Mar. con. 29. num. 28. & num. 32 fol. 102. & 103*
*Feudum ubi conceditur Eccleſiæ non præſumitur Princeps ſibi reſeruaſſe ſupremum dominium, Plotus num. 38. in addit. conſ. 37. fol. 147.*
*Feudatarijs & non principi debetur conſiſcatio bonorum ſcitorum in territorio feudatarij, Mar. con. 37. nu. 13. in fi. uer. præmiſſis, & num. 14. cum ſeq. uſq; ad fi. con. fol. 143. cum ſeq. & hoc amplia & limita ut per Plotum, num. 37. cum ſeq. in addit. con. 37. fol. 147. cum ſeq.*
*Feudatarijs debentur pœnæ conſiſcationes, & mulctæ ſubditorum ipſis Feudatarijs & non principi etiam quòd officiales principis cognoſcerent, Plotus nu. 37. uer. De hoc, in add. con. 37. f. 147. fallit ut infra.*
*Feudatarijs non debentur mulctæ, pœnæ, et conſiſcationes, quas Princeps, aut Senatus facit contra ſubditos Feudatarij ex arbitrio Principis aut Senatus quas Feudatarius & eius Prætor arbitrari non poſſet, Plo. cõ. 38. uer. Et hoc, in ad. cõ. 37. f. 147.*
*Feudatarijs non debetur pœna, nec conſiſcatio, nec mulcta bonorum ſubditorum delinquentium ubi feudatarij fuiſſent doloſi aut culpabiles, aut conſcij talis delicti, & cui præmiſſa debeantur tunc, Plotus num. 39. uer. Secũdo etiã in add. con. 37. f. 148*
*Fidantia ſeu ſecuritas data homicidæ non eſt ſeruanda, conſ. 28. num. 4. fol. 45. qui declararet ut per eum ibi nu. 19. 20. f. 89.*
*Fideicommiſſum de futuro non uenit in generali remiſſione, con. 20 num. 3. fol. 55.*
*in Fideicommiſſis filius an ingrediatur locũ patris ut admittatur unà cum patruo, conſ. 25. num. 1. fol. 60.*
*Fidem frangenti, fides non eſt ſeruanda, conſ. 28. num. 21. fol. 29.*
*quando Feudum eſt conceſſum uni qui poſtea moritur pluribus relictis filijs, tunc omnes habent ſimul iuriſdictionem aliud, ſi a principio fuit diuiſibile, quia pluribus conceſſum, con. 15. num. 4. fol. 41*
*Fideiuſſor an & quando agat contra debitorem ex confeſſione creditoris, Mar. con. 50. num. 4. fol. 187. & ibidem Plotus in addit. num. 29. fol. 200*
*Filij appellatione an contineatur nepos, conſ. 25. num. 3. fol. 61*
*Filij adoptiui & filij arrogati quomodo ſuccedant & eis ſuccedatur, Mart. conſ. 53. num.*

num.1. cum ſeq. fol. 215.

Filius an ingrediatur locum patris & admittatur unà cum patruo in fideicommiſſis, con.25.num.1. fol. 60.

Filius naturalis nõ eſt ita nobilis ac ſi a principio legitimus fuiſſet, Mart. conſ. 62. num.4. fol.254

Filius familias etiam de patris conſenſu teſtari, & codicillare non poteſt, Mart.con. 59.& ibidem Plot.in add.num.6.fol.247

Filius familias abſq; patris conſenſu de caſtrenſi uel quaſi poteſt teſtari, Plotus in addit.con.59.num.7. fol.247

Filius familias Clericus abſq; patris conſenſu poteſt teſtari, Plotus num.10.in addit. conſ.59. fol.248

Filius familias Doctor de quaſi caſtrenſi peculio teſtari poteſt, Plotus num.10. in ad. con.59. fol. 248

Filius familias ſi emancipetur poteſt teſtari, fallit ubi emancipatio eſſet facta in fraudem, Plotus num.8.in add.con.59.fo.247

Filia familias etiam nupta teſtari etiam cum patris conſenſu nõ poteſt etiam ſi extaret ſtatutum quòd Vxor poſſit teſtari, Plotus num.6.in addit.con.59. fol.247

Filia familias etiam nupta remanet in poteſtate patris, Plot.nu.6.in ad.cõ.59.f.247

Filius familias quo ad pias cauſas poteſt teteſtari cum patris conſenſu, Plotus nom.6 in fi.in addit.con.59. fol.247

Filius familias etiam de patris conſenſu nõ poteſt legare, & eſt com.op.Plotus num.9 in addit.con.59. fol. 248.

Filius familias de patris conſenſu poteſt donare cauſa mortis alicui tertio, ſed non ipſi patri niſi Iudicis Decretum interueniat, & eſt com.op.Plotus num.9.in add. con.59.fol.248.fallit ubi Donatio cauſa mortis fieret in fraudem, & quando præſumatur fraus, Plotus d.num.9. fol.248

Filius familias abſq; conſenſu patris ex omnibus cauſis poteſt ſe obligare ex contractu, fallit in mutuo uel ubi eſſet ſtatutum quòd filius familias abſq; patris conſenſu non poſſit ſe obligare, Plotus num. 11. in in addit.con.59. fol.248

Filius naturalis ſeu ſpurius a Comite Palatino minore quando poſsit legitimari, Mar.con.60.& ibidẽ Plot.in add.f.249

Filij quando reucent feuda a patre alienata, uide ſupra uer.feudum.

Filio uel fratri aut alij donatum uel relictũ ſi ſtuduerit legibus uel medicinæ nõ debentur niſi præſtet ſatiſdationem de ſtudendo per quinquennium, Plotus num.5. in add. con.46. fol.174

Filio, fratri, uel alij relictum, uel donatum ſi ſtuduerit legibus uel medicinæ intelligitur ſi doctoratus fuerit, & ſic ſtuduerit cũ effectu, Plotus nu.6.in add.con.46.f.174

Filijs matris uel patris renunciatio quando non noceat in Aui uel Auiæ ſucceſsione, Mar.con.55.nu.1.et 2.cũ ſeq.f.227.et 228

